¶ Arguitur. Eorum que simul percipiuntur: vnum non est prius alio: sed sermo-vox-⁊ sonus simul percipiūtur: ergo vnū nō est prius alio: ꝙ est cōtra Pe. Hisp. qui dicit a sono tanq̄ a priori inchoandum.

¶ Respōdetur: q̄uis sermo-vox-⁊ sonus simul tpe percipiātur: sonus tamē prior est alijs natura: causa enī semp natura precedit effectum.

Sonoꝝ alius vox alius nō vox. Sonus vox idem eſt q̄ vox. Vnde vox eſt ſonus ab oꝛe aīalis ꝓlatus naturalib⁹ inſtrumentis foꝛmatus. Naturalia aūt inſtrumēta: quib⁹ vox foꝛmat ſunt nouē: guttur/lingua/palatū. Quattuoꝛ ꝛ dētes et duo labia ſimul. Sonus nō vox eſt qui generat ex colliſione coꝛpoꝝ inaniatoꝝ adinuicē: vt fragoꝛ arboꝝ: ſtrepit⁹ pedū: Diffinitio vocis

Sonus nō vox

¶ Sonum hic diuidit auctoꝛ in ſonū vocem: ꝛ ſonū nō vocē: diffiniēdo diuiſionis mēbꝛa. Et diuiſio ſic intelligit. Sonoꝝ. i. de numero ſonoꝝ: alius. i. quidā. ſ. eſt ſonus vox: ꝛ alius. i. ꝛ ille qui nō eſt ſonus vox: eſt ſonus nō vox. Et hec eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies: ꝛ quia vni ſpeciei nomē nō eſt impoſitum circūloquitur ¶ Dc. Hiſ. per hoc aggregatū ſonus nō vox. Et dicta ſoni diuiſio (vt p̄emittit) intellecta eſt bona quia ꝓditiones bone diuiſionis ſibi conueniunt. Intētio text⁹ ꝛ diuiſiōis ītellectus.

Cōditiones tres ad bonam diuiſionem req̄ſite:

Prima: q̄ diuiſionis mēbꝛa ſint oppoſita vel diuerſas habeant rationes: ita q̄ vnū membꝛū ſua formali ratione alterius membꝛi negationem dicat.

Secunda: q̄ diuiſionis mēbꝛa a diuiſo nō excedant ſed euacuent totam diuiſi naturam.

Tertia: q̄ mēbꝛa ſimul ſumpta diuiſum nō excedāt: ſed cum eo conuertantur.

Notabile. ī.

Tatar. iij. B.

¶ Vocis diffinitio ſic intelligit. De intentione philoſophi ſcō de ania cap. iiij. tract. iiij. vox eſt ſonus: ab oꝛe aialis ꝓlatus. ſ. ex repcuſſione aeris inſpirati ad vocalē arteriā: cū intētione ſignificādi aliq̄d: foꝛmat⁹ naturalibus inſtrumētis. ſ. ad inſpirandū ꝛ reſpirandū deputatis. Diff. vocis exponitur.

In diffinitione vocis dicitur.

Eſt ſonus: vbi ſonus loco generis ponit: oīs em̄ vox eſt ſonus ꝛ non econuerſo.

Ab oꝛe aialis ad explicandū cauſam principalem efficientē ꝛ ad inuendā differentiā ſoni facti exanimatoꝝ coꝛpoꝝ repcuſſione: addūt tamē hic nōnulli ab oꝛe aialis: vel ab aliquo equiualēte p̄ter vocē ab angelo factā: poteſt enī angelus intellectiones exp̄imere foꝛmando verba ꝛ coꝛporis coaſſumpti linguam mouēdo: ꝛ tamē illa vox nō fit ab animalis oꝛe cum angelus coꝛpus coaſſumptū non infoꝛmet. De hoc p̄ docte ij. ſent. viij. diſt. Notabile. ij.

Repercuſſione aeris inſpirati: ad differentiā ſoni animalis facti cum aere nō inſpirato: vt percutiēdo vnā manū cum alia.

Ad vocalē arteriā: ibi dat intelligi mēbꝛū pcuſſum cū intētione ſigni: ꝓpter tuſſim: ſibilū: ꝛ reliqua huiuſmodi.

Naturalibus inſtrumentis ad inuendam cauſam efficientē inſtrumentalē: guttur ꝛ pulmo ſunt ſimpliciter ad vocem neceſſaria: alia vocis inſtrumēta ſunt de bene eſſe. ſ. ad magis diſtincte ꝛ articulate loquendum.

¶ Arguitur. Nullū simplex potest diuidi: sed sonus est quoddā simplex: quia qualitas igit. ꝛc. Respōdetur maiorē esse verum de diuisione quātitatiua: sed esse falsam de diuisione intensionali vel subiectiua.

Vox fcatiua.

Vocū alia significatiua: alia non significatiua. Vox significatiua est illa que auditui aliquid repꝛesentat: vt hō. equus.

Vox nō fcatia.

Vox nō significatia: est q̄ auditui nihil repsentat: vt bu: ba.

Intētio textꝰ cū ītellectu diuisionis.

¶ Vox hic diuidit in vocē significatiuā ꝛ nō significatiuā huius diuisionis mēbꝛa describunt hic. Et ꝑsens diuisio ad hāc ponit formā. Vocū. i. de nūero vocū: alia est vox significatiua: alia est vox nō fcatiua. Et est diuisio subiecti in accidētia. Vnde ꝑ diffinitiōibus mēbꝛoꝝ diuisionis nota (vt sequtur.)

Notabile.

Significatiuum capit dupliciter.

Large pro illo qō potentie cognitiue natū est repꝛesentare aliquid vel aliqualiter. Et sic ois res mūdi est significatiua: hoc modo hic non considerat.

Stricte: pro illo quod potentie cognitiue natum est repꝛesentare aliquid vel aliqualiter aliud a se ꝛ suo pꝛolatoꝛe cuius est signum. Et secundum hoc diffinitio vocis significatiue est intelligēda. Et dicitur cuius est signum ad differentiā vocis nō significatiue: que nō est repꝛesentatiua alterius cuius sit signum.

Diff. expositio.

¶ Diffinitio vocis non significatiue sic potest intelligi ex dictis. Vox nō significatiua est. ꝛc. que nō est nata significare aliquid vel aliqualiter: aliud a se ꝛ sibi simili: vel a suo ꝓlatoꝛe vt sunt bu ba. ꝛc. Et debet ibi ꝛ ꝓcedēter terminꝰ aligd absolui a nūero: vt tm̄ valeat sicut aligd vel aliqua.

¶ Arguit. Omnis vox est significatiua: ergo dicta diuisio mala antecedens patet ꝑ Arist. secō de ania dicentē: oēm vocē fieri cū imaginatiōe significādi

¶ Item. Omnis vox repꝛesentat seipsam: ergo omnis vox est significatiua.

¶ Solutio. Patet ex dictis capiendo enim significatiuū large tenent argumenta: sed stricte capiendo nihil concludunt.

Vocum significatiuarum alia est significatiua ad placitum alia naturaliter. Vox significatiua ad placitum: est illa que ad voluntatē pꝛimi instituētis aliquid significat: vt homo: equus. Vox significatiua naturaliter est illa que apud oēs homines idem significat: vt infirmoꝝ gemitus: doloꝛē significat. Latratus canum gaudium: vel iram significat.

Vox fcatiua ad placitum.

Vox fcatiua naturaliter.

Ratio diuisiōis

¶ Vocis significatiue diuisionē De. Mis. hic ponit. Et est huius diuisionis hec ratio. Omnis vox significatiua ordinatur ad suū significatum: vel ergo ista ordinatio est ab instinctu nature: ꝛ sic est vox significatiua naturaliter: vel fit secōm placitū imponentis: ꝛ sic est vox significatiua ad placitum.

Diff. expositio.

¶ Diffinicio vocis ad placitum sic intelligitur. Vox significatiua ad placitum est illa: que ad voluntatem pꝛimi instituentis. i. ex impo-

sitione vel vsu voluntario aut consuetudine aliquid significat. Ex illa diffinitione habetur sequēs notabile primum.

¶ Principiū significationis ad placitū est voluntas: quia voces non sunt eedem apud omnes: ideo non significabunt idem apud omnes: sed secundum aliam ꝛ aliam imponentium voluntatem aliud: ꝛ aliud voces ad placitum significabunt. Möbile. j.

¶ Dicitur in diffinicione vsu voluntario vel consuetudine Nam illa: lupus est in fabula: non ex impositione sed voluntario vsu significat eum adesse de quo sermo erat in eius absentia: ideo necesse sit tacere eo presente. Ita ꝛ frondes ante tabernam non ex impositione: nec ex vsu volūtario: sed consuetudine venale significant vinum. Lupus est in fabula.

¶ Diffinitio vocis significatiue naturaliter intelligit sic. Est que apud omnes. ꝛc̄. i. quantum est de se nata est representare suum significatum idem apud omnes homines: rationis vsum habentes: ꝛ eam debite eodem modo apprehendentes. Diff. expositio.

¶ Significacio naturalis est a rebus. Et res sunt eedem apud omnes: ergo significatio naturalis est eadem apud omnes: minor patet maior probatur: quia significatio naturalis fit conceptibus ꝛ anime passionibus: sed conceptus ꝛ anime passiones deriuant a rebus: quaꝝ naturales sunt similitudines: ergo significatio naturalis est a rebus. Et sicut res eedem sunt apud omnes: ita ꝛ cōceptus: ꝛ anime passiones ꝛ per cōsequens etiam significatio naturalis est eadem apud omnes. Möbile. ij.

Dicitur in diffinitione vocis significatiue naturaliter.

Rationis vsum. ꝛc̄. propter pueros ꝛ fatuos: quibus non oportet vocem naturaliter idem significare.

Eam debite. ꝛc̄. quia canum latratus vim gaudium: alteri iram potest significare: sed debite apprehendenti semper idem significat.

Differunt vox ſcatiua ad placitū: ꝛ vox significatiua naturaliter.

Primo: quia vox significatiua naturaliter idem apud omnes representat homines: sed vox significatiua ad placitum solum idem significat apud cognoscentes eius impositionē.

Secundo: quia vox significatiua naturaliter representat affectus et passiones appetitus: vt iram gaudium vel dolorem: sed vox significatiua ad placitū representat conceptus: ꝛ res mediantibus conceptibus. Möbile. iij.

Tertio: quia vox significatiua ad placitum significat ex impositiōe volūtaria: sed vox significatiua naturaliter significat sine tali impositione.

¶ Contra dicta arguitur primo. Aliqua est vox significatiua ad placitum. et tamen nō significat ad voluntatem primi instituentis cum primus instituēs non sit: ergo diffinitio vocis significatiue ad placitū mala.

¶ Arguitur secundo. Bemitus infirmor est vox significatiua naturaliter ꝛ tamē nō est nata apud omnes idem significare cū significet ad placitū primi instituentis: ergo diffinitio vocis ſcatiue naturaliter mala.

¶ Ad primū dicitur distinguēdo minorem: quia ipsa duplicem habet sensum. Vnus est ꝙ nō significat ad placitum primi instituentis nunc existentis: sic conceditur minor. Alius sensus est ꝙ nō significat idem quod primus impositor voluit per ipsum ⁊ sibi similem significari: ⁊ sic negatur minor.

¶ Ad secundū dicit: licet gemitus infirmoꝝ sit vox significatiua ad placitum: prout cōsideratur vocaliter ſm primā eius impositionē: si tamē capitur pro suo signato: scz pro reali infirmoꝝ gemitu tunc est vox significatiua naturaliter. Realis enim gemitus infirmoꝝ apud omnes homines idem ſcat puta dolorem vel quid simile.

## Vocum significatiuarū ad placitum: alia cōplexa alia incōplexa. Cōplexa vt oratio. Incōplexa vt nomen vel verbum.

Cōplexio hic capit.

¶ Diuidit hic vox significatiua ad placitū in vocez cōplexam ⁊ incomplexā. Et cōplexio hic capit nō pro quacūqz cōplexione: quia sic oīs vox significatiua ad placitū esset cōplexa: cum ex voce ⁊ significatione: ⁊ ex litteris ⁊ sillabis componat: sed hic complexio accipitur pro vnione pluriū vocum significatiuarum ad placitū. Et opposito modo incomplexio vbi nō vniūtur plures significatiue voces ad placitum. Dicūt tamē rationabiliter dialectici semper ad vocem cōplexam nō requiri plures voces ex quibus cōponatur: sed sufficere ꝙ subordinetur vni cōceptui mentali complexo: vt si illa littera a imponeretur ad significandū tantū: sicut hec ꝓpositio. Homo est animal tunc illa littera. a. esset vox complexa: quia subordinaret conceptui mentali cōplexo. Et sic vox complexa est cui correspondet conceptus complexus in anima. Sed incomplexa est cui correspōdet conceptus simplex incomplexus. Et sic secundū illum euidentem dialecticoꝝ modum: ad hoc ꝙ vox sit cōplexa non semper requirit ꝙ sit composita ex pluribus vocibus: licet ſm grāmaticum semper hoc requiratur.

Cōplexū nō sp plures exigit voces. Ockam dis iij. q. v. ꝑmi señ:

Vox cōplexa.

Vox incōplexa

¶ Arguitur contra dictam diuisionem sic. Vox incomplexa est pars vocis complexe: ergo diuisionis mēbra coincidūt. ¶ Respondet. Licet vox incōplexa sit pars materialis vocis complexe nō tamē est pars formalis. Ratio enim incōplexi alia est a ratione complexi.

Diffinitio nois

Diffinitio nois hic declarat.

Nomen est vox significatiua ad placitum sine tempore: cuius nulla pars separate aliquid significat finita et recta. Vox in ista diffinitione ponitur loco generis: significatiua ponitur ad differētiam vocis non significatiue: ad placitum ponitur ad differentiam vocis significantis naturaliter: sine tēpore ponitur ad differentiam verbi: quod significat cum tēpore. Cuius nulla pars aliquid separate significat: ponit ad differentiā oratiōis: cuius partes separate aliquid significāt. Finita ponit ad differentiā nomīs infiniti.

Recta ponit ad differentiã nominũ obliquoꝝ: vt Cathonis: cathoni: que nõ sunt noia apud logicũ: seo casus noim. Vnde solus rectus secundũ logicũ dicitur esse nomen.

¶ Consequenter ¶De. His. determinaturus de propositione premittit de partibus illius que sunt nomẽ ⁊ verbum: sunt itaq; pro diffinitione nominis (vt sequitur) aliqua notanda. — Continuatio.

Nomen ẽ duplex scz.
- ¶ Vocale. Est vox que est nomen: vt illa vox: homo.
- ¶ Scriptum. Est dictio scripta que est nomen: vt illa scripta dictio homo. ⁊ capitur hic scriptum large pro quacunq; effigiatione vel dispositione nominis. — Nõbile. j.
- ¶ Mẽtale. Est conceptus mentis: qui est nomen: vt conceptus hois: ⁊ pro illa diffinitione quid sit conceptus dicendum est.

¶ Conceptus. Est formalis cognitio rei vel rerũ ⁊ est in re — Conceptus.
catbegorema mentale vnde quid sit catbegorema notandum.

¶ Catbegorema greca dictio: latine idem est quod predicatum: vel significatiuũ: nam catbegoriso grece: predico est latine: ⁊ catbegoria predicamentũ. Est itaq; catbegorema quod potest esse propositionis predicatũ quod scz est rei vel rerum significatiuũ: et huic apud mentẽ correspõdet cõceptus: sicut omne nomen apud logicũ debet esse catbegorema. — Catbegorema.

¶ Sincatbegorema: per oppositum dicit quod non potest — Sincatbegorẽa
esse ꝓpositionis predicatũ: quod scilicet nõ est rerum: vel rei representatiuũ ⁊ huic apud mentem nõ correspõdet conceptus: sed actus: vt omnis: quilibet: nullus: quidam: aliquis. ⁊c. Sincatbegorema nihil significat: sed tantũ cõsignificat. Dicitur enim a sin: quod est con: ⁊ catbegorema quod est significatiuum quasi cõsignificatiuum. Et sicut catbegorema est triplex: scz vocale: scriptum: ⁊ mentale: ita ⁊ sincatbegorema triplex est: pariter vt catbegorematicum vocali vel scripto apud mentẽ correspondet actus: a parte rei: itaq; actus est sincatbegorema mentale. — Vox dr̃ triplicit̃ catbegorematica vel sincatbego. Tata. j. giber. xxxviij D. ⁊ ꝑmo tract: pe. His. iiij. B.

¶ Nomen vocale diffinit hic: ⁊ nõ scriptũ vel mẽtale: cuius hec ratio est: quia hic liber ad disputationẽ ordinatur: sed disputatio vocalis inter alias est cõmunior ⁊ principalior: igitur. ⁊c. vnde per. — Cur tñ nomen vocale hic diffiniatur.

¶ Nomẽ vocale proprissime sumptum nomen intelligitur scz quod est vox finita ⁊ recta. Incõplexa que personaliter capta potest reddere suppositũ verbo personali finiti modi: presentis temporis: ex hoc nominis diffinitio patebit.

¶ Diffinitio nominis sic exponit. Nomẽ. s. vocale proprissime sumptum: est vox. s. catbegorematica: significatiua: ad placitum. i. ex impositione voluntaria: sine tempore. s. determinato: cuius nulla pars separata aliquid significat. i. cui in mente correspõdet conceptus incõplexus: finita. i. existens vox finita: ⁊ recta. i. recti casus: vel nata reddere suppositum verbo personali. Quare singule diffinitionis addantur particule ex dicto ¶De. His. textu liquet. ¶Pro tamen yberiori diffinitionis intellectu aliqua subiũgenda sunt notabilia. — Diffi. expositio.

Tēpus. Est de principali significato importare tempus vel tēporis partē: vt annus: mēsis: dies: hora.

Cum tēpore. Est de mō significādi minus pncipali iportare aliq̄ differētiā tpis vltra pncipale significatū: vt lego significat pncipaliter actū legēdi: Et de mō fcandi min⁹ principali iportat tēp⁹ pſens in quo fit talis act⁹ ꝛ fcare cū tpe cōtingit dupliciter. ſ. cū tpe.

Determinato. Est principale significatū repſentare sub vna differentia tēporis precise: sic q̄ nō sub alia: sic significant verba finiti modi.

Indeterminato. Est significatum principale iportare sub certa tpis differētia: nō tamē precise sic quin possit etiā sub alia tēporis differētia suū significatū repſentare sicut faciūt participia ꝛ infinitiui vt amās: ponit quādoq̄ cum verbo pſentis tēporis: sic importat actum amandi adiacere pro tēpore pſenti: vt ego sum amās: si vero ponitur cum verbo preteriti: vel futuri tēporis tunc importat actū suū pro tali tēpore verbi: vt ego fui amās: ego ero amans. ꝛc.

Circa diffinitiōis particulā fine tēpore. Notaq̄ differūt significare.

Mōbile. ij.

Correspōderi. Est signū naturaliter significās sic se habere q̄ aliquod alterꝫ signū accipit fm ipm tanq̄ fm eius modum significādi totalem: vt quelibet mētalia signa: ꝛ solū talia correspōdent. ſ. vocalibus ꝛ ſcriptis.

Subordinari. Est signū ſignificans ad placitū vel naturaliter sic se habere q̄ ipſum accipit fm alterū tanq̄ fm eius modum significādi totalem: vt vocalia ꝛ ſcripta mētalibus subordinant: vocalibus vero ꝛ ſcriptis mētalia correspondent: quia fm Arist. primo periher. Ea que sunt in voce sunt passionū note carū que sunt in anima.

Pro particula: cuius nulla pars. ꝛc̄ est notandū q̄ differūt.

Mōbile. iij.

Finitū. Est cui nō additur negatio infinitanter tenta: vt ille terminus homo.

Infinitū. Est aggregatū ex noie finito ꝛ negatiōe infinitāter tenta cadēte immediate supra nomen finitū: vt nō homo: nō animal.

Dicit in diffinitiōe finita: pro quo nota q̄ duplex est Nomen: ſcz.

Mōbile. iiij.

Nullam
- Coniunctionem.
- Prepoſitionem.
- Interiectionem.

Nullum
- Purum adiectiuum.
- Sincathegorema.
- Complexum.
- Nomen infinitum.
- Nomen obliquum.
- Aduerbium.

Et ſic Pronomē. Et hoc ſi habet antecedēs vel demonſtrabile expreſſe positum. Si vero nō habet ꝛ est pronomē primitiuum tunc potest esse nomen apud logicum: quia tūc accipitur pro relata vel demonſtrata.

Cōſ. Corolarie: ex dictis ſequit. Nomē apud logicum esse.

¶ Arguitur. Nomina infinita ⁊ nomina obliqua poſſunt reddere ſuppoſitū verbo: ⁊ eſſe ſubiecta propoſitionū: ergo ſunt nomina ſm logicum.
¶ Reſpondeť. Licet noia infinita poſſint reddere ſuppoſitū verbo ⁊ eſſe ꝓpoſitionū ſubiecta: nō tū ſunt noia propꝛiſſime ſumpta (vt ex dictis patet). Et ꝯnis obliqui poſſint reddere ſuppoſitū verbo imperſonali vel perſonali modi tamē infiniti. Hoc tamē nō ſufficit ad nomen logicū propꝛiſſime ſumptum: ſed requiritur ꝙ reddant ſuppoſitū verbo pſonali indicatiui modi.

Diffinitio Verbi.

VErbum eſt vox ſignificatiua ad placitum cum tēpoꝛe: cuius nulla pars ſeparate aliquid ſignificat finita et recta. Cum tēpoꝛe ponitur ad differentiam nominis quod ſignificat ſine tēpoꝛe. Finita ponitur ad differentiam verbi infiniti vt nō currit nō laboꝛat: que nō ſunt verba ſecundū dialecticū: ſed verba obliqua. Vnde ſolum verbū preſentis tēpoꝛis indicatiui modi ſecundū dialecticū dicit eſſe verbū. Reliqua vero verba eiuſdem modi ⁊ aliorum modoꝝ dicūtur verba obliqua. Alie vero diffinitionis particule ponunť hic eadem ratione qua ponebātur in diffinitione nominis. Et ſciendum ꝙ dialecticus ponit tantū duas oꝛatiōis partes ſcz nomen ⁊ verbum: alias autē appellat ſincathagoꝛematicas: id eſt cum alijs ſignificatiuas.

Diffinitō verbi hic declarať.

Verbum rectū.

Verbū obliquū

Ex ex dictis infert.

¶ Preſens verbi diffinitio intelligitur de verbo vocali non de ſcripto nec mentali eo modo vt ſuperius de nomine dictum eſt.

Verbū ꝟ capiť.

¶ Verbum ꝓpꝛiſſime hic capitur ſcilicet pro voce ſimplici que poteſt eſſe appoſitū reſpectu ſuppoſiti noiatiui caſus in ꝓpoſitione ſimpliciter pꝛima. Vnde propoſitio ſimpliciter pꝛima. Eſt que ꝯſtituitur ex ſubiecto ⁊ predicato incōplexis pſonaliter captis: ⁊ ex verbo perſonali incomplexo preſentis tēpoꝛis indicatiui modi. Et dicit ſimpliciter pꝛima quia alie de preterito ⁊ futuro ad hoc: vt vere fiant reducūtur ad eam ⁊ non ecōtra.

Propō ſimpliciter pꝛima. Quare ꝓpō dicať ſimpliciter pꝛima.

¶ Diffinitio verbi intelligitur ſic. Verbum ſcz vocale pꝛopꝛiſſime ſumptum: eſt vox ſcz cathegoꝛematica: ſignificatiua ad placitum. i. ex impoſitione volūtaria: cum tempoꝛe ſcz determinato: cuius nulla pars. ⁊c̄ i. cui apud mētem coꝛreſpōdet incomplexū finita ſcz exiſtēs: ⁊ recta. i. exiſtēs verbū perſonale preſentis tēpoꝛis indicatiui modi. Deinde poſt verbi diffinitionē ⁊ eius declarationē infert Hiſ. duas tantū eſſe partes oꝛationis ſcōm logicum. ſ. nomē ⁊ verbum: quia ille due ad ꝓpoſitionis conſtitutionē ſufficiūt. Dicte diffinitionis particule pro maioꝛi parte ex declaratione textꝰ

Diff. expoſitio.

Pro coꝛolario in textu poſito nota.

patent tamen pro aliquibus (vt sequitur) notandum est.

Notabile.

¶ Nota omne verbum est cathegorematicum: quia omne verbum quod est precise copula est purũ sincategorema: vt illud verbum est tertium adiacens: est purum sincathegorema nihil significans: sed tantũ denotans vnionem subiecti cũ predicato (⁊ hoc si est affirmatur) siue ita sit in re siue non ⁊ tunc verbo est apud mentẽ correspondet actus cõplexiuus. Si vero verbũ substantiuũ est tertiũ adiacens negatur: vt ibi: homo non est animal: tunc denotat p̃dicatũ subiecto non vniri. Et sic apud mentẽ sibi correspondet actus diuisiuus. Dico superius notãter qđ precise est copula: quia si verbũ cũ hoc sit predicatũ erit cathegorematicũ: vt homo currit: ibi currit est copula: nõ tñ precise quia cũ hoc est predicatũ. Ex his habet ꝙ quoddam verbũ est cathegorematicũ qđ scz est extremũ vel pars extremi: quoddã est sincathegorematicũ: qđ scz est precise copula vt nunc dictũ est.

Verbo est correspondet apud mentẽ actꝰ cõplexiuus.

Verbo est apud mentẽ corrñdet actꝰ diuisiuus.

Notabile. ij.

¶ Omne verbum debet esse incomplexum: secundũ predictam diffinitionis expositionẽ: ⁊ quãuis verba adiectiua possint virtualiter resolui in sua participia: ⁊ verbum substantiuũ est: tamen hec formaliter eis nõ correspondent: ideo (cõmuniori via) tenendum est verba adiectiua non esse complexa: quoniã Arist. primo Periher. ⁊ Pe. His. hic distinguũt ab oratione verbuz: quod incomplexũ sit: adiectiuũ verbum minime excludẽdo: exemplificat enim de adiectiuo verbo philosophus loco allegato: et verba adiectiua in predicamẽtis idem ponit: in predicamẽto actionis calefacere ⁊ frigefacere ⁊ calefieri, delectari, contristari ponit in passione: ꝙ fieri nõ posset si verba essent complexa.

Verba ĩpsonalia passiue vocis ⁊ ꝟba exẽpte actionis non sunt ꝟba apud logicũ qꝛ ĩbordinat̃ ꝯceptui cõplexo

Nõbile. iij.

¶ Verbum infinitum. Est quod est compositum ex verbo finito ⁊ negatione infinitanter tenta cadente immediate supra tale verbum: vt nõ laborat. Et debet actꝰ infinitãdi ferri ad participiũ talis verbi ⁊ nõ ad copulã inclusam. Et sic nõ laborat tantũ valet sicut est nõ laborãs. Et nõ valet tantũ sicut nõ est laborãs. Et verbũ qđ est pura copula scilicet nõ existẽs extremũ vel pars extremi nõ potest infinitari cum purũ sit sincathegorema.

Nõbile. iiij.

¶ Pro vltima diffinitionis particula est notandum. Qꝛ duo requiruntur ad hoc ꝙ verbum sit rectum. { Primo ꝙ sit indicatiui modi. Secundo: ꝙ sit presentis temporis.

¶ Contra verbi diffinitionem arguitur. Nullum nomẽ significat cum tempore: sed verbum est nomen: ergo verbum nõ significat cũ tempore: per cõsequens verbi diffinitio male posita.

¶ Ad argumentum dicitur: ꝙ verbum in dicto argumento equiuocatur. nam in minori capitur materialiter et in conclusione personaliter.

Diff. orationis.

O Ratio est vox significatiua ad placitum cuius partes separate aliquid significant: hoc ponitur ad differentiam nominis ⁊ verbi quoꝝ partes separate nihil significãt relique vero particule hic eadem ponuntur ratione qua in diffinitione nominis ⁊ verbi ponebantur.

¶ Poſtq̃ Pe. Hiſ. de partibus integralibus ꝓpoſitionis ſcz de nomine ⁊ verbo tractauit conſequenter determinat de oratione: que eſt genus ꝓpoſitionis. Et ſic̃ dictum eſt ſuperius de triplici nomine: ⁊ verbo: ita ⁊ ſuo modo triplex dicatur eſſe oratio: ſcz vocalis: ſcripta: ⁊ mentalis: hic tamen principaliter de vocali oratione agitur. Continuatio.

¶ Orationis diffinitio exponitur ſic. Oratio. ſ. vocalis eſt vox ſignificatiua ad placitū. i. ex impoſitiõe ſui vel ſuarum partiū: cuius partes. ⁊c. i. cui apud mentẽ correſpondet complexū: diffinitiõis illius particule ex textu Pe. Hiſ. ⁊ predictis (ꝓ maiori parte) patent: ꝓ duabus tamen vltimis diffinitionis particulis (vt ſequitur) notandum eſt. Diff. expoſitio.

Oratio dicitur eſſe ſignificatiua dupliciter.

- Uno modo ratiõe ſuarum partiū: vt oratio vocalis cõpoſita ex pluribus vocib⁹ ſignificatiuis: vt iſta oratio: hõ eſt animal: que ſm ſe totã nunq̃ eſt impoſita ad ſignificandum: ſed ſolum ratione ſuaꝝ partium. Mõbile. i.
- Alio modo: ex impoſitione ſui: vt ſi illa littera. a. imponeretur ad ſignificandum tantum ſicut hec oratio: homo eſt animal.

Partes orationis ſunt dupliciter.

- Remote: vt ſunt littere: ⁊ ſillabe: ⁊ he partes non ſunt ſignificatiue. Mõbile. ij.
- Propinque: ſicut nomen ⁊ verbum: ⁊ ille ſunt ſignificatiue: ⁊ de his preſens intelligitur clauſula.

Orationum alia perfecta alia imperfecta. Perfecta eſt illa que perfectū ſenſum generat in animo auditoris: vt homo currit. Imperfecta eſt illa que imperfectum ſenſum generat in animo auditoris: vt albus aſinus. Oratio pfecta. Oratio impfecta.

¶ Habita orationis cognitione a priori: ſcz penes diffinitionẽ tradit hic a poſteriori Pe. Hiſ. orationis noticiã eam dividendo ⁊ eſt. Continuatio.

¶ Diuiſio ſic intelligẽda. Orationū. ſ. vocaliū alia eſt perfecta: alia eſt imperfecta. Et illius diuiſionis hec eſt ratio. Dis oratio repſentat aliquẽ ſenſum: vel ergo talis: ſenſus eſt pfectus vel impfectus: ſi primum tunc oratio eſt perfecta: ſi ſecundū tunc eſt imperfecta. Diuiſiõis ratio.

Orationis ſenſus eſt duplex.

- Perfectus. Eſt qui pfecte terminat actum intellectus: non ſuſpẽdens audientis animū: vt cum dicitur: homo currit: ibi ſentẽtia perfecta eſt non requirens alterius additionem: vt intellectus ibi quieſcat. Mõbile.
- Imperfectus: Eſt qui non pfectẽ actū intellect⁹ terminat: ſed alio eget vt pficiat: vt dicendo homo albus. Et non accipitur hic ſenſus ꝓ potẽtia anie: ſed ꝓ ſententia vel noticia: que eſt orationis ſignificatio.

Orationū perfectarū alia indicatiua: vt homo currit: alia imperatiua: vt petre fac ignem. alia optatiua: vt vtinam Subdiuidit hic oratio perfecta ſecũdum quinq̃ membra.

essem bonus clericus. alia coniunctiua: vt si veneris ad me dabo tibi equum. alia deprecatiua: vt miserere mei deus. Harum autē orationū sola indicatiua dicitur esse propositio.

Oro indicatiua

¶ Oratio imperfecta relinquitur cū nihil ad propositū valeat: ⁊ perfecta oratio hic subdiuidit. Vnde oratio indicatiua est cuius verbū principale est indicatiui modi. Et similiter de alijs orationis pfecte mēbris in textu enumeratis dicatur. Et pro textu p̄senti vnū ponit notabile iuncto corolario.

Notabile.

¶ Sola indicatiua est ꝓpositio: quia sola indicatiua significat verū vel falsum: verbū enim indicatiui modi est perfectius alijs ideo et indicatiua oratio merito est alijs orationibus perfectior.

Cōr

¶ Corolariū ex dictis sequitur. Alias orationes indicatiua excepta: magis esse grāmatici vel rhetoris q̄ ipsius dialectici: sunt enim aptiores ad flectendū ⁊ persuadendū q̄ ad significandū verum vel falsum.

¶ Contra dicta. Arguitur primo sic. Nullum complexū potest diffiniri: sed oratio est quid complexū: igitur: minor manifesta: maior habetur ex septimo metha. omne enim diffinitū debet esse quid vnum.

¶ Arguitur secūdo: lego: curro: pluit: tonat: sunt orationes ⁊ tamē partes eorum nihil significant: igitur. ¶ Arguitur tertio. Nihil est perfectū cui potest fieri additio: sed cuilibet orationi potest fieri additio: ergo nulla oratio est perfecta: per consequens diuisio mala.

¶ Repōdetur ad primū minorem negando: si oratio capitur materialiter: si vero stat personaliter concedit. Vel aliter respōdetur sic. Oratio fundamētaliter est quid complexū: sed formaliter est quid incomplexū: ⁊ sic diffinitur.

¶ Ad secundū dicitur de virtute sermonis dicta verba non esse orationes: quia partes separate nihil significant: tamē ex intelligētis bonitate subintelligitur suppositum: ⁊ sic virtualiter sunt orationes. ¶ Ad tertiū respōdetur per sequentem distinctionem de perfecto.

Scot. q. v. q̄tli. Tatar. j. celi. lix f.

Perfectum dicit dupliciter.

Simpliciter extra genus: cui penitus nulla potest fieri additio: sic solus deus est perfectus.

In genere vel specie. Et sic illud bene dicitur perfectū: cui non potest fieri additio essentialis: et necessario requisita: ad hoc ꝙ sit in tali genere vel specie: tamen adhuc potest sibi fieri additio accidentalis. Et sic etiam dicatur ad argumentū: ꝙ quidem cuilibet orationi accidentalis possit fieri additio: ⁊ hoc perfecte orationi minime repugnat.

Propositio est oratio verum vel falsum significans indicando: vt homo currit..

Continuatio.

Triplex ē ꝓpō.

¶ Postq̄ Pe. His. determinauit de partibus integralibus enūctiationis scz de nomine: ⁊ verbo: ⁊ de oratiōe: que enūctiationis genus est: nūc sub ꝓpositionis noīe determinat de ipsa enūctiatione: que est triplex: scz vocalis: scripta: ⁊ mētalis: ⁊ licet de vocali principaliter hic agat potest tamē presens diffinitio ad omnem extendi propositionē,

Propositio capit dupliciter

Proprie: prout idem est ꝙ pro alio positio. Et sic ꝓpositio est oratio posita ꝓ inferēda cōclusione: vt q̄libet premissaꝝ pōt dici ꝓpō: ⁊ sic nō capit in ꝓposito. Nōbile. i.

Cōmuniter prout cū enūctiatione conuertit ⁊ sic capitur hic vnde dicta diffinitio nō est proprie ꝓpositionis: sed ipsius enūctiationis: sed quia ꝓpositionis nomen iunioribus est magis notum: ideo sub propositionis nomine Pe. His. enunctiationē diffinit.

¶ Propositionis diffinitio sic intelligit. Propositio est oratio. s. perfecta significās. s. significatione totali ꝓpositionali verū vel falsum indicādo. i. existens de verbo indicatiui modi. Diffi. expositio.

¶ Dicitur in diffinitione propositiōis oratio: quod ponit loco generis: ⁊ excludit per hoc simplex dictio: que in quantum talis nō potest esse propositio.

¶ Dicitur perfecta: vbi excludit omnis oratio non suppositorialis: vt homo albus: equus regis. ⁊c. excludūtur ⁊ interrogatiue orationes vt quis currit? cuius est liber? vtrum celum moueat? tales enim imperfectum sensum generāt: ⁊ non significant verum vel falsum.

¶ Dicitur significatione totali ꝓpositionali: ad excludendū illos terminos verū ⁊ falsum: qui licet significēt verū ⁊ falsuz: nō tamē significatiōe ꝓpositionali. Sic etiā frondes ante tabernā significāt vinū venale: nō tamē sunt ꝓpositio: quia nō significāt propositionali significatione.

¶ Dicitur verum vel falsum. Hic excludit omnis incōgrua oratio: qꝛ ꝟm philosophū primo periher. verū ⁊ falsum presupponūt ꝯgruū. Et hic nō ꝑ vniūsale nec particulare nec ꝑ affirmatiuū vel negatiuū diffinit ꝓpositio. Sed ꝑ verū vel falsum: qꝛ hic principaliter ꝯsideratur de ꝓpōnibꝰ vt sunt signa conceptuū verorum vel falsorum. Propō diffinit ꝑ verū vel flm.

¶ Dicitur indicando. Hic excludunt orationes imperatiue optatiue ⁊ ꝯiunctiue cū infinitiuis: vt petre lege: vtinā essem felix cū veneris ad me: Joannē legere. Sola eni oratio indicatiua pñtis dialectice est speculatōis relique ꝟo rethorice. De oratiōe īfinitiua sane intelligat: scz si sit pure infinitiua: vt Joannē currere: nā si infinitiuo addat verbū idicatiui modi fit ꝓpositio sicut in modalibus diuisis cōtingit: vt hominē possibile est currere. Qñ oro īfinitiua sit ꝓpō.

Significare.

Verum. Est significare ita esse sicut est: vel ita nō esse sicut nō est: exemplū primi: homo est animal. exemplū secūdi: homo nō est asinus: prima eni particula cōuenit affirmatiuis veris: ⁊ secūda negatiuis. Notabile. ij.

Falsum. Est significare ita esse sicut nō est: vel ita nō esse sicut est: exemplū primi: hō est asinus: exemplū secūdi: hō nō est animal: prima clausula ꝯuenit affirmatiuis falsis: secunda negatiuis. Et sicut in his diffinitionibus dicitur: de esse: ita ⁊ de fuisse vel fore ꝟm exigentiā copule ꝓpositionis dicatur.

¶ Per significationem totalem intelligimus in proposito: modum significādi qui oritur ex significatiōe omniū terminorum presertim cathegorematicoꝝ. Et sic ꝓpositionis pars non tamē omnis modum habet Nōbile. iij. Pars ꝓpōnis habet modū significādi totalē.

significandi totalē. Sicut enī non omis pars ꝓpositionis est propositio: ita non omnis talis habet modū significādi totalē ꝓpositionalē. Et si dubitat̄ de ꝓpositionis parte an possit esse ꝓpositio. Respōdet̄ ꝑ sequētē ꝯclusionē.

Conclusio. ¶ Pars propositiōis est ꝓpositio: nō tamē oīs ꝓpositionis pars. De parte enī hypothetice non est dubiū: cum eius quelibet principalis pars sit cathegorica ꝓpositio. Et est aliqua propositionis cathegorice pars ꝓpositio: nam illius: omnis homo est animal. hec homo est animal: est pars: ⁊ est ꝓpositio: ⁊ habet modū significandi totalem ꝓpositionalē: sed vniuersaliter loquendo non omnis ꝓpōnis pars est propositio: vt de se patet: sed tantum illa cui diffinitio propositionis conuenit.

Cōꝝ. Ex dictis sequitur orationes sequentes non esse ꝓpōnes: licet ita sit vel esse possit sicut ꝑ eas significat̄: tñ nō significāt verū ꝑcatione ꝓpōnali: cū nō sint de verbo indicatiui modi.

- Siciens libenter biberet.
- Famelicus libenter comederet.
- Pauper libenter esset diues
- Asinus volaret si haberet pennas.
- Si soc̄tes curreret soc̄tes moueret̄.
- Hominem esse animal.
- Petre curre.

Nōbile. iiij. ꝓpō ē multiplex: scz.

- Vera
- Falsa
- possibilis
- ipossibilis
- necessaria
- cōtingēs
- Dubia

Est ꝓpō sic se hñs sicut per eā significat̄ ꝑcatiōe totali ⁊ ꝓpōnali ita

- Est
- Non est
- Potest esse
- Non potest esse
- Necesse est esse
- Cōtingēs est esse
- Dubitatur.

vt

- hō est animal
- hō nō ē anīal
- homo currit
- hō est asinus
- deus est
- hō est albus
- rex sedet.

¶ Arguitur Contra dictā ꝓpositionis diffinitionē. In nulla: diffinitione debent poni opposita: sed in diffinitione ꝓpositionis ponunt̄ opposita scz verū ⁊ falsum ergo diffinitio propositionis non valet

¶ Respondet̄. Opposita pñt in eadē diffi. poni disiūctiue sed nō copulatiue.

Diffinitio ꝓpōnis cathegorice. Propositionū alia cathegorica: alia hypothetica. Cathegorica: est illa que habet subiectum ⁊ p̄dicatū tanq̄ ꝑtes p̄ncipales ⁊ materiales sui: vt homo currit: in hac enī ꝓpositione homo est subiectū: currit vero p̄dicatū: ⁊ qd̄ cōiungit vnum cum altero est copula: vt patet resoluēdo: hō currit id est hō est currens: ibi homo est subiectū: ⁊ currens p̄dicatū: ⁊ illud verbum est dicitur esse copula: qꝛ copulat vnum cum altero.

Copula diffinit̄.

Vnde dicat̄ cathegorica. Et dicitur cathegorica a cathegoriso as. quod idē est sicut predico. as. vnde dicitur cathegorica id est predicatiua.

Intentio textus ¶ Hic auctor primo diuidit. propositionem ⁊ diffinit alterum diuisionis membrum: scz propositionem cathegoricam: describit ⁊ hic copulā. Hanc

ppositionis diuisionē inuit Aristoteles primo Periher. bis verbis: enūciationum alia simpliciter vna: alia est vna coniunctione. Et est diuisionis hec ratio: omnis propositio cōstat ex terminis vel propositionibus: si primū est categorica: si secundū est hypothetica. Et diuisio sic ponitur ad formā propositionum. i. de numero propositionū alia est categorica ⁊ alia est hypothetica. Et cōditiones ad bonam diuisionem requisite habentur superius circa sonorum diuisionem. Ratio diuisiōis

¶ Diffinitio propositiōis categorice intelligitur sic. Propositio categorica: est illa que. s. expresse vel implicite habet subiectum et predicatum. ⁊c. vt homo est animal: que expresse habet subiectum ⁊ predicatum. Exemplū secundi: vt nemo currit: que implicite habet: quia tātum valet sicut nullus homo currit. Diff. expositio.

¶ Dicitur implicite in diffinitiōe ꝓpositionis: primo ꝓpter propositiōes in quibus a parte subiecti ponit sincategorema mixtum: quod includit terminū categematicū: vt nemo currit: que tantū valet: sicut nullus vel nulla homo currit. Nihil mouet. i. nullū ens mouetur.

¶ Dicitur secūdo: propter verbū prime vel secūde persone quod includit in se certū suppositū: vt amo deū: vbi includitur suppositū ego: legis lectionem: vbi includitur suppositū tu.

¶ Dicitur tertio: propter verba exempte actionis: in quibus subintelligit suppositum scz deus vel natura: vt iam tonat: pluit: diescit noctescit.

¶ Dicitur quarto: propter verba ipersonalia passiue vocis in quibus pariter subintelligit suppositū ab aliquo: vt amatur: bibitur.

¶ Dicicur quinto: propter propositiōes de est secundo adiacente in quibus includitur predicatū participiale: vt homo est: vbi ens inclusum in verbo est predicatum existit.

Propositio de est.

- Secūdo adiacente. Est in qua preter illud verbum est nō ponit aliquod predicatū materiale aliud a suo participio: vt homo est. Et nō dicitur de secūdo adiacēte ꝙ illud verbū est ponat in secūdo loco: sed qz preter ipsum nō ponit predicatū materiale a suo participio. Nōbile. i.
- Tertio adiacente. Est in qua preter illud verbū est ponitur aliquod predicatū materiale aliud a suo participio vt homo est animal.

Dicitur in diffinitione tanq̄ partes. ⁊c. ꝙ nota ꝙ duplices sunt partes ꝓpositionis.

- Principales sine quibus ꝓpositio nō potest ꝓstitui quarū quedam sunt.
  - Materiales: vt subiectum et predicatum.
  - Formales: vt copule. Nōbile. ij.
- Minus principales sine quibus ꝓpō ꝓstitui potest: quarū queda sunt.
  - Materiales: vt determinationes sincategematice in extremis posite: vt terminus ois in illa: omnis homo currit.
  - Formales: vt copule restricte minus principales: vt termin⁹ est in illa: homo qui est currit.

Diff. copule exponitur.

¶ Diffinitio copule sic intelligit̃. Copula. s. logicalis est qd̃ i. pars formlais ꝓpositionis cathegorice: coniungit vnũ. i. subiectũ cum altero. i. predicato.

Copula
- Realis. Est reale vinculũ quo aliqua cõiungunt̃: vt clauus: bitumen: ⁊ id genus.
- Logicalis. Est signũ quo plures termini vel orationes adinuicẽ ꝯiungũtur: nam in cathegorica cõiungit subiectũ cum predicato: sed in hypothetica cõiungit vnam cathegoricã cum alia.
  - Principalis. Est que nõ restringitur aliquo relatiuo: vt dicẽdo homo qui est rationalis est risibilis: ibi secundũ est dicitur copula principalis: ⁊ penes illam copulaꝫ attendit̃ ꝓpõnis qualitas.
  - Minus prĩcipalis. Est que restringit̃ aliquo relatio: vt homo qui est rationalis est risibilis: ibi primum est dicit̃ copula minus principalis: ⁊ penes illã nõ attenditur q̃litas: ⁊ talis copula tenet se semꝑ ad alterũ extremoꝝ.

Notabile.

Cõꝝ.

¶ Verbũ adiectiuũ potest esse copula ⁊ predicatũ in ꝓpõne cathegorica: vt homo currit: currit est predicatũ ⁊ copula. Et in cathegorica copula semper est verbũ: sed in hypothetica est cõiunctio.

¶ Contra predicta arguit̃. In omni bona diuisione mẽbra: debẽt esse opposita: sed in predicta ꝓpõnis diuisione mẽbra nõ sunt opposita: cũ vnũ contineat̃ sub alio: qꝛ cathegorica continet̃ sub hypothetica: ꝗ diuisio nõ est bona.

¶ Respõdetur ad argumentũ. Licet vnũ membrũ ꝯtineat̃ in alio materialiter: nõ tñ ꝯtinet̃ formaliter per ꝯsequẽs argumentũ nihil ꝯcludit.

# De diffinitiõibus subiecti ⁊ p̃dicati.

Subiectũ est de quo aliquid dicitur scꝫ predicatũ. Predicatum est quod dicitur de altero: scilicet de suo subiecto.

Continuatio.

¶ Ne Pe. His. ex ignotis ꝓcedat pro maiori declaratiõe diffinitiõis ꝓpõnis cathegorice diffinit hic subiectũ ⁊ predicatũ ex q̃bus componit̃. Et pñs textus sic intelligẽdus est. Subiectũ est. s. extremũ: de q̃. s. expresse vel implicite: dicit̃ aliqd. i. predicatũ. Predicatũ est qd̃. i. extremũ: dicit̃. s. expresse vel implicite de altero. i. subiecto: illarũ diffinitionũ particule note sũt ex dictis.

Diffinitiones intelligunt̃.

Subiectũ distributiõis ⁊ enũctiationis.

¶ Itẽ p̃sens diffinitio loquit̃ de subiecto enũctiatiõis de q̃ scꝫ ꝑncipaliter dr̃ p̃dicatũ. Et nõ de sb̃iecto distributiõis qd̃ est termin⁹ ꝯũis distribut⁹ posit⁹ a ꝑte sb̃iecti: vt in illa: cuiuslibet hois ocul⁹ est derter: hois ẽ subiectũ distributiõis sed asin⁹ vl̃ hoc totũ: hois asin⁹ ẽ sb̃iectũ enũctiatiõis.

¶ Arguit̃. Subiectũ ⁊ predicatũ opponũtur: ꝗ predicatũ nõ põt vere dici de subiecto. ¶ Respondet̃ subiectũ ⁊ predicatũ capta formaliter quo ad illas secũdas intẽtiones opponunt̃ relatiue: ideo hec est falsa subiectũ est p̃dicatũ. Si tñ accipiant̃ pro denominatis sic nõ opponũtur: ⁊ vnũ potest vere predicari de alio: vt homo est animal: ibi predicatũ dicitur de subiecto.

## Sequūtur regule de extremoꝝ assignatione.

¶ Prima. Adiectiuū positū a parte predicati: adiective tē/tum: nō habēs secū exprēsse positum substantiuū: includit substantiuū a parte subiecti positū: vt homo est albus: ibi albus homo est predicatū.

¶ Secūda. Nulla negatio negāter tenta est pars extremi: sed negatio infinitāter tenta pars est extremi: vt nullus homo est nō homo: vbi prima negatio nō est pars subiecti: secūda vero est pars predicati.

¶ Tertia. Nullū signū vniuersale vel particulare ab initio extremi positū est pars extremi. Dicit ab inicio extremi positū: qz si tale signum claudat inter determinationē z suū determinabile vnica acceptione acceptata: tūc pars est extremi: vt asinus cuiuslibet hominis currit: ibi hoc totum est subiectū: asinus cuiuslibet hominis.

¶ Quarta. Omnis cōiunctio in cathegorica ꝓpōne posita: nō ꝯiungēs partes copule neqz partes totius ꝓpōnis est pars extremi: vt hō vel asinus currit: subiectū est hoc totū. homo vel asinus. Sed ibi. Homo est vel nō est asinus: ꝯiunctio vel nō est pars extremi qz ꝯiungit partes copule. Similiter ibi. Socrates possibiliter z ꝯtingēter currit: ꝯiūctio et nō est pars extremi: sed totius ꝓpōnis qz coniūgit partes totius ꝓpōnis.

¶ Quinta. Signa exponibilia cathegorematica sunt ptes extremoꝝ: vt sunt cōparatiui z suplatiui. Signū vero exponibile sincathegorematicū in totā ꝓpōnem latū nō est pars extremi. Exemplū primi. Leo est fortior asino: ibi fortior asino est predicatū. Exemplū secūdi: rm hō est animal ibi tantū nō est pars extremi: sed ibi hō est tantū animal: signū tantū est pars predicati: z iam nō fertur in totā ꝓpōnem sed tantū in predicatū.

¶ Sexta. Aduerbia determinātia verba gratia cōpositio/nis vel diuisionis nō sunt extremoꝝ partes: sed aduerbia determinātia verba gratia modi: temporis vel rei sunt partes extremoꝝ. Exemplū primi: hō possibiliter currit. Exemplū secūdi: homo velociter currit.

¶ Septima. Omne relatiuū tentū restrictiue est pars illi⁹ extremi cuius est suū antecedēs: Cū verbo restricto: z cum omnibus terminis idem verbū respicientibus. vt Joannes qui est bonus studet: hoc totū. Joannes qui est bonus: est subiectū.

¶ Octaua. Quando ante vel post copulam a parte alicuius extremi ponitur obliquus: talis se solo nō potest esse extremū: sed debet subintelligi aliquis rectus. vt in danubio nō est aqua. i. ens in danubio. lapis est in muro. i. ens in muro.

# Diuisio ꝓpōis cathe. penes q̄ntitatē.

Proꝓpositionū cathegoricarū: alia vniuersalis: alia particu/laris: alia indefinita: alia singularis. Vniuersalis est illa in q̄ ꝓpō vniūsalis.
subiicit⁹ terminus cōmunis signo vniuersali determinatus:

vt oīs homo currit. Terminus cōmunis est qui aptus natus est predicari de pluribus: vt homo de socrate: z platone.

Intētio textus. ¶ Diuidit auctor hic propositionē cathegoricā de simplici subiecto penes

Quātitas in ꝓpositio. quantitatē scōm quatuor membra diuisionis: quorum primū hic diffinit scz propositionē vniuersalē: pro cuius diffinitionis declaratione describit terminum cōmunem. Et quātitas methaphorice hic sumitur pro proprietate ꝓpositionis per quā denotatur subiectū accipi cum vel sine signo quātificatiuo.

Pro diuisione est notandū q ꝓpō cathegorica est duplex.

Notabile .i.

Quedam de simplici subiecto: cuius scilicet subiectum vnica sumitur acceptione: vt homo est animal.

Alia de subiecto composito seu mixto: cuius subiectū non vnica: sed diuersis sumitur acceptionibus: vt cuiuslibet hominis oculus est derter: cuiuslibet bois asinus currit: que nec sunt vniuersales: nec particulares: nec indefinite sed mixte quantitatis scz vniuersales z indefinite simul. z sic contingit ꝓpōnem nō esse simplicis quātitatis sed mixte: vel pluriū quantitatū: qñ eius subiectū nō vnica sed diuersis sumit acceptionibus.

## Ad cognoscendū quādo subiectū vnica vel diuersis sumatur acceptiōibus sequētes tres nota regulas.

¶ Prima regula. Quando a parte subiecti ponit cōplexum cui nullum signum preponit z determinabile precedit: determinatio vero sequitur est vnica acceptio: si vero determinatio precedat est diuersa acceptio. Exemplum primi: asinus hominis currit. Exemplum secundi: hominis asinus currit: que est mixte quantitatis: cum eius subiectum diuersis sumatur acceptionibus.

¶ Secūda regula. Quādo subiectū est aggregatū ex determinatione z suo determinabili: z toti preponit signum habens cōuenientiam cum determinabili: z non cum determinatione tunc est vnica acceptio. Si vero signum prepositum cum determinatione conueniat diuersa erit acceptio. Exemplum primi: quilibet asinus hominis currit: etiā ibi: quilibet hominis asinus currit. Exemplū secundi: cuiuslibet hominis asinus currit: etiā ibi: cuiuslibet asinus hominis currit.

¶ Tertia regula. Si subiectum est disiunctū vel copulatū cui preponit signū vniuersale: particulare: vel singulare latū in totum disiunctum: vel copulatū est vnica acceptio. Si vero tale signū fertur tantū in partem disiuncti vel copulati est diuersa acceptio. Exemplū primi ois bō vel asinus currit: omnis equus z asinus currunt: ferendo signum omnis in totum Exemplū secūdi habetur in iam dictis duabus ꝓpōnibus ferendo signū tm in partē disiuncti vel copulati. Similiter in his ꝓpōnibus iuxta secundā partem regule est diuersa acceptio: z sunt mixte quātitatis: homo vel ois asinus currit: equus z omnis asinus currūt. Et sicut exemplificat de signo vniuersali

ita cõformiter dicatur de particulari ⁊ singulari.

¶ Prime due regule intelligẽde ſunt de determinatiõe categhegorematica: ⁊ nõ adiectiuali: quia in illis ꝓpoſitionibus: omnis homo eſt animal: doctus homo diſputat: determinatio precedit ⁊ determinabile ſequitur nõ tamen eſt diuerſa ſed vnica acceptio. Dictas tamẽ duas regulas quo ad ea que de mixta quãtitate in eis dicũtur alij nõ tenent: ponentes tantũ in ea ꝓpoſitione mixtam quantitatẽ cuius ſubiectum diuerſis ſpeciebus ſuppoſitionis ſupponit: vel per diuerſos actus ſumitur: ſiue determinatio precedat ſiue ſequatur. vnde hec propoſitio hominis aſinus currit (ſcõm eos) eſt indefinita: cum totum eius ſubiectum ſupponat determinate: ⁊ nõ ſumatur per diuerſos actus: non tamẽ obſtante iſto modo dicendi rationabiliter (ſcõm dictas regulas) quantitatẽ mixtam ponimus: iſte enim ꝓpoſitiones: hominis aſinus nõ eſt aſinus: aſinus hominis nõ eſt aſinus. Differũt in veritate ⁊ falſitate: ⁊ hoc niſi propter diuerſam quantitatem que in eis eſt: ſunt enim alias omnino ſynonime. Prima namq; eſt vera demõſtrato homine qui nõ habeat aſinum: quia eius cõtradictoria eſt falſa illa ſcz: cuiuſlibet hominis quilibet aſinus eſt aſinus: cum ex preſuppoſito nõ quilibet homo habeat aſinum. Secũda vero ſcz illa: aſinus hominis nõ eſt aſinus: eſt falſa: quia eius cõtradictoria vera illa ſcz: quilibet aſinus hominis eſt aſinus. Cum itaq; dicte propoſitiones alias omnino ſunt ſynonime: et vna vera alia falſa: conuenienter dicimus eas differre in quantitate: apparet ⁊ hoc magis in terminis cõnotatiuis: vt dicendo: regis cantor venit: pulſus cantor regis venit que ſcõm eos qui non dicunt in prima eſſe quantitatem mixtam ſunt cõtradictorie (ſecluſa appellatione) ſunt tamẽ ſimul vere in caſu quo petrus olim qui erat regis cantor venerit.

¶ Arguitur contra dictam diuiſionẽ ſic. Membra dicte diuiſionis non ſunt oppoſita: ergo illa diuiſio nõ eſt bona: antecedens probatur: quia particularis continetur in vniuerſali.

¶ Reſpondetur negãdo antecedẽs ⁊ ad probationẽ dicitur: q; particularis formaliter non continetur in vniuerſali licet bene materialiter ⁊ virtualiter contineatur.

¶ Diffinitio propoſitionis vniuerſalis ſic intelligit. Propoſitio vniuerſalis eſt illa. i. eſt propoſitio ſimplicis quãtitatis: in qua ſcilicet expreſſe vel implicite: ſubicitur. i. ſubiectũ eſt: terminus cõmunis ſcz communiter tentus ſigno vniuerſali. ſ. nõ impedito: determinatus. i. diſtributus vel collective acceptus.

¶ Dicitur in expoſitione propoſitiõis vniuerſalis ſimplicis quãtitatis: propter illas ⁊ ſimiles. cuiuſlibet hominis aſinus currit: cuiuſlibet contradictionis altera pars eſt vera: que ſunt mixte quãtitatis.

¶ Dicitur implicite: propter illas ⁊ ſimiles: nemo currit: nihil mouetur: quilibet currit.

¶ Dicitur ſubiectũ eſt: quia illa eſt vniuerſalis: caput habet omnis homo: licet enim caput a parte ſubiecti ponatur: non tamẽ eſt ſubiectum ſed homo.

¶ Dicitur cõmuniter tentus. quare illa nõ eſt vniuerſalis: omne ens quod eſt ſocrates currit: ſed eſt ſingularis.

Mõbile. ij.

Realiſantiũ opinio.

Moderno⁊ vis

Diffi. ꝓpõnis vlis expoſitio.

¶ Dicitur non impedito. propter illas ⁊ similes. nõ omnis homo currit: non nullus homo mouetur: que non sunt vniuersales. sed particulares: quia signum impeditur

¶ Dicitur distributus vnde si signũ nõ tenetur distributiue non facit vniuersalẽ propositionẽ: vt omnis homo est oratio cõgrua: omnis homo est totũ in quãtitate: que sunt indefinite quia signum ibi nõ tenet̃ distributiue sed materialiter.

¶ Dicitur collectiue acceptus. propter illas ⁊ similes: om̃es apostoli dei sunt duodecim: omnes partes orationis sunt octo. omnes plane te sunt septem: que sunt vniuersales ponendo suppositionẽ collectiuam. Si vero non est ponenda tunc sunt indefinite.

Diffin. termini cõis exponit̃.

¶ Diffinitio termini cõmunis sic intelligitur. est qui aptus natus est predicari de pluribus. s. essencialiter distinctis diuisim ⁊ vniuoce.

Dicitur in diffinitiõe termini cõmunis.

- Aptus natus propter illos terminos sol: mũdus: phenix: qui licet actu nõ significẽt plura: tamen eis non repugnat significare plura vel de pluribus predicari: sunt enim dicti termini impositi ad significandum cõmuniter ⁊ nõ singulariter.
- Essencialiter propter excludere illum terminum hec essentia diuina: qui q̃uis significet plures res scz patrem filium ⁊ spiritũ sanctum: non tamen est terminus cõmunis: quia ille res nõ distinguũtur essentialiter sed solum personaliter: vnde illa dicuntur essentialiter distincta: quoꝝ esse vnius nõ est esse alterius: vt Socrates ⁊ Plato.
- Diuisim: quia ꝯiunctim terminus singularis bene predicatur de pluribus: vt dicendo socrates ⁊ plato sunt homines.
- Vniuoce: qꝛ equiuoce petrus potest significare plures: ⁊ per cõsequẽs de plurib⁹ predicari hoc nomine vocatos: sed hoc non est vniuoce.

De hoc. j. sent: dis. iiij. ꝑ docte.

Illa dicunt̃ essentialiter distincta.

Signa vniuersalia sunt hec: omnis: nullus: nemo: neuter: et his similia.

¶ Hic enumerantur signa vniuersalia que quantitatem faciunt vniuersalẽ: pro quo nota in proposito.

Diffi. signi vniuersalis.

Signum vniuersale. Est quod natũ est distribuere subiectũ totale propositionis cathegorice: vt omnis: nullus. ⁊c̃. Vnde signa exclusiua reduplicatiua: vel exceptiua: non sunt signa vniuersalia quia licet distribuant non tamen distribuunt propositionis subiectum: ideo signa quantificatiua dici non possunt.

- Signa vniuersalia sūt duplicia.
  - Pura qbus apud mentē corrūdet purus actus vniuersalisādi ⁊ sunt duplicia: scz.
    - Affirmatiua. vt
      - Omnis.
      - Quilibet.
      - Quelibet.
      - Quodlibet.
      - Quiuis.
      - Quicunqꝫ.
      - Singuli.
      - Vterqꝫ.
      - Nō quidē nō. i. omnis.
      - Nullus nō. i. omnis.
      - } Hec signa faciūt vniuersales affirmatiuas
    - Negatiua. vt.
      - Nullus.
      - Non.
      - Non aliquis. i. nullus.
      - Omnis nō. i. nullus.
      - } Hec signa faciūt vniuersales negatiuas
  - Impura quib⁹ apud mētez correspōdet non solū act⁹: sed etiā conceptus: ⁊ sunt duplicia scz.
    - Affirmatiua distribuūt terminos inclusos in ipsis. vt
      - Omnino. i. omni modo.
      - Vbiqꝫ. i. in omni loco.
      - Semper. i. in omni tēpore.
      - Ab eterno. i. post omne tempus: vel ante omne tempus.
      - Quantumlibet. i. de qualibet specie quātitatis habēs eius quantitatē.
      - Quotlibet. i. de qualibet specie numeri.
      - Et his similia habes signa. ⁊c.
    - Negatiua distribuūt totū qd̄ sequit̄ ipsa. vt
      - Nemo. i. nullus homo.
      - Nihil. i. nullum ens.
      - Nusq̄. i. in nullo loco.
      - Nequaqꝫ. i. nullo modo.
      - Nunq̄. i. nullo tempore.
      - Neuter. i. nullus e duobus.
      - Non alter. i. neuter.

Corolarie ex dictis sequit̄: signum quilibet esse signum vniuersale: q̄uis Lau. Valla: ⁊ Nicolaus Perottus dicant quilibet nō esse dictionem distributiuā: sed particularem adducit ad hoc Perottus: diui Hieronymi: ⁊ Quintiliani auctoritatē: conatur ⁊ Valla ex iure ciuili: hoc probare lib. secundo dialectice cap. xxv. loquūtur tamē Valla ⁊ Perottus magis ſm exactam grāmatice latinitatē: q̄ ſm veram dialectice normam: ideo in hoc minus curandi. Cōꝝ. Quilibet.

Particularis: est illa in qua subijcit̄ termin⁹ cōmunis signo particulari determinatus: vt quidam homo currit.

¶ De secūda specie quātitatis simplicis hic agitur: que particularis dicitur: nō ideo q̄ eius subiectū supponat pro vna suarū partium subiectiuaꝝ precise: qꝛ in ꝓpōne particulari subiectū supponit disiūctiue: pro omnibus suis suppositis. Sed dicit̄ particularis qꝛ ad eius veritatē sufficit vt predicatū vere predicet̄ de aliqua suarū partiū subiectiuarū. Quare dicat̄ particularis.

Diff. expositio

¶ Diffinitio sic intelligitur. Particularis est illa. i. est ppositio cat begorica simplicis quātitatis: in qua subijcitur. i. subiectū est terminus cōmunis. s. cōmuniter tentus: signo particulari. s. particulariter tento: determinatus. s. expresse vel implicite.

¶ Dicitur in diffinitione simplicis quātitatis ꝓpter illā vel similē: alicuius hois afinus currit: que nō est particularis: cum nō sit simplicis quātitatis sed mixte.

¶ Dicitur subijcitur. i. subiectū est: quia illa est particularis caput habet quidā homo. licet terminus homo nō ponatur a parte subiecti: sufficit tamē ꝙ subiectū iam est homo.

¶ Dicitur cōmuniter tentus: quia illa: aliquis homo qui est socrates currit. est singularis: q2 homo nō tenetur cōmuniter.

¶ Dicit particulariter tēto: quia illa: aliquis homo est oratio congrua. est indefinita ⁊ nō particularis: quia signum ibi nō tenet particulariter sed materialiter.

¶ Dicitur implicite: quia illa/aliquis currit: est particularis licet expresse nō habeat subiectū: includit tamē formaliter. Nec etiā oportet ꝙ signū particulare semp subiecto preponat: sufficit etiā si imediate subiectū sequatur: vt ibi. Homo quidā fecit cenā magnā. Homo aliquis currit.

Signa particularia sunt hec: quidam/aliquis/reliquus.

¶ Enumerat Pe. Hisp. hec signa particularia faciētia quantitatē particularem pro quo (vt sequitur) nota.

Notabile.

Signū particulare est quod additū termino cui facit ipsum stare pro suis significatis disiunctiue si nō fuerit impeditū.

Affirmatiuū.

Purū. Est cui apud mentem correspōdet purus actus particularisandi. vt
- Quidam.
- Aliquis.
- Reliquus.

Impurū. Est cui apud mentē correspōdet actus ⁊ conceptus. vt
- Vnq. i. aliquo tēpore.
- Aliqn. i. aliquo tēpore.
- Alicubi. i. in aliquo loco.
- Aliquoticns. i. aliquot vicibus.

Negatiuū nō habet: q2 subiectū ꝓpositionis particularis stat determinate: sed si signū negatiuū preponeret: fieret vniuersalis ppō: vt illa nō aliquis homo currit: que est vniuersalis: ⁊ valet tm. oīs homo nō currit.

Lōz Quidaz.

¶ Sequit ex prehabitis terminū quidā signū esse particulare: quāuis Lau. Valla ⁊ Perottus dicant quidā magis esse dictionem singularem ꝙ particularē: ⁊ hoc ex differētia quā ponunt inter quidā ⁊ aliquis: ea tamē differētia nō habet radicem in Greco sermone. Nam greci vno nomine aliquis ⁊ quidā appellāt Tis: que vox cōmunis est masculini generis ⁊ femininī pro quis ⁊ quc: pro quidā ⁊ quedā: pro aliquis ⁊ aliqua: ideo rationabiliter sicut aliquis signū est particulare: ita ⁊ quidā: ⁊ Valla ⁊ Perottus hoc nō sentiētes minime quo ad illud sunt tenendi.

- Vnus homo currit.
- Duo homines disputant.
- Mille homines laborant.

Ille propositiones non sunt particulares: sed indefinite: quia in eis non ponuntur signa particularia.

¶ Arguit. Contra p̄dictā diffinitionē sic. Hec est particularis: non omnis homo currit: ⁊ tñ in ea non subijcitur terminus cōmunis signo particulari determinat⁹. Respōdet quāuis ibi expresse formaliter nō ponat signū ꝑticulare ponit tñ implicite virtualiter: quia nō omis valet aliquis non.

Indefinita est illa in qua subijcitur terminus cōmunis sine signo: vt homo currit.

¶ De tertia specie quātitatis simplicis hic tractat que dicit indefinita: nō ꝙ non sit determinate ⁊ finite quātitatis. Sed dicit indefinita qa eius subiectū non determinatur per aliquod signū quantificatiuum ita ꝙ ad omnem quantitatem est indifferens. Indefinita vnde dicatur.

¶ Diffinitio sic est intelligēda. Indefinita est illa. i. est propositio simplicis quātitatis: in qua expresse vel implicite subijcit. i. subiectū est: terminus cōis. s. cōiter tentus: sine signo. s. quātificatiuo. Diff. expositio

¶ Dicitur in diffinitione simplicis quātitatis ꝓpter illā: vel similem: hominis asinus currit: que non est indefinita: cum non sit simplicis quantitatis sed mixte.

¶ Dicitur implicite: ꝓpter illa verba pluit: tonat: ⁊ similia: que indefinitas faciūt ꝓpōnes cū subordinent mētalibus: indefinitis ⁊ implicite subintelligatur subiectum: scz natura vel simile quid.

¶ Dicitur subijcitur. i. subiectū est: ideo illa est indefinita: quoddā caput habet homo: ⁊ homo est ibi subiectum.

¶ Dicitur cōmuniter tētus: quia illa: ens quod est socrates currit non est indefinita sed singularis.

¶ Dicit sine signo. s. quātificatiuo: ꝓpter illas ⁊ similes ꝓpōnes: solus hō currit: tantū hō currit: q̄ sunt indefinite cū earꝝ subiecta non determinent ꝑ signa q̄ntificatiua. i. que ꝓpōnis quātitatē variarent. Ita etiam ille: oēs apl'i dei sunt duodeci oīa vniuersalia sunt qnq̄: sunt indefinite: si suppositio collectiua nō ē ponēda: si ꝟo ē ponēda tūc sūt vniuersales collectiue.

Omnem scientiam acquirit homo.
Semper fuit tempus.
Quotidie fit motus.
In nulla ꝓuincia est om̄e animal.
Continue generatur aqua.
Ter rex fuit Vienne.

Omnes iste ꝓpōnes sunt idefinite: ⁊ earū subiecta supponunt confuse tm̄. Et oēs p̄ter vltimam sunt de modo loquendi inconsueto: cū earꝝ subiecta ponantur a parte predicati

¶ Arguit illa est idefinita: oīs hō est totū in q̄ntitate: ⁊ tñ ibi subijcit terminus cōmunis cum signo. Respondetur dictum signum non teneri quantificatiue quia materialisatur.

Singularis est illa in qua subijcitur terminus discretus: vel terminus cōmunis sumptus cū pronomine demōstratiuo: vt socrates currit: iste homo currit.

¶ De quarta ⁊ vltima specie quātitatis simplicis: que singularis dicitur: hic agitur. Et dicitur singularis quia subiectū eius capitur pro re certa singulari Sigularis dicit

ex natura sue proprie significationis.

Diff. expositio. ¶ Diffinitio sic intelligitur. Singularis est illa. i. est propositio cathegorica simplicis quãtitatis: in qua. s. expresse vel implicite subijcit̃ i. subiectũ est: terminus discretus. s. discrete tentus: vel terminus communis sumptus cum pronoie demõstratiuo primitiuo.

¶ Dicitur simplicis quãtitatis: ꝓpter illas vel similes: ioannis asinus currit: illius hois equus est albus: que nõ sunt singulares: cum nõ sint simplicis quãtitatis sed mixte.

¶ Dicit̃ iplicite: ꝓpter illas ⁊ sil'es: colo deũ: audiui lectionẽ: que sunt singulares: qꝛ subiectũ inclusum ꝓnomẽ ego est t̃minus singularis.

¶ Dicitur subijcitur. i. subiectũ est. ideo ille sunt singulares caput habet ioannes. asinum videt petrus.

¶ Dicitur tẽtus discrete: ꝓpter tales ꝓpositiones: socrates est indiuiduũ: socrates est dictio dissillaba: que sunt indefinite qꝛ subiectũ tenetur materialiter ⁊ cõmuniter pro se ⁊ sibi simili.

¶ Dicit̃ primitiuo: qꝛ si pronomẽ sit deriuatiue speciei cõstituitur ꝓpositio indefinita: vt meus equus currit. noster famulus venit.

Notabile. ¶ Pronomen deriuatiuũ nõ singularisat. Cuius hec ratio est qꝛ nõ demõstrat precise aliquod determinatũ suppositũ termini cõmunis sed relinquit ipsum indifferẽter ad plura supposita. Sed pronomẽ demõstratiuum primitiuũ certũ aliquod suppositũ ipsius termini cõmunis demõstrat: ⁊ facit terminũ communẽ teneri pro tali determinato supposito.

¶ Arguit̃ in illa. Totus socrates est minor socrate: subijcit̃ terminus discretus ⁊ tñ nõ est singl'aris: igit̃. ⁊c. ¶ Rñdetur capiẽdo tot⁹ sincathegorematice tũc est vl'is vera tñ valẽs q̃libet pars socratis est minor socrate: capiẽdo vero totus cathegorematice tũc est singularis falsa tñ valẽs integer socrates est minor socrate.

Terminus singularis: est qui aptus natus est predicari de vno solo: vt socrates de seipso.

¶ Pro intellectu diffinitiõis ꝓpõnis singularis describit Pe. His. terminum singularẽ. Que diffinitio sic intelligit̃. Termin⁹ singularis est. ⁊c. i. cui ex suo mõ ꝯcandi totali substratiuo repugnat ꝑdicari de plurib⁹ essentialiter distinctis diuisim ⁊ vniuoce: declaratio particulaꝝ illius diffinitiõis patet ex his q̃ dicta sunt de termio cõmuni supius circa diffinitionẽ ꝓpõnis vl'is.

Nõbile. Termin⁹ est singl'aris duobus modis: scꝫ aut.

- Impositiõe qui est impositus ad significandum vnã rem tñ: vt sunt ꝓpria rerũ nomia: vt Joãnes-Viennadanubius-grisellus-etiã pronoia primitiua: ego-tu. ⁊c.
- Restrictiõe: qui licet terminus sit cõmuis plura significãs: tñ per aliũ restringit̃ ad standũ ꝓ vno solo. Vnde termin⁹ cõis singularisat̃ dupliciter.
  - Vno modo per ꝓprium nomen recti casus qd̃ a termino cõmuni nõ regit̃: vt homo ioãnes currit. Ens quod est petrus mouet̃. Dicit̃ recti casus: ꝓpter illã vel similẽ. filius petri currit: que est indefinita. Dicit̃ quod a

termino. ꝛc. propter illam vel ſimilē. apparens ſocrates currit: que eſt indefinita: ſi nomē propriū regitur a participio. Sed ſi apparēs determinat ſocrates ſicut adiectiuū ſuū ſubſtantiuū tūc ſingulariſat ipſum adiectiuum apparens: ꝛ ſic dicta ꝓpoſitio eſt ſingularis.

Alio modo per pronomen primitiuum. vt hoc animal: ille homo.

# Regule tres de termino ſingulari et communi.

¶ Prima. Copulatū ex terminis ſingularibus eſt terminus ſingularis. copulatū vero ex termino cōmuni ꝛ ſingulari eſt terminus cōmunis: ſed diſiunctū ex iminis ſingularib⁹: vel termio cōmuni ꝛ ſingulari eſt terminus cōmunis: exempla q̄ruor fm q̄tuor partes regule. Socrates ꝛ Plato currūt. Joannes ꝛ aſinus mouentur. Petrus vel Paulus diſputat. Leopoldus vel homo ſtudet. Eſt tamē aduertendū q̄ diſiunctū ex terminis ſingularibus ſynonimis vel pro eodē ſupponētibus eſt terminus ſingularis: vt Socrates vel ſocrates currit. Marcus vel Tullius legit.

¶ Secunda. Conditionatū ex terminis ſingularibus ſynonimis: ſimiliter ex terminis cōmunibus eſt terminus cōmunis. Sed conditionatum ex termino cōmuni ꝛ ſingulari vbi terminus ſingularis terminū cōmunem ſequitur eſt terminus ſingularis: exemplū primi: vt petrus ſi eſt petrus mouetur. Exemplū ſecūdi: vt homo ſi eſt animal currit. Nec enim duo cōditionata in propoſitione poſita ſupponūt pro omni re mundi. Exemplū tertij: vt homo ſi eſt ioannes diſputat.

¶ Tertia. Aggregatum ex termino cōmuni ꝛ ſingulari termino ſingulari determinātē cōmunem terminū. Similiter vbi termin⁹ ſingularis eſt principalior pars eſt terminus ſingularis. Si vero terminus cōmunis eſt principalior pars. i. determinabile: tūc eſt terminus cōmunis. Exēplum primi: animal ſoctes currit. mulier que eſt barbara venit. Exemplū ſecundi. Briſellus hominis currit. Petrus regis diſputat. Exemplum tertij. Animal petri currit.

¶ Argūtur cōtra diffinitionē termini ſingularis prius poſitā. A ꝑma ſubſtantia nulla exit predicatio: ſed terminus diſcretus eſt ꝑma ſubſtātia. igit. ¶ Reſpōdetur maiorē intelligendā de predicatiōe directa.

# Diuiſio ꝓpōnis penes qualitatē.

## Propoſitionum cathegoricarum alia affirmatiua: alia negatiua.

¶ Hic Pe. Hiſ. terciā propoſitiōis diuiſionē ponit penes qualitatem. Et eſt a parte rei qualitas affirmatio vel negatio ꝓpōnis. Et ſic eſt ꝓpoſitionis ꝓprietas ei a. tributa penes copulā principalē: vel eius principaliorē partem affirmatā vel negatam: accidit itaq̄ qualitas copule: quātitas vero ſubiecto ideo quantitas accidens dicitur materiale: qualitas vero formale: ſicut ergo quātitas eſt duplex ita ꝛ qualitas.

Qualitas a ꝓpte rei.

Qualitas accidēs ē formale. Quātitas vero materiale.

Qualitas a parte rei alio mō potest dici ꝓpō met q̄lis Et sic ē duplex

Simplex. Est ꝓpō cathegorica cui⁹ copula principalis affirmat̄ vel negatur: vt homo est animal: hō nō est asinus: ⁊ Pe His. in ꝓposito illā qualitatem diuidit.

Mixta. Est ꝓpō cuius vna pars copule principalis affirmat̄ ⁊ alia eque pricipalis negat̄: vt hō est vel nō est asinus: hec propō est affirmatiua ratione prime copule: ⁊ negatiua ratione secunde: ⁊ sic est mixte qualitatis.

Notabile.

Diuisionis intellectus.

¶ Diuisio intelligēda est: ꝓpositionū cathegoricaꝝ. s. simplicium qualitatum alia est. ⁊c̄.

¶ Dicitur in diuisione cathegoricaꝝ qꝛ licet nulla hypothetica sit mixte q̄litatis cū ꝯiūctio i illis sit copula: ⁊ plures ꝯiunctiones nō possunt ꝯgrue ꝯiungi: tn̄ adhuc hypothetice alie sunt affirmatiue: alie negatiue: licet ꝓprie loquēdo in hypotheticis nō sit affirmatio vel negatio (vt ex Aristotele ꝑmo periher. habet̄) ideo Pet. His. hic tantū ꝓpōnē cathe. diuisit.

¶ Dicitur simpliciū qualitatū: ꝓpter illā vel similē: quodlibet est vel non est: que non est simplicis: sed mixte qualitatis: nec affirmatiua nec negatiua.

¶ Arguitur: illa diuisio non est bona que non euacuat totā naturam diuisi: sed dicta diuisio est huiusmodi: igitur minor ꝓbat̄ de q̄litate mixta que nec est affirmatiua nec negatiua. Respōdet̄ p̄sentē diuisionem euacuare totā naturā qualitatis simplicis ⁊ hoc sufficit.

Diffinitio ꝓpōnis affirmatiue.

Affirmatiua est illa in qua predicatum affirmatur de subiecto: vt homo currit.

Diffinitio intelligitur.

¶ Hec diffinitio sic intelligit̄: affirmatiua. s. ꝓpō cathegorica simplicis q̄litatis est illa in qua p̄dicatū affirmatnr de subiecto mediāte copula ꝑncipali vel principaliori parte affirmata expresse vel implicite.

Dicitur in diffinitione.

Principali: ideo illa est affirmatiua: homo currit qui non est asinus: quia currit iam est copula principalis: sic etiā illa est affirmatiua: homo qui non est asinus est risibilis: qꝛ secūdum est copula principalis est.

Principaliori parte: qꝛ illa hominē possibile non est non currere: vbi due negationes ferunt̄ super partē principaliorem copule. s. currere est affirmatiua.

Implicite. ꝓpter illas: petrus currit: michael dormit: in quibus implicite ponitur copula ⁊ predicatum.

Copula affirmata.

¶ Copula dicitur esse affirmata: quando super ipsam nulla fertur negatio negānter tenta: vel plures precise pares: vt homo est animal: nullus homo non est animal.

Arguitur illa est affirmatiua. homo est asinus ⁊ tamen p̄dicatū non affirmat̄ de subiecto: qꝛ vnū oppositoꝝ non affirmatur de reliquo Respōdet̄ ꝙ vnum oppositoꝝ bene potest de alio affirmari false sed non vere.

Diffin. ꝓpōnis negatiue.

Negatiua est illa in qua predicatum negatur de subiecto: vt homo non currit.

¶ Hec diffinttio intelligiſ hoc mō. Negatiua. ſ. cathegorica ſimplicis qualitatis: eſt illa in qua predicatū. zc̄. i. mediāte copula principali vel principali oꝛi parte negata. Et huius diffinitionis particule ex ſuperius dictis patent. Diffi. intelligiſ.

¶ Copula dicitur eſſe negata: quādo ſup eam fertur negatio negāter tēta vel plures precise impares: vt homo nō eſt aſinus: nullus hō nō nō eſt aſinus. Et illa eſt negatiua: homo animal nō eſt: licet predicatū non negetur: ſufficit tamē copulam eſſe negatam. Copula negata.

Negatio eſt triplex.

Priuans: eſt q̄ negat diſpoſitionē z relinquit aptitudinem ad eandē diſpoſitionē: vt ſunt nomia ꝓuatiua que includunt negationē priuantē: vt cecus. mutus. ſurdus. iniuſtus. impius. zc̄. Cecus eni dicit qui nō videt; natus tū videre: quare lapis: neq; cecus: neq; iuſtus: neq; iniuſtus eſt. Lapis nō ē cecꝰ

Infinitās. Eſt que negat ſignificatum termini cui additur z ponit quodlibet aliud ab eo: vt non hō: valet ens quod nō eſt homo: nō animal: valet ens quod nō eſt animal. Nōbile.

Negās. Eſt que negat ſimpliciter ſignificatū termini cui additur: z hec negatio fertur ſuper principalē copulam: ipſam negādo: vel virtutē alterius impediendo: vt nullus homo currit: nullus homo non currit: hec negatio negans malignantis eſt nature: quia quicquid poſt ſe inuenit totum deſtruit. i. negat et eius oppoſitum inducit.

¶ Regulam nota de negatione infinitāte. Terminus ante infinitationē de quāto fuerit generalioꝛ: de tanto poſt infinitationē erit ſpecialioꝛ z econuerſo: de quāto ante infinitationē fuerit ſpecialioꝛ: de tanto poſt infinit: erit generalioꝛ. Ex prima parte regule ſequiſ q̄ negatio infinitās addita termino trāſcendenti facit fictū terminū z ꝓ nullo ſupponentē: vt nō ens. nihil ſignificat. Ex ſecūda parte ſequiſ: q̄ negatio infinitās addita termino ficto ꝓ nullo ſupponēte facit tranſcendentē: vt nō chimera. Et termin⁹ ſingularis infinitatus ſignificat omnē rem mūdi preter ſignificatū ſuū: vt nō ſocrates ſignificat omnē rem mundi preter ſocratem. Regula. Cozolaria duo ex regla ſequūt.

¶ Due negationes ideo faciūt affirmationē: quia negatio eſt malignātis nature negat totū z oppoſitū inducit: z (vt Lau. Valla dicit) quaſi venenū perimens veneno: z latro latronem ſpolians: ideo ſi ꝓpoſitio eſt negatiua: addita negatione fit affirmatiua: z ſic ꝓpoſitio duas habēs negationes fit affirmatiua: z ſi tertia addatur negatio fit negatiua: z ſi quarta addatur negatio iterū fit affirmatiua: z generaliter ſemper per negationis additionem ꝓpoſitio mutat qualitatē: quia negatio oppoſitū inducit: nō tantū qualitatis: ſed etiā quādoq; quātitatis ſi enim negatio poſt ſe inuenerit vniuerſalem facit particularem z econuerſo. Hec de negatione neganter tenta intelligantur. Nōbile. ij. Valla. Per negatiōis additionē ſemp ꝓpō mutat qualitatem.

Regule quādo negatio capiatur neganter: quando infinitanter.

¶ Prima. Omnis negatio precedēs copulam principalem ꝓpōnis cathegorice de rigoꝛe capiſ negāter: ſequēs vero principalē copulā capitur infinitāter: vt nullus homo eſt animal: homo eſt nō animal.

¶ Secunda. Omnis negatio que sequitur immediate copulam restrictā per qui-que-vel quod. Et etiā negatio que sequit̄ ꝓiunctionē et: speciuocatiue captam de rigore capitur infinitāter. Exemplū primi. homo q nō currit mouet: que est affirmatiua. Exemplū secūdi. legere ꝛ nō intelligere est negligere. homo ꝛ nulla res que nō est homo est animal: ille ꝓpositiones sunt affirmatiue: ꝛ speciuocatiue captum valet existens.

¶ Arguit̄ cōtra diffinitionē ꝓpōnis negatiue. illa est negatiua: homo asinus nō est: ꝛ tñ predicatū nō negat̄ de subiecto cū sup̄ p̄dicatū nulla ferat̄ negatio.

¶ Respondet̄ licet: sup̄ predicatū nulla feratur negatio: sufficit tamē predicatum predicari de subiecto mediāte copula negata.

# De tribus signis quesitiuis.

Diuisa ꝓpositione tripliciter est sciendum q̄ tripex est quesitiuum per que quesitiua querimus de ipsa ꝓpositione: scz que: qualis: ꝛ quanta. Que querit de substātia ꝓpōnis: ideo ad questionem factam p̄ que: respondendū est: cathegorica: vel hypothetica. Qualis querit de qualitate propositionis: ideo ad questionē factam per qualis respondendū est affirmatiua vel negatiua. Quanta querit de quantitate: ideo ad interrogationē factā per quanta: respondendū est vniuersalis: vel particularis: vel idefinita: vel singularis. Vnde versus. Que ca. vel hyp. q̄lis ne. vel aff. v. quanta par. in. sin.

Que querit de substātia propositionis.

Qualis querit de q̄litate.

Quāta querit de quātitate.

Continuatio.

¶ Hic De. Dif. scom dictas tres ꝓpōnis diuisiones tria ponit signa quesitiua: specie distincta: querētia de mēbris diuidētibus predictarū trium diuisionum. Et hic nō determinat̄ de omnibus quesitiuis ꝓpōnis: sed solū de his que ꝓportionabiliter se habēt ꝑm ꝛres dictas ꝓpōnis diuisiones. Vnde ꝛ textus tribus sequētibus declarat̄ notabilibus.

Nōbile. j.

¶ Substantia in ꝓposito capitur pro termino inferiori ad terminū ꝓpositio sicut sunt cathegorica: ꝛ hypothetica: vnde cum dicit̄ que querit de substātia propositiōis. i. de termino inferiori. s. cathegorica vel hypothetica. Vel dicendū. Que querit de substātia ꝓpositionis. i. de partibus substātialibus essētialibus: vt sunt cathegorica ꝛ hypothetica ꝛꝛ cathegorice partes substātiales: sunt subiectū ꝛ predicatum: hypothetice vero sunt due cathegorice propositiones.

Que q̄rere substantiā duplicit intelligitur.

Nōbile. ij.

¶ Quantitas ꝛ qualitas impropꝛie hic capiunt̄. Quantitas nō pro magnitudine rei: sed trāsumptiue pro illo quod modū habet quātitatis. s. pro extensione subiecti quo ad sua significata. Qualitas vero cū nō adueniat ꝓpōni post suū esse completū propꝛie ꝓpōnis nō est accidēs: habet tñ

accidẽtis modũ: accidit enĩ ꝓpõi ꝙ copula eius affirmatur vel negatur.

Trium ſignoꝝ queſitiuoꝝ ſufficiẽtia ſic ſumit. Quĩe ſignũ aut querit de propoſitionis.

- Subſtantia. Et ſic eſt. Que ad quod reſpondetur.
- Accidẽte ꝛ hoc dupliciter.
  - Quantitate. Et ſic eſt Quãta. ad qõ reſpõdet.
    - Vniuerſalis.
    - Particularis
    - Indefinita.
    - Singularis.
  - Qualitate: ꝛ ſic eſt Qualis. ad quod reſpõdetur:
    - Affirmatiua.
    - Negatiua.

Cathegorica.
Hypothetica.

Möbile. iij.

¶ Arguit̃ ꝓtra tertũ de q̃ſtiuis. Nullũ ens ratiõis hz ſubſtãtiã q̃ntitatẽ vel q̃litatẽ ſed ꝓpõ eſt ens rõis. igit̃. ¶ Reſpõdet q̃uis ꝓpõ nõ habeat ꝓpriã ſbam nec q̃ntitatẽ nec q̃litatem habet tñ illa (vt dictũ eſt) methaphorice ſumpta.

# Diuiſio ꝓpõnis penes ꝓticipationẽ.

Prima diuiſio.

Item ꝓpõnum cathegoricarũ quedam participant vtroq; termino: vt homo eſt animal: homo non eſt animal. Quedã participãt altero tantum: vt homo currit: homo diſputat.

Secũda diuiſio.

Alie nullo: vt hõ currit: equus mouet̃. Item propoſitionum participantiũ vtroq; termino. Quedam participant ſcõm eundẽ ordinem: vt homo currit: homo nõ currit. Quedam vero ordine cõuerſo: vt homo eſt animal: animal eſt homo.

Cõtinuatio.

¶ Pe. Hiſ. tractaturus de ꝓpõnum oppoſitiõibus: de materijs earundem: ꝛ legibus ꝓpoſitionũ duas premittit diuiſiones. pro quibus nota.

Participare tribus modis capit̃.

- Vno modo idẽ eſt quod diuidere: ſic duo fratres parentũ bona participant. i. diuidunt.
- Alio modo. Eſt in ſe participãtis rationẽ ſuſcipere: ſic quarto Top. Ariſt. dicit. Species participat genus ꝛ non econuerſo.
- Tertio modo. Idẽ eſt qõ cõuenire: ꝛ ſic capit̃ in ꝓpoſito: ideo cum dicitur: quedã participãt. i. conueniunt.

Notabile. i.

Participare dicunt̃ ꝓpoſitiones.

- Vtroq; termino quaꝝ extremũ totale vnius eſt ſynonimũ cum totali extremo alterius: ꝛ reliquũ reliquo vt homo eſt animal: nullus homo eſt animal.
- Altero termino quarũ extremũ totale vnius eſt ſynonimũ cum extremo totali alterius: ꝛ nõ reliquũ reliquo: vt homo currit: homo diſputat.
- Nullo termino quarũ extremũ totale vnius: nõ eſt ſynonimũ cũ extremo totali alterius: nec reliquũ reliquo: vt ſocrates eſt homo: petrus eſt albus. Pro quo nota.

Notabile. ij.

Termini synonimi.

¶ Termini synonimi dicunt̃ significantes idem: adequate idem: ⁊ eodẽ modo: vt homo ⁊ homo: asinus ⁊ asinus.

¶ Dicitur in diffinitione terminoꝝ synonimoꝝ idem: quia homo ⁊ asinus nõ ꝑcant idem: ideo nõ sunt termini synonimi.

¶ Dicitur adequate idem: hoc est vnus terminus nõ debet plus ꝑcare: nec generaliori modo q̃ alius: ideo hõ ⁊ animal nõ sunt termini synonimi: nec idem ⁊ adaliquid sunt termini synonimi licet ambo oẽm rem mundi significẽt: tñ idem ꝑcat specialiori modo. s. per respectũ ad se adaliqd vero modo generaliori. s. per respectũ ad se: ⁊ ad aliud.

¶ Dicitur eodem modo. s. predicamẽtali in specie specialissima: ⁊ ꝑm eandem habitudinẽ. vnde termini diuersoꝝ predicamentorum: termini diuersarũ specierũ non possunt eodẽ modo ꝑcare: vt homo ⁊ albus non sunt termini synonimi.

Notabile. iij.

Propositiões dicunt̃ participare.

Vtroq; termino: scd̃m eundẽ ordinem: quarũ subiectũ vnius est synonimũ cum subiecto alterius: ⁊ predicatum vnius est synonimũ cum predicato alterius: vt homo currit: homo nõ currit.

Vtroq; termino ordine cõuerso: quarũ subiectum prime ꝓpositionis est synonimũ cũ predicato secũde: ⁊ predicatũ prime est synonimũ cum subiecto secũde: vt homo est animal: nullũ animal est homo.

¶ Arguit̃ oẽs ꝓpõnes conueniũt in subiecto ⁊ predicato: ꝗ oẽs ꝓpõnes participãt vtroq; termino. Itẽ ecõtra. Quelibet ꝓpõ est nũero distincta ab alia: ergo nulle ꝓpõnes vtroq; termino participãt: ⁊ per consequẽs diuisio nulla.

¶ Respondet̃ ad primũ. oẽs ꝓpõnes ꝯueniũt in subiecto ⁊ predicato qñ capiunt̃ pro ꝑ se ꝑcatis: sed nõ qñ capiunt̃ ꝓ denoiatis. Ad scd̃m. Licet nulle ꝓpõnes ꝯueniant in eisdem terminis numero: ꝯueniũt tñ in eisdem specie.

# De oppositione propositionũ.

Item propositionũ participantiũ vtroq; termino secundũ eundem ordinem: alie sunt contrarie: alie subcontrarie: alie contradictorie: alie subalterne.

Continuatio.

Nõ oẽs ꝓpões vtroq; termino ꝑticipantes his oppositionũ speciebꝰ ꝯtinent̃.

¶ Postq̃ auctor tractauit de ꝓpositiõe scd̃m se ⁊ quantũ ad eius principia: consequẽter tractare incipit de passiõibus eius: ⁊ primo quidẽ de oppositiõe. Et oppositionis hic quattuor ponit species Pe. His. Et quãuis nõ omnes ꝓpõnes vtroq; termino participãtes sub his quatuor contineant̃ speciebus: sicut patet in ꝓpositionibus synonimis: vt sunt homo est homo: hõ est homo Similiter ille: animal est homo: animal est homo: que participãt vtroq; termino ꝑm eundẽ ordinem: tamẽ nec sunt cõtrarie: nec subcõtrarie: nec subalterne: nec ꝯtradictorie. ideo Pe. His. nõ voluit omnes ꝓpõnes vtroq; termino participãtes esse dictis quattuor oppositionũ speciebus subiectas: sed notificare voluit multas ꝓpositiones vtroq; termino scd̃m eundẽ ordinem participãtes antedictis speciebus esse oppositas.

Oppoſitio eſt duplex.

Realis. Eſt repugnātia rerū nō potentiū ſimul eidē ineſſe: ſed bene ſucceſſiue: vt albedo realis opponit nigredini: z caliditas frigiditati: de hac oppoſitiōe tertio Phiſicoꝝ

Logicalis.

Terminoꝝ. Eſt terminoꝝ repugnantia non potentiū ſimul eidem ꝓuenire: ſed ſucceſſiue: vt illi termini albū z nigrū opponūtur: z ita philoſophus in poſtpredicamētis quattuor enumerat ſpecies oppoſitionū. ſ. ꝓuatiuā. relatiuā. contrariam: et contradictoriam. Notabile. i.

Propoſitionū. Eſt repugnatia duarum ꝓpōnum categoricaꝝ vtroꝝ termino participantium ſm eundē ordinē: diuerſaꝝ qualitatū ſimpliciū in veritate tm: vel in falſitate tantū: vel in his ſimul Vel eſt repugnātia duarum categoricarū vtroꝝ termino participantiū ſcōm eundem ordinem earundem qualitatū: quarū vna habet plus de vniuerſalitate q̄ alia: ratione cuius infert aliam in bona cōſequentia. Et de hac oppoſitione eſt ad ꝓpoſitum. Et illius diffinitionis ꝓme particule ex dictis patent: alie tamē diffinitionis clauſule (vt ſequitur) declarantur.

Dicitur in diffinitiōe oppoſitionis ꝓpoſitionū.

Diuerſarū qualitatū: vbi tangitur oppoſitio contraria: ſubcōtraria: z cōtradictoria.

In veritate tantum: vbi ſpecialiter oppoſitio cōtraria tangit: q̄m contrarie in veritate repugnant.

Vel in falſitate tantū: vbi ſpecialiter tangitur oppoſitio ſubcontraria. Diff. oppoſitionis declarat.

Vel in his ſimul vbi tangitur oppoſitio contradictoria.

Vel eſt repugnantia. ꝛc. vbi tangitur ſubalternarum oppoſitio.

Propoſitiones dicūtur.

Repugnare in veritate tantum que nō poſſunt ſimul eſſe vere: nō cuando an poſſunt ſimul eſſe falſe vel non. Et hoc modo quelibet impoſſibilis ꝓpoſitio cuilibet repugnat ꝓpoſitioni.

Repugnare in veritate tātum formaliter: que nec ipſe: nec eis ſimiles: poſſunt eſſe vere: poſſunt tm eſſe falſe: vt oīs homo eſt animal: nullus homo eſt animal. Notabile. ij.

Repugnare in falſitate tantū q̄ nō poſſunt eſſe falſe: z ſic quelibet neceſſaria repugnat cū qualibet ꝓpōne.

Repugnare in falſitate tantum formaliter que nec ipſe: nec eis ſimiles in forma poſſunt ſimul eſſe falſe: poſſunt tm ſimul eſſe vere: vt homo eſt aial: homo nō eſt oīe animal. Ex his quoꝝ faciliter haberi poteſt quid ſit ꝓpōnes repugnare in veritate z falſitate ſimul z quid formaliter.

Mobile. iij.

¶ Nota. Q; nonnulli differentiam faciũt inter repugnare formaliter ⁊ gratia forme acceptiõis terminoꝝ: attẽdentes primũ penes significationẽ quã termini in talibus ꝓpõnibus positi habẽt: scõm vero penes speciẽ suppositionis quã tales termini habẽt. Et hoc tantũ ꝓter ꝓpones synonimas: que repugnãt formaliter: nõ tñ gratia forme acceptiõis terminorum: tñ ob vitandã multiplicitatẽ que iuniorib⁹ errores inducit: dicta differentia nõ videtur ponẽda: cum predicte ꝓpõnum repugnantiũ descriptiões intelligi possint tam de significatiõe: q̃ de suppositione terminoꝝ.
¶ Arguit ꝯtra dicta. Dis passio vere ⁊ in recto de suo subiecto predicat: sed oppositio nõ vere predicat de ꝓpõne: q̃ oppositio nõ est passio ꝓpositionis.
¶ Rñdet passionẽ vere i ꝓcreto ꝓdicari de suo ſbiecto nõ tñ ſp in abstracto.

Contrarie sunt vniuersalis affirmatiua: ⁊ vniuersalis negatiua: eiusdẽ subiecti ⁊ predicati: vt omnis homo currit: nullus homo currit.

Continuatio.

¶ De prima specie oppositionis: que dicit Cõtraria hic auctor nõ diffinitionem sed manuductionẽ multis contrariis ꝓpõnibus ꝙuenientẽ ponit: non tñ oĩbus ꝙuenit: ille cñ contrarie sunt ꝓpones: petrus est oĩs homo: petrus non est homo: ⁊ tñ nulla illarũ est vniuersalis.

Oppositio priarum attendit dupliciter.

A priori penes illam diffinitionẽ. Oppositio cõtraria est repugnantia duarũ ꝓpõnum categoricarũ: vtroq; termino participantiũ: fm eundẽ ordinẽ in veritate tñ formaliter: vt oĩs homo est aĩal: nullus hõ est animal.

A posteriori attẽditur penes ꝓditiones duplices scz.

Generales que sunt quinq; cõuenientes propositionibus oppositis scõm quattuor oppositionũ genera.

Prima cõditio generalis. Est q̃ tales ꝓpones participẽt vtroq; termino scõm eundẽ ordinẽ. Et sic ille nõ sunt contrarie: oĩs homo currit: nullus homo est aĩal.

Secũda conditio generalis. Est q̃ nõ varietur aliqua ꝓprietas logicalis: ita vt in ambab⁹ oppositis ꝓpõnibus maneat eadem suppositio-ampliatio-appellatio-restrictio-et alienatio-instantie iuxta defectũ huius cõditionis hic in fine videbunt.

Tertia ꝓditio generalis. Est q̃ sint de synonimis copulis quo ad ffcare tẽpus: et quo ad absolutionẽ a tpe. Et sic ille sunt contrarie: oĩs homo currit: nullus hõ est currẽs: qr copule quo ad ffcare tẽpus sunt synonime cum ambe sint presentis tẽporis.

Quarta cõditio generalis cõuenit tribus primis speciebus oppositionis: ⁊ est q̃ sint diuersarũ qualitatũ simpliciũ. i. si vna sit

affirmatiua alia ſit negatiua: ſed ſi vna ſit mixte qualitatis etiã alia ſit mixte qualitatis: ſic tamẽ q̃ pars copule que affirmat in vna neget in alia: et ecõuerſo: de qualitate mixta exemplũ. Omnis homo eſt vel non eſt albus: Nullus homo eſt vel non eſt albus.

Quinta generalis cõditio. Si copule taliũ ꝓpõnum determinant per modos cõmunes tũc ex pte modoꝝ etiã dñt eſſe oppoſite. Et illa ꝯditio ſpecialiter declarat in quinta ꝯditione ꝯdictoriarum.

Speciales hic conſequenter ex ordine ſequunt quattuor:

## Speciales contrariarum cõditiones.

¶ Prima cõditio. Q̃ plus habeant de vniuerſalitate q̃ de particularitate: pro iſta conditione (vt ſequitur) nota.

¶ Vniuerſalitas. Eſt terminus communis diſtributus nõ exiſtẽs pars complexi quod accipit vnica acceptione: nec complexũ totale qõ accipitur diuerſis acceptionibus: vt homo eſt vniũſalitas in illa ꝓpoſitione: omnis homo eſt animal. Ex illo ſequitur q̃. Vniũſalitas deſcribit.

¶ Pars complexi vnica acceptione accepti non eſt vniuerſalitas nec particularitas: ꝓpter duo (que ſequerẽtur) iconuenientia. Primũ q̃ darent due ꝯdictorie habẽtes plus de vniũſalitate q̃ de particularitate: vt quilibet aſinus cuiuſlibet bois currit. Aſinus cuiuſlibet bois nõ currit: que haberent quattuor vniũſalitates ꝛ ſolũ duas particularitates. Secundũ inconueniens darent due ꝯdictorie habẽtes plus de particularitate q̃ de vniũſalitate: vt quilibet aſinus homis currit: aſinus hominis nõ currit: que haberẽt quattuor particularitates ꝛ tantũ duas vniũſalitates: ꝓ quo talis ponitur ¶ Regula. Quando datur complexũ vnica acceptione acceptũ: tunc totum computari debet ꝓ vniũſalitate vel particularitate: ꝛ nulla pars complexi ſeorſum. Si vero tale complexũ diuerſis ſumitur acceptionibus tunc partes ſeorſum ꝓ vniũſalitate vel particularitate computantur. Exemplũ primi. Quilibet aſinus hominis currit: vbi hoc totũ eſt vniũſalitas: aſinus homis. Exemplũ ſecũdi. Nullius homiſis aſinus currit: vbi homis eſt vniũſalitas: ſimiliter aſinus: ꝛ non hoc totũ: hominis aſinus. Ex his quid ſit particularitas faciliter haberi poteſt. Lõz. Regula.

¶ Particularitas. Eſt termin⁹ cõmunis nõ diſtribut⁹ non exiſtẽs pars cõplexi qõ accipit vnica acceptione nec complexũ totale quod accipit diuerſis acceptiõibus: vt termin⁹ animal in illa: oẽis homo eſt anial. Particularitas deſcribit.

¶ Secunda conditio. Q̃ quelibet particularitas in vna ſit vniuerſalitas in alia: ideo ille nõ ſunt contrarie. Cuiuſlibet homis aſinus eſt omne currẽs. Cuiuſlibet hominis aſinus nõ eſt currens: quia aſinus in ambabus eſt particularitas. Vnde ex illa conditione.

¶ Lozolarium ſequitur hoc. Si in affirmatiua vna ponitur particularitas in negatiua nulla debet poni: ideo ille nõ ſunt cõtrarie. Omni tẽpore riſibile eſt omnis homo: nullo tẽpore riſibile eſt omnis homo: quia riſibile in prima eſt particularitas: ꝛ ideo in ſecũda nulla deberet poni: tamen homo in ſecũda eſt particularitas: ideo non ſunt contrarie. Lõz.

¶ Tertia conditio. Si in talibus ꝓpoſitionibus ponit diſ-

iunctum/copulatū aut conditionatū totum debet distribui in vtraq3. Si vero solum pars distribuat in affirmatiua tūc in secūda ꝓpositione negatio debet ferri ad coniunctionē: ideo hec nō sunt cōtrarie distribuēdo solū partē subiecti. Omnis homo vel asinus currit: ois homo vel asinus nō currit: sed secunda debet esse hec. Omnis homo nō vel asinus currit.

¶ Quarta conditio. Si in eis ponitur signū exponibile sin cat hegozematicū ad minus in vna earū vel in ambabus affirmet. Sed si negatur in alia tūc quelibet vniūsalitas in ista in qua negat etiā sit vniūsalitas in ista in qua affirmat. Et sic ille nō sunt ꝫrie: tm̄ animal est homo: nō tantū aial est ois homo: quia animal in negatiua est vniūsalitas: z nō in affirmatiua: sed ꝫria prime est illa: tantū omne animal nō est ois homo. Et hec conditiones de ꝓpositionibus de inesse sufficiāt. de modalibus suo videbit loco.

## Ex dictis quattuor sequūtur Cozolaria.

¶ Primū. Solū terminus cōmunis distributus est vniuersalitas: nō tamē omnis: quia ibi: asinus cuiuslibet hominis currit: hominis est terminus cōmunis distributus nō tamē vniuersalitas: quia est pars complexi quod sumitur vnica acceptione.

¶ Secundū. Solum terminus cōmunis non distributus: est particularitas: nō tm̄ ois: patet de termino hois in illa: asinus hois currit: vbi nō est particularitas: q3 est pars complexi quod accipit vnica acceptione: sed hoc totū asinus hominis est particularitas z nulla pars seorsum.

¶ Tertium Cozolariū. Omnis ꝓpositio in qua vna vel plures ponūtur vniuersalitates habet contrariā: vel contrarias quantum est de se: quia q̄lib3 ratione modi nō habet: vt omnis homo possibiliter est animal: que licet habeat vniuersalitatē: nō tamē habeat contrariā ratione modi. Sic z econuerso quādoq3 modalis ꝓpositio nullā habēs vniuersalitatē habet contrariam ratione modi: vt petrus necessario est petrus: habet illā: petrus impossibiliter est petrus.

¶ Quartū cozolariū. Datur ꝓpositio nō habēs vniuersalitatem: nec particularitatē: contrariā tm̄ habēs: vt oēs hoies sunt oia animalia: capiēdo signa collective z ꝓtraria eius est illa: nulli homines sunt animalia. Terminus stans collective nō est vniūsalitas: nec particularitas.

## Defectu cōditionis generalis secunde
### sequētes ꝓpōnes non sunt contrarie.

Omne hō est species. / Nullus hō est species. } variat ibi suppositio.

Omnis hō est aial. / Nullus hō fuit aial } variatur ampliatio.

Ois homo venientē cognoscit. / Nullꝰ hō cognoscit venientem. } variatur ibi appellatio.

Omnis hō currit. / Nullus hō currit. } variat restrictio capiendo nullus in masculino genere.

Omnis asinus rationalis currit. / Nullus asinus rationalis currit. } Ibi variat alienatio capiendo terminū rationalis in vna ꝓpositione in recto z in alia in obliquo.

Subcõtrarie sunt particularis affirmatiua: ⁊ particularis negatiua eiusdem subiecti ⁊ predicati: vt quidã homo currit quidam homo non currit.

¶ Hic agit Pe. His. de secũda oppositionis specie: que subcõtraria dicitur ponẽdo manuductionẽ multis subcõtrarijs ꝓpositionibus conuenientẽ: nõ tamẽ omnibus: ille enim. Petrus est homo: petrus nõ est ois homo sunt subcontrarie: illarũ tamẽ nulla est particularis. Continuatio.

Subcõtrariaꝝ oppositio dupliciter attẽditur scz.

A priori penes illam diffinitionẽ. Oppositio subcontrariarũ. Est repugnãtia duarũ ꝓpõnum cathegoricarum: vtroꝝ termino participantiũ: sm eundẽ ordinem: diuersarũ qualitatũ in falsitate tantũ formaliter: vt quidaꝝ homo est albus: quidã homo nõ est albus. Notabile.

A posteriori attẽditur penes conditiones duplices: scz.

Generales ⁊ tales sunt quinqꝫ sicut de contrarijs dictum est.

Speciales sunt tres: quas (vt sequitur) nota.

¶ Prima conditio specialis. Est ꝙ habeant plus de particularitate ꝙ de vniuersalitate. Et debet hoc ꝺditionaliter intelligi: si scilicet in eis ponũtur vniũsalitates ⁊ particularitates: vt ille sunt subꝺrie: ioannes est homo: ioannes non est oꝰis homo: licet in eis nulle ponatur vniũsalitas.

¶ Secunda conditio. Est ꝙ quelibet vniuersalitas in vna sit particularitas in alia. Et sic ille nõ sunt subcontrarie. Cuiuslibet hominis asinus est omne currens. Cuiuslibet homis asinus non est currens: qr terminus hominis est vniũsalitas in ambabus. Vnde ex ista ꝺditione hoc sequit ¶ Corolariũ. Si in affirmatiua vna ponit vniũsalitas tũc in negatiua nulla debet poni. Et sic ille nõ sunt subcontrarie. Aliquo tẽpore risibile est omnis homo: aliquo tẽpore risibile nõ est homo: sunt enim simul falsẽ: ideo subcontraria prime est illa: aliquo tẽpore risibile non est omnis homo. Cor

¶ Tertia conditio. Si in eis ponitur signũ sincathegorematicũ exponibile ad minus in vna earũ negetur: licet in ambabus possit negari. Sed si tale signũ affirmat in vna tũc quelibet particularitas in ꝓpõne qua affirmat etiã debet esse particularitas in ꝓpõne qua negatur. Et sic ille non sunt subcontrarie. tantũ homo est animal: nõ tantum homo est animal: homo enĩ est particularitas in affirmatiua: ⁊ non in negatiua: ideo subcontraria prime est illa: nõ tantũ omnis homo est animal.

## Ex dictis duo sequunt Corolaria.

¶ Primum. Nulla propositio in qua omnes termini accipiuntur discrete vel distributiue habet subcontrariã: patet ex primis duabus conditionibus.

¶ Secundũ. Omnis propositio cathegorica in qua vna ad minus ponit particularitas: vel vbi terminus stat collectiue: habet subcontrariam. Et sic ꝓpositio nullam habens particularitatẽ habet subꝺriam: vt illa

oēs homines sunt oēs boies: cuius subcōtraria est: aliqui boies nō sunt oēs homines: ꝛ prima nullā habet particularitatē: qz terminus stās collective nō est vniuſalitas nec particularitas: subiectū vero scōe ꝓpōis est ꝑticularitas.

## Sequētes ꝓpositiones cōditionis prime defectu non sunt subcontrarie.

Homo est omne animal. / Homo non est animal. } Deficit ꝺditio prima: qz habent eque ꝛ nulla oppositionis specie opponuntur.

Apparens socrates currit. / Apparēs socrates nō currit. } Si apparēs socrates habēt se adinuicē sicut adiectiuū ꝛ substantiuū tūc deest prima conditio: ꝛ sunt ꝓtradictorie: ꝛ subiectū in ambabus est terminus singularis. Si vero habēt se adinuicē sicut regēs ꝛ rectū tunc sunt subcontrarie.

**Cōtradictorie sunt vniuersalis affirmatiua: ꝛ particularis negatiua: vel vniuersalis negatiua: ꝛ particularis affirmatiua eiusdē subiecti ꝛ predicati: vt oīs homo currit: quidā homo nō currit: nullus homo currit: quidā homo currit.**

Continuatio. ¶ De tertia ꝛ potissima oppositionis specie: que ꝺictoria dicitur hic ꝺe. Mis. tractat nō diffiniēdo ꝺictorias ꝓpōnes sed ponēdo manuductionem multis ꝺictoriis conuenientē nō tamē omnibus: ille em̄ sunt ꝺictorie: socrates currit: socrates nō currit: non tamē se habent iuxta textum.

Notabile. Cōtradictoriaꝝ oppositio dupliciter attenditur: scz.

- A priori penes diffinitionē illam. Oppositio contradictoriarū. Est repugnātia duarū propositionū cathegoricarū: vtroqz termino participantiū: scōm eundē ordinem: diuersarū qualitatū: in veritate ꝛ falsitate simul sozmaliter.
- A posteriori attendit penes duplices ꝺitiones scz.
  - Generales vt sunt quinqz cōditiones generales de ꝺrijs dicte.
  - Speciales sunt septem quae (vt sequitur) nota.

**¶ Prima cōditio. Qz habeant eque de vniuersalitate ꝛ particularitate si in eis ponunt. Et sic ille nō sunt ꝺictorie. Quilibet hominis quilibet asinus currit. Quilibet hominis asinus nō currit: qz habēt plus de vniuersalitate q̄ de particularitate. Dicitur si in eis ponūtur: qz ponitur contradictorie de terminis discretis in quibus nulla ponitur vniuersalitas nec particularitas: vt socrates est plato: socrates non est plato.**

**¶ Secunda conditio. Qz quelibet vniuersalitas in vna sit particularitas in alia ꝛ econuerso. Et sic ille nō sunt ꝓtradictorie. Quilibet homis asinus currit. Quilibet hois asinus nō currit: licet habeāt eque: tamē hois in ambabus est vniū salitas: ꝛ asinus particularitas ꝛ sunt in casu vere.**

**¶ Tertia conditio. Si in eis ponitur disiunctū copulatum vel conditionatū: tunc totū in vna earū debet distribui si est terminus cōmunis. Si vero solum pars distribuat talis in secūda nō debet distribui: ꝛ negatio in secūda ꝓpōne debet ferri in ꝺiunctionē ꝛ totū sequens quod in prima nō est distributū. Et sic ille due. Omne risibile vel rudibile est asinus: aliquod**

riſibile vel rudibile nō eſt aſinus ſunt ꝺictozie totum diſiunctū diſtribuēdo Si vero ſolum pars diſtribuitur nō ſunt cōtradictozie.

¶ Quarta conditio. Terminus ſtans collectiue in vna debet etiā ſtare collectiue in alia. Et ſic ille nō ſunt ꝺictozie. Dēs apoſtoli dei ſunt duodecim. Aliqui apoſtoli dei nō ſunt duodecim: ſunt enim ſimul vere. Et ſic cōtradictozia prime eſt illa: omnes apoſtoli dei non ſunt duodecim.

¶ Quinta conditio. Si copule talium propoſitionū determinantur per aliquos modos cōmunes: tūc ex parte modoꝝ etiam debent eſſe ꝺictozie: vt omnis homo aliquādo currit: homo nunqꝫ currit. Et quomodo tales modi cōmunes opponātur ſequēti patet figura.




¶ Sexta ꝺitio. Si in talibus ꝓpōibus ponit ſignū exponibile ſincathegozematicū tūc in vna negat in alia affirmat: z nunqꝫ in ambabꝰ ſimul negat vel affirmat. Et ſic ille nō ſunt ꝺictozie: tm̄ bō eſt animal: tm̄ oīs homo nō eſt anial: ſed ꝺictozia prime eſt illa: nō tm̄ homo eſt animal.

¶ Septima cōditio. Quando cū termino diſtributo a parte alterius extremi ponit terminus ſtans ꝓfuſe tantū: tūc terminus in prima

distributus in secūda debet stare determinate: ꝛ ille qui stetit confuse tantū in alia debet distribui: vt ois hō est aial: hō non est aial. Sed qñ cū termino distributo a parte alterius extremi ponit terminus stans determinate talis in secūda debet distribui ꝛ qui in prima stetit distributiue in alia debet stare cōfuse tantū. vt caput habet ois homo: nullū caput habet ois homo.

## Defectu septime cōditionis sequētes propositiones non contradicūt.

Hominis quelibet pars est in scolis.
Nullius hominis quelibet pars est in scolis.
} Hec sunt simul vere in casu. ꝛc.

Equum omnis homo videt.
Nullū equū ois homo videt.
} Sunt simul vere in casu. ꝛc.

A socrate differt omnis asinus.
A socrate asinus non differt.
} Sunt simul false: qz oporteret ꝙ a socrate certū differēs esset ois asinus: si affirmatiua deberet esset vera: sed hoc est falsum. Negatiua etiam est falsa ex quo asinus supponit determinate: ꝛ sic tantū valet asinus nō differt a socrate.

¶ Corolarie ex dictis sequit. Qz omnis propositio siue categorica siue hypothetica habet ꝺictoriam: licet dicte cōditiones tantū categoricis ꝓueniant. Et qualiter hypotheticarū oppositio attendat suo videbit loco.

**Subalterne sunt vniuersalis affirmatiua ꝛ particularis affirmatiua: vel vniuersalis negatiua: ꝛ particularis negatiua eiusdem subiecti ꝛ predicati: vt omnis homo currit: homo currit: nullus homo currit: homo non currit.**

Subalterne ꝓprie nō opponūtur.

¶ Quartā oppositionis speciem: que subalterna dicit: hic Pe. Hisp. ponit. Licet subalterne ꝓprie nō opponātur cū non repugnēt neqz in veritate neqz falsitate: neqz in his simul: sed qñqz sint simul vere quādoqz simul false: opponuntur tñ in quātitate. Et ideo hec oppositio sic describit.

Diff. oppositionis subalterne.

¶ **Oppositio subalternarū. Est repugnātia duarū ꝓpōnum. categoricarū: vtroqz termino participantiū: scōm eundē ordinē: earundem qualitatū: quarum vna habet plus de vniuersalitate ꝙ alia ratione cuius infert aliam in bona ꝯsequentia.**

Conditiones due subalternaruz aliis cōditionibus generalib⁹ nō suppositis.

**Prima: ꝙ sint earundē qualitatū simpliciū vel mixtarū. Et sic iste nō sunt subalterne: nullū creās incipit eē deus: creās incipit esse nō deus: qz nō sunt eiusdē qualitatis: similiter ibi nullus homo est currēs: hō est nō currēs.**

**Secūda: ꝙ vna plus habeat de vniuersalitate ꝙ alia ratiōe cuius inferat aliā in bona ꝯsequēcia. Et sic ille nō sunt subalterne: omne tpe risibile est ois hō. In tpe risibile est ois hō: licet cū vna plus habeat de vniūsalitate ꝙ alia: tū ratione illius nō infert aliā in bona ꝯsequētia: qz in dicta ꝯsequentia de facto antecedēs est verū ꝛ consequēs falsum. Et illius causa quia arguitur a suppositione confusa tantum ad determinatā ratione termini risibile.**

¶ Regula conſequentiarū eſt arguēdo a ſubalternante ad ſubalternatā: vel ab vniuerſali ad ſuā particulare eſt bona conſequētia intelligatur regula ceteris paribus: quia ſic arguēdo nō valet cōſequentia: nulla argumētatio eſt ſubiectū in logica: ergo argumētatio nō eſt ſubiectū in logica: cum arguatur a ſuppoſitōne perſonali ad materialē: hanc regulā vide latius tractatu quinto de loco a toto in quātitate: ⁊ eſt tertia regula ſpecialis ꝓſequētiarum formaliū Marſi. prima parte ꝓſequentiarum. Regula.

Differunt.

Subalternās actiue dicitur ꝓpoſitio que ſubalternat. i. plus habet de vniuerſalitate ideo infert aliam: vt omnis homo eſt animal.

Subalternata paſſiue dicitur que ſubalternatur. i. minus habet de vniuerſalitate ꝙ alia ideo infertur ex alia: vt homo eſt animal. Notabile.

Subalterna actiue ⁊ paſſiue ſimul: dicit̄ que ſubalternat vel ſubalternaꝫ. Et ſic vtraq; dictarū ſubalterna dicit̄.

¶ Corolariū ex dictis ſequitur. Omnis ꝓpoſitio cathegorica habēs vniuerſalitatē vel vniuerſalitates habet ſubalternatā. Et omnis ꝓpoſitio habēs particularitatē vel particularitates habet ſubalternantem. Sic etiā nulla ꝓpō in qua omnes termini ſupponūt diſtributiue vel diſcrete habet ſubalternantē. Ita etiā nulla ꝓpoſitio in qua oēs termini ſupponunt determinate vel diſcrete habet ſubalternatā. Cōr.

## Predicta quattuor oppoſitionū genera ſequenti patent figura.




Propoſitionū cathegoricarū triplex eſt materia: ſcz naturalis: contingens: ⁊ remota.

Continuatio.

¶ Pe. His. tractaturus de legibus ⁊ natura oppositarū ꝓpōnum premittit hic de ꝓpōnum materia ſm quā lex ⁊ natura ꝓpōnis variatur.

Hoc verꝫ est capiēdo materiaꝫ ꝓpōnis materi alit: sed capiēdo formalit est hitudo extremorū.

¶ Materia in ꝓposito est. Subiectū ⁊ predicatū ꝓpōnis cathegorice q̄ dicunt ꝓpōnis materia trāsumptiue: qꝛ sicut materia ꝓprie sumpta in naturalibus est principiū ex quo res naturales cōponunt sic: subiectū ⁊ predicatū sunt illa ex qbus ꝓpositio cōstituit. Et etiā materia in naturalibus est principiū ⁊ finis trāsmutationis naturalis sic subiectum ⁊ predicatū sunt principiū ⁊ finis propositionis cathegorice.

De hoc Tatar. viij. B.

¶ Propositio dicitur esse in materia. i. ex materia: ꝓprie enī loquēdo nulla ꝓpō est in materia: qꝛ materia est pars ꝓpōnis modo nullum totū est in sua parte: capitur itaq; in pro ex. ita ꝙ ꝓpō intelligat esse ex materia. Unde q̄rere aliquā ꝓpōnem esse in materia est querere ex qua habitudine extremoꝝ: seu ex quibus terminis sit talis ꝓpositio.

Notabile.

Dicta diuisio reducitur ad bimēbrē ⁊ sumit eius sufficiētia sic. Dis ꝓpō aut est.

- Disparata vbi predicatū est disparatū ad subiectum. Et illa facit materiā remotam.
- Nō disparata vbi subiectū ⁊ predicatū possunt verificari simul. Et est duplex: scꝫ.
  - Accidentalis vbi vnū extremoꝝ ꝯnotat extrinsice sup reliquū: vt hō est albus. Hec est duplex: scꝫ.
  - Essencialis vbi neutrū extremoꝝ cōnotat extrinsice super reliquū: vt hō est aīal: hec facit materiā naturalem quo ad vnam partem.
    - Cōuertibilis vbi vnum extremorū est terminus conuertibilis cum altero: vt hō est risibilis: illa facit materiā naturalē quo ad alterā partem.
    - Nō cōuertibilis per oppositū dicitur: vt homo est albus: et illa facit contingentē materiam.

Diffinitio materie nālis et q̄re dicat nālis.

Materia naturalis est illa in qua predicatū est de esse subiecti: vel propriū eius: vt homo est animal: homo est risibilis.

- Qualis: ad qđ respō detur dupliciter: scz.
  - Essentialis: vt animal est substantia.
  - Accidētalis vt hō est albus.
- Quāta: ad quod respondetur dupliciter: scz.
  - Quidditatiua: vt asinus est aial
  - Nō quidditatiua: vt homo est rationalis.
- Cuius de quo: ad quod respōdetur ſm habitudinē quinq; vniuersaliū adinuicem eo modo vt sequit.
  - Generis de specie ꝛ econuerso: vt homo est animal: animal est hō.
  - Speciei de individuo: ꝛ econuerso: vt petrus est homo: homo est petrus.
  - Differētie de eo cuius est differentia: ꝛ econuerso: vt homo est rationalis: rationale est homo.
  - Proprij de eo cuius est proprius ꝛ econuerse: vt homo est risibilis: risibile est homo.
  - Accidentis de eo cuius est accidēs ꝛ econuerso: vt hō est albus: albus est homo.

## Pro dictis sequētia nota Corolaria.

Regula.

¶ Primū. Predicationes directe ꝛ indirecte habēt etiam fieri in extremis complexis: vt homo est animal albū que est directa: animal coloratū est homo que est indirecta. Ex vna regula logicali quādo termino absoluto additur cōnotatiuus: tūc totum efficitur connotatiuū.

¶ Secundū. Nō omnis predicatio est directa vel indirecta patet de predicatione synonima ꝛ disparata.

¶ Tertiū. Non omnis predicatio directa per cōuersionem fit indirecta patet in predicatiōibus in quibus eque cōnotatiuum predicatur de eque connotatiuo: vt album est dulce: que si conuertitur: dulce est album: manet directa.

¶ Quartū. Omnis predicatio est essentialis vel accidētalis: (ſm descriptiōes prius habitas) licet alij rationabiliter dicāt predicationes disparatas de terminis absolutis (vt est illa homo est asinus) nō esse essentiales. Est quidē hoc verū positiue describēdo predicationem essentialem: sed abnegatiue eam describēdo (vt superius factum est) nihil obstat oēm predi-

cationem eſſe eſſentialem vel accidentalem.

¶ Quintū. Sicuti oīs predicatio eſt eſſentialis vel accidētalis: ita oīnis predicatio eſt quidditatiua vel nō quidditatiua (ſtādo preciſe in dictis deſcriptionib⁹) vt oīs predicatio ſynonima eſt eſſentialis ⁊ quidditatiua: vt homo eſt hō: albū eſt albū. Et oīs predicatio de terminis diuerſoꝝ predicamētoꝝ eſt nō quidditatiua: vt homo eſt muſicus: ſuperficies eſt alba. Et hec ſm cōmunem modernoꝝ viam iuxta deſcriptiōes habitas locū habent: aliter vero predicationē eſſentialem deſcribētes ⁊ eam in quidditatiuā ⁊ nō quidditatiuā dividētes: aliter de dictis predicatiōibus indicare habēt: dicta vero de predicationibus (ad modū prefatum) ſufficiant.

# Cap. ſecundū de genere

Beneris tres hic ponunt acceptiones.

GEnus dicitur tripliciter. Primo dicitur collectio multorum quodāmodo ſe habentiū adinuicem ⁊ ad vnum principiū tendētium: vt collectio eoꝝ qui ſunt de eadem parentela ⁊ deſcendūt ab vno auo: vt romani a Romulo. Secundo dicitur genus principiū vniuſcuiuſq; generationis: vt pater vel patria. Tertio dicitur genus cui ſupponit̄ ſpecies: ⁊ hoc vltimo modo ſumitur hic genus.

Hec diff. generis daſ ſm q̄ ē gen⁹ q̄ vt ſic dicit reſpectuꝫ ad ſpeciem.

Cōtinuatio.

¶ Hic agitur de primo predicabili ſeu vniuſali: ⁊ preſens cap. diuidit̄ in tres principales partes in quaꝝ prima ¶ De. Miſ. tres ponit generis acceptiōes: ſm quas genus equiuoce dicit̄ nam (vt ¶ Porphirius inquit) videtur aūt neq; genus: neq; ſpecies ſimpliciter dici: hoc eſt genus ⁊ ſpecies dicunt̄ equiuoce nō vniuoce. Et hic nō determinat̄ de omnibus acceptiōibus generis: ſed ſolum de illis ad quarū ſimilitudinē ſumitur genus logicum.

Genus logicum habet ſimilitudinez cū genere.

Primo modo dicto. Sicut enī genus primo modo dictum collectio eſt multoꝝ: ita genus logicum multarum ſpecierum collectio eſt: vt animal colligit̄ hominem: aſinum: leonem. ⁊c.

Notabile.

Secūdo modo dicto. Sicut enim genus ſecūdo modo dictū multoꝝ principiū eſt ita genus logicū multarum ſpecierū principiū eſt diffiniēdi: ⁊ cognoſcēdi: cū naturali ordine res prius cognoſcatur generice: q̄ ſpecifice: nobis enī eſt innata via ꝓcedendi a generaliozibus ad ſpecialioza (vt primo habetur ¶ Phiſicoꝝ.) Et ſpecies per ſuū diffinit̄ genus: vt homo eſt animal rationale.

¶ Diffinitio generis tertio modo accepti ſic intelligitur. Genus eſt vniuſale cui immediate in predicatiōe directa ⁊ eſſentiali ⁊ quidditatiua ſupponitur ſpecies.

Diff. declaratio

Dicitur in diffinitione generis.

Vniuersale: qd̄ ponitur loco generis diffiniti. Et sic excludunt̄ oia que non sunt vniūsalia: sicut sunt equiuoca: vel complexa: vel sincathegoremata: quoꝝ nullum est genus.

In predicatione directa: vnde habetur ꝙ homo nō est genus respectu termini deus: q̄uis hec sit vera: deus est homo: nō tamē est directa: cum sit disparata: deus enim ⁊ homo termini sunt disparati vt dictū est tract. primo circa materiam remotam: de terminis disparatis.

Essentiali: ꝑ hoc habetur ꝙ homo non est genus respectu illoꝝ terminoꝝ: vir: et mulier.

Quidditatiua: qꝛ sensitiuū nō est genus respectu terminoꝝ absolutoꝝ: vt respectu terminoꝝ asinus: homo. ⁊c̄.

Diffi. generis.

Hec diffinitio generis dat̄ ſm ꝙ est vniūsale. Et vt sic respicit speciē in ratiōe subicibilis.

Et diffinitur sic. Genus est quod predicat̄ de pluribus specie differētibus in eo quod quid: vt animal predicat̄ de homine ⁊ equo: que differunt specie. Ad cognoscendū hoc mēbrum differētibus specie oportet scire quot modis dicitur differens. Vnde tot modis dicit̄ differēs quot modis dicit̄ idē. Idem aūt dicit̄ tripliciter: scꝫ idē genere: idē specie: idē numero. Eadē genere sunt quecūqꝫ sub eodē genere ꝯtinētur: vt hō ⁊ asinus sub aīali. Eadē specie sunt quecūqꝫ sub eadē specie cōtinentur: vt socrates ⁊ plato sub homīe. Idem numero dicitur q̄druplicitet. s. idem nomine: idē diffinitōe: idem proprio ⁊ idem accidente. Eadem nomine sunt: quorū res est vna: nomina vero plura: vt marcus: tullius. Eadem diffinitione sunt. quoꝝ vnum est diffinitio alterius: vt aīal rationale mortale est diffinitio hominis: Eadē ꝓprio sunt. quoꝝ vnum est propriū alterius: vt homo ⁊ risibile. Eadem accidēte sunt. quoꝝ vnum est accidens alterius: vt socrates ⁊ albedo que est in ipso. Similiter differēs tripliciter dicit̄: scꝫ genere/specie/⁊ numero. Differētia genere sunt. que sub

Idem genere.

Idem specie.

Idē nūero quadrupliciter.

Eadē nomine.

Eadē diffinitōe

Eadem proprio

Eadē accidēte.

Differēs tripliciter dicit̄.

Differētia gn̄e.

diuerſis cõtinentur generibus: vt homo: ſub animali: z arbor ſub planta. Differẽtia ſpecie ſunt: quecunqz ſub diuerſis continentur ſpeciebus: vt homo et aſinus: ſub animali. Differentia numero ſunt que faciunt diuerſum numerũ: vt ſocrates et plato. Illud vero dicitur predicari in quid. quod cõuenienter reſpondetur ad interrogationem factam per quid: vt ſi queratur quid eſt homo: conuenienter reſpondetur animal: et ideo animal predicatur in quid de homine. Aliter autem diffinitur ſic genus. Genus eſt cui ſupponitur ſpecies.

Dña ſpecie.

Differẽtia nũero.

Predicari i qd

Diff. generis ſecunda.

¶ In hac ſecunda principali parte huius cap. de. Hiſ. ex dictis tribus generis acceptiõibus eligit vltimũ membrũ ad propoſitũ ſuum ſpectãs: z illud diffinit ad intentionẽ Ariſt. j. Top. z diffinitionis membra declarat.

Cõtinuatio.

¶ Diffinitio generis ſic intelligitur. Genus eſt vniuerſale: quod predicat: id eſt quod eſt predicabile directe ſm ſe vel formaliter ſynonymum de pluribus ſpecie differẽtibus: id eſt: de multis terminis qui differunt ſpecie: in eo quod quid: id eſt: quod apte eſt reſponſiuũ ad queſitiuũ quid eſt: vel eſſentialiter z quidditatiue.

Diff. declaratio

¶ Dicit in diffinitione generis vniuerſale: quod ponit loco generis diffiniti eſt enim vniuerſale genus ad quinqz vniuerſalia.

¶ Dicit predicabile: quod nõ actũ ſed potentiã importat ſicut generaliter omnia participia z verba in diffinitiõibus poſita nõ actum ſed aptitudinẽ z potentiam important.

¶ Dicit directe: quia indirecte ſpecies etiã de pluribus differentibus ſpecie predicari poteſt: vt homo predicat indirecte de animali et ſubſtãtia: vt animal eſt homo: ſubſtãtia eſt homo.

¶ Dicitur formaliter ſynonymũ: quia obliqui: vt animalis: colozis. cẽ. etiã ſunt genera z non poſſunt ſm ſe predicari: tamẽ ſm ſuuz formaliter ſynonymũ: ſez rectum poſſunt predicari.

¶ De multis terminis. Ad excludendũ indiuiduũ quod nõ de multis predicatur.

¶ Dicitur qui differũt ſpecie: ad differentiã ſpeciei que nõ predicatur de differẽtibus ſpecie.

¶ Dicitur in eo quod quid: ad differentiã ppꝛij: differẽtie: z accidentis que nõ in quid ſed in quale predicantur.

¶ Declaratur in textu particula differẽtibus ſpecie. Nam idem z diuerſum: termini ſunt oppoſiti: nõ tñ ſimpliciter ſed relatiue: qz bene

Idẽ z diuſũ opponunt relatiue

verificant̄ de eodē: sed nō respectu eiusdē sed diuersoꝝ: vnde socrates est idē sibi ipsi ⁊ differēs a platone: sed quot modis dicit̄ vnū oppositoꝝ tot modis dicit̄ ⁊ reliquū: vt habet philosophus primo Topicoꝝ: quot ergo modis dicitur idem tot modis dicit̄ differēs. Reliqua in textu sufficiēter habent̄.

Predicari i qd ⁊ esse de qddita te nō est idem.

¶ Describit̄ in textu predicari in quid. Vnde nō est idē p̄dicari in qd ⁊ esse de quidditate: qꝛ differētie sūt de quidditate specierū ⁊ tn̄ nō predicant̄ de speciebus in quid: sed in quale. Sed vniū saliter omne superius predicat̄ in quid de suis inferioribꝰ. Nota postremo: ꝙ secūda generis diffinitio in fine precedētis textus posita est in p̄ma parte illius cap. exposita.

Genus gn̄alissimū diffinit̄ dupliciter.

Item genus diuiditur in genus generalissimū: ⁊ subalternū Genus generalissimū est supra quod non est aliud genus superueniens. vel genus generalissimū est quod cum sit genus nō potest esse species. Et diuidit̄ in decē genera generalissima que sunt decem predicamēta. s. substātia/quātitas/qualitas/relatio/actio/passio/situs/habitus/vbi/⁊ quādo. Hec autē decem dicunt̄ genera generalissima: quia nullū genus habent supra se. Et licet Ens sit supra ipsa: tamē nō dicitur de ipsis vniuoce: sed equiuoce: ideo non est genus. De his autem nihil ad presens dicetur sed in predicamētis. Genus subalternū est quod cū sit genus bene potest esse species: vt animal est genus hoīs ⁊ equi: ⁊ est species corporis animati.

Ens nō est vniuocum.

Benꝰ sbalternuz

Cōtinuatio.

¶ Hec est tertia ⁊ vltima huius cap. principalis pars in qua auctor diuidit genus tertio modo acceptū ⁊ diuisionis mēbra describit ponēs primo vnā diffinitionē generis generalissimi ex qua diffinitio secunda sequitur.

¶ Diffinitiōes generis generalissimi intelligunt̄: prima sic. Genus generalissimū est. s. vniuersale sup quod in eodē modo significādi ⁊ in predicatione directa essentiali nō est aliud genus superueniēs. Et cum isto intellectu secūda quoꝝ intelligat̄ diffinitio. Et dicitur genus generalissimū quia habet se: vt supremū ⁊ nō sub alio contentū (vt secūda inuit diffinitio.) Et decem sunt genera generalissima: vt patet in textu: licet ens de quolibet illoꝝ dicatur tamē s̄m Pe. His. nō vniuoce sed equiuoce: sed contra auctorem qui in hoc non tenetur sequens ponitur conclusio.

Cōclusio. Tatar. in p̄dicabilibꝰ Porph. xiij. D.

¶ Ens est verū vniuocū: dicit enī philosophus quarto metha. Ens multis modis dicit̄: sed ad vnum ⁊ ad vnam aliquā naturā et non equiuoce. Idem quarto Topicoꝝ dicit. Ens ⁊ vnum predicant̄: de omnibus scd̄m nomen. ⁊ s̄m rationē: probatur conclusio tali ratione. Ens ⁊ non ens contrādicūt (vt habet̄ quarto Metha. ergo sequitur ꝙ ens nō sit equiuocū:

patet cõſequentia: quia in equiuocis non eſt oppoſitio: nec contradictio: nec cõſequentia (vt vult Philoſophus primo Periher. & primo Elencorum.

¶ Sed ad auctorem ſaluandũ dicẽdum duplex eſſe vniuocũ. Quoddã quod deſcẽdit in ſua vniuocata ſm eandẽ rationẽ & ſm eundẽ gradũ perfectiõis. Aliud eſt vniuocũ quod deſcendit in ſua vniuocata ſm eandẽ rationẽ: ſed nõ ſcõm eundẽ gradũ perfectionis. Et hoc modo ens dicit vniuocũ decem generibus: quia ratio entis dicit de oibus decem generibus & includitur in eis: ſed nõ ſcõm eundẽ gradũ perfectionis: q; ſubſtãtia eſt pfectius ens accidẽte Sed Pe. Hiſ. dicendo ens nõ eſſe vniuocũ ad decem predicamẽta vult q; ens nõ ſit vniuocũ ad illa ſm eandẽ rationẽ & eundẽ perfectionis gradum: quod eſt verum & minime contra dictam concluſionẽ.

Quõ ens dicat vniuocũ et quõ equiuocũ.

¶ Genus ſubalternũ dicitur quod ſub alio ſuperiori continetur. Iſtam Porphirius in ſuo tract. predicabiliũ: dicit in qualibet linea recta predicamẽtali triplices eſſe terminos cõmunes: ſcz genus generaliſſimũ: ſpecies ſpecialiſſima que dicunt extrema: & genera ſubalterna que dicuntur intermedia. Et duo extrema habẽt tantũ vnam habitudinẽ id eſt denominationem: quia genus generaliſſimũ ſolũmodo dicit genus ſic q; nõ eſt ſpecies Et ſpecies ſpecialiſſima ſolũ dicitur ſpecies & nõ genus. Sed intermedia id eſt genera ſubalterna habent duas habitudines: quia dicunt genera reſpectu inferiorum: & ſpecies reſpectu ſuperiorum.

In oi linea ꝑdicamẽtali triplices ſũt termini.

¶ Arguitur. Genus predicatur in quale: ergo male dicitur quod predicatur in quid: antecedẽs patet: quia coloratum eſt genus & predicatur in quale: vt patet dicendo: paries eſt coloratus.

¶ Reſpõdetur ad argumentũ. Concreta accidentium poſſunt ad duo comparari. Vno modo ad ſua inferiora & ſic predicantur in quid. Alio modo ad ſua ſubiecta & ſic predicantur in quale.

## Cap. terciũ de ſpecie.

Diffi. ſpeciei.

Species eſt quod predicatur de pluribus differentibus numero: in eo quod quid. In hac enim diffinitione verbum predicatur dicit aptitudinem & nõ actum: ſimiliter & in alijs: vt homo predicatur de ſocrate: & platone: & de alijs particularibus hominibus qui differũt numero: vt prius patuit. Et predicatur de illis in quid: quia cum queritur quid eſt ſocrates cõuenienter reſpõdetur homo. Diffinit etiam ſpecies. Species eſt que ponitur ſub aſſignato genere: et de qua genus in eo quod quid predicatur. Et diuiditur in

Secũda diffinitio ſpeciei.

Tertia diffi.

Species specialissima.

speciem specialissimā ⁊ subalternā. Species specialissima est que cum sit species nō potest esse genus: vt homo/equus/et similia: vel est illa sub qua nō est alia inferior species sub se.

Species subalterna.

Species subalterna est que cum sit species bene potest esse genus. Vnde quecūq; sunt inter genus generalissimū ⁊ speciem specialissimā possunt esse genera: ⁊ species: ad aliud tñ ⁊ ad aliud sumpta: sunt enim genera respectu inferiorū. species vero respectu superioꝝ: sicut patet in arbore: vt hoc autem sit magis planum sumatur exemplum in vnoquoq; predicamento: vt substantia est genus primum: ⁊ sub hoc ponitur corpus: ⁊ sub corpore: corpus animatū: sub corpore animato/animal/⁊ sub animali/animal rationale/⁊ sub rationali homo: ⁊ sub homine/sunt indiuidua: vt socrates ⁊ plato.

Cōtinuatio.

¶ De secundo predicabili seu vniuersali hic agitur scz de specie. Cuius hec ratio est: quia (vt inquit philosophus in predicamentis cap. de adaliquid) si quis diffinite nouerit vnum relatiuoꝝ noscet ⁊ reliquū. Sed genus ⁊ species correlatiue se habent: ideo ꝯuenienter postq̄ determinauit de genere modo determinat de specie: ponēdo tres eius diffinitiones ⁊ vnam diuisionem: diffiniendo ⁊ diuisionis membra.

Notabile.

Species capitur dupliciter

Prime intētionaliter: ſm Porphiriū est vniuscuiusq; rei forma: sic species priami digna dicit̄ fuisse imperio. Et in ecclesiastico dr̄. Ne laudes virū in specie sua. Nec spernes hominē in visu suo: sic nō capit̄ in ꝓposito.

Secūde intētionaliter: pro vniuersali quod ponit̄ sub assignato genere: sic capitur in ꝓposito. Et habet illam similitudinē cum acceptione reali. Nam sicut species est pulchritudo rei: ita species logicalis est quasi pulchritudo sui generis: quia genus confuse significat: species vero magis determinate ⁊ distincte. Confusio enim est turpitudinis mater ⁊ male dispositionis.

## Speciei tres diffinitiones in textu posite sunt intelligende.

Tatar. tract. ij. pe. his. dicit speciei diff. eē itelligēdas in actu signatu q exercet̄ in primis.

¶ Prima sic. Species. s. specialissima est vniuersale: qd̄ predicatur. s. directe ⁊ immediate: de pluribus solū numero differētibus. i. quoꝝ significata differūt solū numero: in eo quod quid. i. essentialiter ⁊ quiditatiue.

Dicitur immediate ꝓpter genera que mediate predicant̃ de suis indiuiduis solũ numero differẽtibus tamẽ immediate nõ de indiuiduis sed de suis speciebus predicant̃. Declaratio aliaꝝ particulaꝝ est nota ex diffinitiõe generis.

¶ Secunda sic. Species est vniuersale quod immediate in predicatione directa ⁊ essentiali ⁊ quiditatiua ponitur sub assignato.i. certo genere predicamentali.

¶ Tercia sic. Species est vniuersale de quo genus predicat̃ scꝫ immediate directe in eo quod quid.i. essentialiter ⁊ quiditatiue. Et iste due diffinitiones tam de specie subalterna q̃ specialissima intelligunt̃. Reliqua ex superioribus patent.

¶ Arguitur cõtra predicta. Species nõ potest tribus diffinitionibus diffiniri: per cõsequens dicta nulla assumptũ probatur. Vnius rei nõ est nisi vnum esse quiditatiuũ quod explicatur per diffinitionẽ quiditatiuam que cõstat ex genere ⁊ differẽtia: ergo vnius rei erit nisi vna diffinitio.

¶ Respõdetur ad argumentũ. Vnius rei absolute nõ est nisi vnum esse quiditatiuũ completũ ⁊ totale. Sed vnius rei relatiue possunt esse plures habitudines seu relationes formaliter distincte relate ad diuersos terminos: ⁊ per ꝯsequens plures potest habere diffinitiones illas diuersas habitudines explicantes.

# De indiuiduo.

Indiuiduum est quod de vno solo predicatur: vt socrates de se ipso.

¶ Incidẽtaliter Pe. His. hic determinat de indiuiduo dixit em̃ in hoc cap. de specie q̃ sub homine (vt sub specie) sint indiuidua: vt socrates ⁊ plato. ideo cõsequenter quid sit indiuiduũ presenti explicat diffinitione. Cõtinuatio.

Indiuiduũ capitur dupliciter.

- Prime intẽtionaliter. Est res indiuisa.i. indistincta a se ⁊ a qualibet alia re diuisa. Et sic omnis res mundi est indiuiduũ quia omnis res mundi est indistincta a se ⁊ a qualibet alia re distincta.
- Secũde intentionaliter ⁊ logicaliter ꝓ termino singulari. Et sic est triplex indiuiduũ.
  - Vagum. Est aggregatuꝫ ex termino cõmuni ⁊ ꝓnomine demonstratiuo primitiue speciei: vt ille homo dicit̃ idiuiduũ vagũ quia incertũ nunc demonstrat illud: nũc aliud. Notabile.
  - Circũlocutum. Est aggregatum ex termino communi ⁊ determinatione singulari in obliquo: vt filius petri. Vocat̃ al's idiuiduũ ex suppõne et tale ꝓprie nõ est idiuiduũ. Tatar. in li. predica. Porphi. xiij. D.
  - Determinatũ. Est proprium nomẽ significãs determinate vnam rem tantum: vt petrus: paulus. ⁊c. Et ista sunt vera indiuidua.

¶ Diffinitio indiuidui sic intelligit. Indiuiduū est. s. cathegorema vniuocum incomplexū: quod predicatur de vno solo. i. quod est formaliter singulare: vel quod natū est predicari de vno solo ente id est de seipso vt dicendo: petrus est petrus.

¶ Contra diffinitionē indiuidui arguit. Joannes est indiuiduum ⁊ tamen nō de vno solo: sed de pluribus predicatur: vt patet dicēdo homo est ioannes: animal est ioannes.

¶ Respōdetur. Indiuiduū indirecte potest de pluribus predicari nō tamen potest de pluribus pro diuersis supponētibus predicari directe.

## Predicta patebūt ex arbore Porphiriana sequenti.



# De arbore Porphiriana.

¶ Pro maiori euidẽtia eorum que de ſpecie ſunt dicta auctor hic ponit arborem. Et arbor eſt coordinatio predicamentalis generum ſpecierum⁊ differentiarũ alicuius predicamenti: vt patet in predicta arbore ſubſtantie. Et ſicut in ſubſtantia formatur arbor: ita in quantitate: qualitate: ⁊ in alijs predicamentis eſt formalis arbor: in omni enim predicamẽto eſt inuenire genera: differẽtias: ⁊ ſpecies: ſm quorum conſtitutionem: ⁊ diuiſionẽ fit coordinatio predicamentalis quã arborem vocamus: ramẽ ſpecies immediate: ⁊ differentie aliorum predicamentorũ a ſubſtantia ſunt nobis ignote: ideo formando arborem eas circũſcribere oportet vt ſuis in locis circa ſingula videbitur predicamenta. Nõbile. i. Arbor eſt.

¶ Arbor predicta eſt inſufficiens ⁊ erronee poſita. eſt quidem inſufficiens capiẽdo ſubſtantiã proprie (prout diſtinguit ꝓtra accidẽs) vt habes tractatu tertio circa principium predicamenti ſubſtantie: ſubſtantiam dupliciter acceptam communiter ⁊ proprie: capiendo itaq; proprie ſubſtantiam ens vltra ipſam eſt genus. Eſt ⁊ dicta arbor erronee poſita: nam illa ſpecies animal rationale cum ſuis differentijs que ſunt mortale ⁊ immortale ab illa coordinatione eſt abicienda: cum hec poſitio ſit heretica ⁊ contra veritatem fidei noſtre et auctor noſter in hoc imitatur Porphiriũ qui gentilis Ethnicorũ more credens deorũ pluralitatem quos dixit eſſe animalia rationalia immortalia: hoc tamen erroneum ⁊ falſum eſt: quia vt Franciſcus Maronis dicit in hoc errauit Porphirius: non ſolum ſcõm fidem: ſed etiã ſcõm naturalem rationem: tum quia mortale ſe habet in plus q̃ animal: que enim viuunt anima vegetatiua tantum: vt arbores ⁊ herbe ſunt mortalia: et tamen non ſunt animalia: tum quia omne corpus animatum eſt mortale: et tamen differentia vltima ſpeciei ſpecialiſſime non poteſt attingere cõmunitatem alicuius generis ſubalterni: ⁊ has ⁊ alias ob cauſas Porphirius hãc ſpeciem animal rationale minus bene in arbore ponit: vnde preter dictam arborem Porphirianam (quam hic Petrus Hiſ. poſuit) ponenda eſt alia correcta ac communis arbor: quam et ſignificationem terminorũ eiuſdem (vt ſequitur) vide. Nõbile. ii. Error Porphirij.

# Sequitur emendata ſubſtãtie arbor.


Lat⁹ dextrū
Linea recta.
Lat⁹ sinistrū
Quarta linea.
Ens.
significat vnitoce incōplexe absolute et adequate omne ens siue sit substātia siue accidens.
Entitatiuū.
ꝓcat substratiue oē ens ⁊ ꝯnotat oē tale ꝑ moduꝫ q̄litatis essentialis ⁊ nec est differentia diuisiua. nec ꝯstitutiua.
Subst̄ātiale
ꝓcat substratiue oēm substantiaꝫ ⁊ cōnotat omnē talē ꝑ modū essentialis habitu dinis.
Substantia
ꝓnificat absolute oēm rem per se subsistentem vel parteꝫ rei per se subsistentis: ⁊ ita substātia capitur ꝓpꝛie.
Accidētale.
significat substratiue omne accidens ⁊ connotat tale per modum qualitatis essentialis.
Accidens.
hic capiť absolute ꝓcat oēm rem que nō est nata per se ſſistere nec est pars rei per se subsiſtētis vt albedo: nigredo. ⁊c̄.
Corporeū.
ꝓcat substratiue rem compositā ex materia ⁊ forma ⁊ꝯnotat oēꝫ talē. ⁊c̄. vt supꝛa.
Corpus.
significat absolute oēm rem compositaꝫ ex materia ⁊ forma substantiali nihil cōnotando.
Incorporeū.
ꝓcat substratiue ſbstantiā nō ꝯpositā ex materia ⁊ forma ⁊ cōnotat ⁊c̄. vt supꝛa.
Suba simplex.
significat absolute omnem rem non compositam ex materia et forma: vt deus: forma: materia. ⁊c̄.
Animatum.
ꝓcat substratiue rē compositā ex materia ⁊ forma q̄ forma est ania ⁊ cōnotat. ⁊c̄.
Corpꝰ aiatū
significat absolute oēꝫ rem cōpositā ex materia ⁊ forma que forma est anima.
Inanimatū.
ꝓcat substratiue ſbstantiā ꝯpositā ex materia ⁊ forma q̄ forma nō ē aia ⁊ ꝯnotat. ⁊c̄.
Corpꝰ nō viuū
ꝓcat absolute oēm substantiā cōpositā ex materia ⁊ forma q̄ forma nō est ania: vt lapis: ferrū. ⁊c̄.
Sensitiuū.
ꝓcat substratiue rē compositā ex materia ⁊ forma q̄ forma est ania ſenſitiua ⁊ ꝯnotat oēm talē. ⁊c̄
Animal.
significat absolute oēm rem compositaꝫ ex materia et forma que forma est anima ſenſitiua.
Insensitiuū.
ꝓcat substratiue substantiā ꝯpositaꝫ ex materia ⁊ forma q̄ forma ē aia vegetatia tm̄ ⁊ cōnotat. ⁊c̄.
Planta.
ꝓcat absolute oēm substantiā cōpositā ex materia ⁊ forma q̄ forma est aia vegetatiua: vt arbor: herba: pirus. ⁊c̄.
Rationale.
ꝓcat substratiue hoiem ⁊ ꝯnotat animā hois per modū qualitatiſ essentialis.
Homo.
ꝓcat absolute oē anial rationale.
Irrationale.
ꝓcat substratiue oñe bꝛutū ⁊ cōnotat animā bꝛuti per modū q̄litatis essentilis.
Brutum.
ꝓcat absolute omne aial irrationale: vt asinus: leo. ⁊c̄.
vt
Socrates. Plato.

Pro predicationibus in terminis arboris nota ſequentia Corolaria.

¶ Corolariū primum differentie dextri lateris differunt a differētijs ſiniſtri lateris: quia differētie dextri lateris habent ſe adinuicem vt genera ⁊ ſpecies: quoniā differentie ſuperiores predicantur quidditatiue de inferioribus: hec enim ſunt directe eſſentiales ⁊ quidditatiue: omne rationale eſt ſenſitiuū: omne ſenſitiuum eſt animatū: omne animatū eſt corporeū: omne corporeū eſt ſubſtātiale: ita etiam dicendo rationale eſt ſubſtātiale: rationale eſt corporeum. ⁊c. et omnes dicte predicationes ſunt directe ⁊ per cōuerſionem fiunt indirecte. Cor. i.

¶ Corolariū ſecundū. Dis differentia dextri lateris eſt ſuperior quidditatiue ad differētias inferiores ſibi oppoſitas: vt ſubſtātiale eſt ſuperius ad incorporeū: inanimatū: inſenſitiuū: irrationale: ideo ille ſunt directe: inanimatū eſt corporeū: inſenſitiuū eſt animatum: irrationale eſt ſenſitiuum: ⁊ hec (vt precedentes) per conuerſionē fiunt indirecte. Cor. ij.

¶ Corolariū tertium. Omnis differentia dextri lateris eſt diſparata ad differentiā ſibi directe oppoſitā ⁊ ad omnes differentias ſuperiores ad eam: vt ille ſunt diſparate corporeū eſt incorporeū: accidentale eſt corporeum: ſenſitiuum eſt inanimatum. Cor. iij.

¶ Corolariū quartum. Differētie ſiniſtri lateris non predicantur vere de ſe inuicem: ſed ſunt termini diſparati adinuicē: vt inſenſitiuū eſt inanimatū: inanimatū eſt incorporeum. Cor. iiij.

¶ Corolariū quintum. Termini recte linee habent ſe adinuicem ſcōm ſub ⁊ ſupra quidditatiue: quia ſuperiores predicanᵗ de inferioribus eſſentialiter ⁊ quidditatiue: inferiores vero de ſuperioribus predicantur indirecte eſſentialiter ⁊ quidditatiue. Exemplū primi: homo eſt animal. Exemplū ſecundi: animal eſt homo. Cor. v.

¶ Corolariū ſextum. Omnis terminus recte linee eſt diſparatus ad terminū quarte linee ſibi directe oppoſitum ⁊ ad oēs ſuperiores ad talē: ad inferiores vero habet ſe vt qdditatiue ſuperius. Exemplū primi: corpus eſt ſubſtātia ſimplex: accidēs eſt corpus q̄ ſunt diſparate. Exemplū ſcōi: brutū eſt corpus: plāta eſt corpus: que ſunt directe eſſentiales ⁊ quidditatiue. Cor. vj.

¶ Corolarium vltimum. Termini quarte linee de ſe mutuo non predicantur: ſed ſunt adinuicem termini diſparati. Et hec pro maiori arboris cognitione ſufficiant. Cor. vij.

## Cap. quartū de differētia.

Differētia dicit tripliciter. Cōmuniter: ꝓprie: ⁊ magis ꝓprie. Differētia capitur tripliciter.

Cōmuniter differētia eſt qua vnū differt ab altero ſeparabili accidēte: vt ſocrates ſedēs differt a platone ſtāte. Differētia cōis.

Ꝓpria differētia eſt qua vnū differt ab alio inſepa- Ꝓpria differentia.

rabili accidēte: vt socrates simus differt a platone aquilo.

Differētia magis ꝓpria.

Differētia magis ꝓpria est qua vnū differt ab altero specifica differētia: vt hō p rōnale differt ab equo ⁊ asino. Et diffinitur sic. Differētia est qō predicaf de pluribus differētibus specie in eo qō quale: vt rationale predicaf de hoīe ⁊ de dijs que differūt specie: sumus enī rationales nos ⁊ dij (vt vult Porphirius) sed mortale additū nobis separat nos ab illis

Diff. differētie.

Predicari in quale.

Illud aūt dicit predicari in quale: qō ꝓueniēter respōdetur ad interrogationē factā per quale: vt cum querit qualis est homo ꝓueniēter respondet rationalis: ⁊ ideo rationale predicatur de homine in quale. Aliter sic diffinit. Differētia est qua habūdat species a genere: vt homo habundat ab aliali his differētijs: rationale mortale. Et sciendū est: q eadē est differētia diuisiua ⁊ cōstitutiua. s. diuisiua generis ⁊ cōstitutiua speciei: vt rationale diuidit animal cū differētia sibi opposita. Dicimus enī animaliū aliud rationale aliud irrōnale ⁊ iste due differentie ꝓstituunt diuersas species sub animali. Dis enim differētia aduenies generi ꝓstituit speciem ⁊ ideo constitutiua vel diuisiua nominaf: mortale enī additū super hoc genus animal rationale ꝓstituit hominē. Et dicit Boetius q sola species diffinit. Diffinitio enī cōsistit ex genere ⁊ differētia: sed sola species habet genus ⁊ differētias: ⁊ omne illud quod habet genus ⁊ differētias diffinitur.

Mortale nō est differētia. Tata: lib. predicabil. Porph. xv. Scōa diffinitio differētie.

Eadē differētia est cōstitutiua ⁊ diuisiua.

Sola species diffinit.

Cōtinuatio.

¶ Postq̄ auctor determinauit de genere ⁊ specie: que in quid de suis inferioribus predicant: ꝓsequēter determinat de predicabilibus que predicant in quale. Et primo de differētia: que predicaf in quale essentiale: ponēdo primo triplicem differentie acceptionem: ponit deinde duas differentie diffinitiones ⁊ vnam diuisionē: declarādo ⁊ diuisionis membra.

Differētia que est tertiū p̄dicabile sic diffnit. Est quod predicat in q̄le essentiale. Et hec differētia est duplex: s.

Generica. Est que cōuertit cū genere ⁊ facit ipsum ab omni alio differre: vt sensibile cōuertit cū animali ⁊ facit ipsum differre ab om̄i alio ⁊ de hac differentia datur prima diffinitio.

Specifica. Est que ꝯuertit cum specie ⁊ facit eam differre ab om̄i alio: vt rationale ⁊ talis sic diffinitur. Est quod predicat de pluribus numero differētibus in eo ꝙ quale essentiale.

Notabile.

¶ Prima diffinitio differētie ītelligit sic. Differētia. s. essentialis generica. Est vniūsale qd̄ predicat. s. directe de plurib⁹ specie differētibus. i. de multis termīs quoꝝ ꝓcata formalia differūt specie: in eo qd̄ quale. i. qd̄ est apte responsiuū ad quesitiuū quale: vel. i. essentialiter ⁊ nō q̄dditatiue.

Prima diff. declaratio.

¶ Dicit de plurib⁹ specie differētibus: ibi excludit differētia specifica: vt est rōnale q̄ nō est differētia ꝑm illā diffinitionē: ⁊ licet Pe. His. hic exēplificet de rōnali dicēs ꝙ illa differētia rōnale predicat de his q̄ differūt specie. s. de hoībus ⁊ de dijs. Sed hoc nō est verū: q2 rōnale ꝯuertit cū ista specie specialissima hō: ideo nō pōt de plurib⁹ specie differētib⁹ p̄dicari. Sed auctor nr̄ h̄ loquit ex opiniōe Porphirij (gētiliū more) q plures dicūt eē deos: ⁊ illos esse aīalia rōnalia īmortalia: vñ dicit mortale aduenies nobis separat nos ab illis. Cū Xo ꝑm veritatē fidei nr̄e nō sit nisi vn⁹ deus. Porphi. ⁊ Pe. his. q nō assertīe sed ꝑm Porph. opinionē loqt̄ i hoc dicto minīe sunt tenēdi: ideo ⁊ dicēdū est rōnale nō aptū eē exēplū ad dictā diffinitionē.

Rōnale vt differētia deo non cōuenit.

¶ Dicit in eo quod quale: quia animal nō est differentia ad hominē vel equū: q2 male respondet cū querit: qualis est homo: si respōdetur est animal. sed bene respōdetur est rationalis: est sensitiuus. Alie particule diffinitionis ponūtur hic eadē ratione qua ponebant in diffinitione generis.

¶ Secūda diffinitio differentie sic intelligitur. (De mente Porphirij) quē Pe. His. hic sequit. Differentia est qua habūdat species a genere. i. qua species actu ⁊ essentialiter plura includit q̄ genus: vt ꝑ rationale homo plus īcludit actu ⁊ essentialiter q̄ animal: q2 differētia que diuidit genus nō includit in genere actu: sed solū in potētia. i. sicut in magis cōmuni. Et hec diffinitio cōuenit tam differētie generice q̄ specifice.

Secūda diff. declaratio.

Differētie quattuor officia Pe. His. ī textu predicto tāgit

Primū est diffinire. Nā Porphirius hāc quintā differētie diffinitionē assignat. Differētia est q̄ ad esse rei cōducit: ⁊ eius qd̄ est esse rei pars est. i. differētia est vtilis ad cognoscendū esse diffiniti: qm̄ est pars formalis diffinitiua q̄ ingredit diffinitionē ipsi⁹ diffiniti. Et Pe. his. in textu allegat Boetiū dicentē solā speciē diffiniri: qd̄ intelligendū est diffinitiōe pure quidditatiua ⁊ essentiali. Causa illius assignat in textu.

Nōbile. ij.

Secundū est diuidere: vt rationale cum differētia sibi opposita diuidit hoc genus animal: hoc modo. Animalium aliud rationale: aliud irrationale.

Tertiū est ꝯstituere: vt rationale cū genere aīal: ꝯstituit hāc speciē homo: vt dicēdo hō est animal rationale.

Quartū est predicari in quale: vt querēdo qualis est homo. Respōdetur rationalis.

¶ Contra dicta arguitur. Differētia nō predicaꝫ in quale: per cōsequens diffinitio nulla: assumptū probatur. Differētia ⁊ illud cuius est differentia sunt idem: vt homo ⁊ rationale: sed illud cuius est differentia nō predicatur in quale: ergo neq; differētia. ¶ Respondendo ad argumentū. Negetur cōsequentia: quia licet sint idem realiter: distinguuntur tamē forma liter: quod sufficit.

## Cap. quintū de proprio.

Quattuor acceptiones proprij

Aristj. Top. trēs modos ꝓprij assignat: cōprehēdit tñ q̄rtus ꝓprij modū sub tertio.

Proprium dicitur quadrupliciter. Uno modo dicitur proprium quod conuenit soli sed nō omni: vt esse grāmaticum. Secūdo modo dicit proprium quod cōuenit omni sed nō soli: vt esse bipedem. Tertio modo dicitur proprium quod cōuenit omni: ⁊ soli: sed non semp: vt canescere in senectute. Quarto modo dicit ꝓprium quod cōuenit omni ⁊ soli ⁊ semper: vt risibile ineſt homini ⁊ soli speciei ⁊ semp: nō enim dicitur homo risibilis: eo q̄ semp actu rideat. seo quia aptus natus est ad ridendū: ⁊ proprium hoc modo sumptū est vnus de quinq; p̄dicabilibus: ⁊ diffinit sic ab Aristotele. Proprium est quod conuenit omni ⁊ soli ⁊ semp: ⁊ conuersim predicatur de re ⁊ non indicat quid est esse rei: vt risibile ineſt homini. Non indicat quid est esse rei: ponitur in diffinitione proprij ad differentiā diffinitionis que conuersim predicatur de re ⁊ indicat quid est esse rei. Substātia animata sensibilis conuertitur cum animali ⁊ indicat quid est esse eius: quia omnis diffinitio datur per substantialia: omne enim superius est de essentia sui inferioris. Diffinitio enim diffinitur sic ab Aristotele. Diffinitio est oratio quid est esse rei significans: proprium autem nō indicat quid est esse rei.

Diffinitio ꝓprij ex. j. Top.

Diffinitio describit. j. Top.

Cōtinuatio.

¶ Poſtq̄ auctor determinauit de vniuſalibus que eſſentialiter predicantur ſcz de genere-ſpecie-z differētia:cōſequenter determinat de alijs vniuſalib⁹ duobus que accidentaliter predicātur. Et duplici ratione prius determinat de proprio q̄ accidēte. Prima:quia proprium fluit ex principijs propijs ſpeciei z cōſequitur ſpeciem: accidens autem fluit a propijs principijs indiuidui modo ſpecies eſt indiuiduo prior. Secunda ratio:proprium verior modo predicatur q̄ accidens cum predicet cōuertibiliter ideo cōuenienter precedit ipſum accidens.

De proprio prius determinat q̄ de accidēte duplici ratione.

**Proprium** capitur dupliciter.

**Prime intentionaliter.** Illud eſt proprium alicui quod non eſt commune. Et ſic opponitur huic quod eſt cōmune vel publicū. Et ſic proprium tantū valet ſicut priuatū: ſic dicimus cuiꝰ eſt proprium caput. Item lippimus in vicijs propijs ſed linceis ſumus in alienis. Sic proprium nō capitur in propoſito.

Notabile.j.

**Secūde intētionaliter.** Eſt predicatū conuertibile nō predicans eſſentiā: vt riſibile eſt proprium homini. Et de illo proprio Pe. Hiſ. quattuor hic ponit acceptiōes. quarum tres nō ſunt ad propoſitū: ſed quarta acceptio proprij eſt ad eam intentionē qua proprium vnū eſt ex vniuſalibus.

**Quattuor** acceptiōes proprij in textu poſite: intelligunt duplicit

**Realiter:tunc ſoli refertur ad ſpeciē: omni ad** indiuidua illius ſpeciei intelligendo hoc quo ad ſignificata eoꝝ: z ſemper valet tantū ſicut omni tempore. Vnde quarta proprij acceptio realiter ſic venit intelligēda. Proprium eſt quod cōuenit omni. ſ. indiuiduo alicuius ſpeciei z ſoli. ſ. ſpeciei: z ſemp. i. omni tpe: vt riſibile illo modo eſt proprium homini. Sic quoq; diffinitio proprij que primo Topicoꝝ habetur intelligitur. Et hoc modo etiā intelligant realiter prime acceptiones proprij.

Nōbile.ij.

**Logicaliter:ineſt exponi** ſic. i. accidētaliter predicatur z nō eſſentialiter de ſuo ſubiecto. Et per ſoli intelligitur propoſitio affirmatiua excluſiua: z per omni intelligitur propoſitio vniuſalis affirmatiua: z ſemp valet tantū ſicut pro qualibet differētia tēporis vel conuertibiliter. Vnde quarta proprij acceptio ſic eſt intelligēda: proprium eſt vniuſale: quod cōuenit omi. i. vere z accidētaliter predicat de ſuo ſubiecto in propōne vniuſali: z ſoli. i. in propōne excluſiua: z ſemper. i. pro qualibet differētia tēporis vel conuertibiliter. Et alie acceptiones proprij logicaliter cōformiter exponant.

¶ Ex dictis talis colligitur diffinitio proprij ad propoſitū noſtrū. Proprium quarto modo eſt predicabile natum predicari de ſuo ſubiecto accidētaliter z conuertibiliter: vt riſibile eſt proprium hominis: hinnibile eſt proprium equi: per hoc q̄ dicit accidētaliter diſtinguit a genere: ſpecie: z differentia: que eſſentialiter predicant. Dicitur conuertibiliter per hoc excluditur accidens cōmune: vt album nō eſt proprium homini.

Predicamētalis proprij diffi.

¶ Arguit. Omne vniuerſale debet habere proprium modum predicandi: ſed proprium nō habet proprium modū predicādi: ergo minor probatur: quia hoc eſſet de pluribus differentibus ſpecie vel numero.

¶ Respondet q ꝓprius modus predicandi ipsius ꝓprij. Et predicari de pluribus in quale accidētaliter ⁊ nō cōuertibiliter. Et de vno. ſ. ſuo ſubiecto accidētaliter ⁊ conuertibiliter.

# De accidente cap. ſextum.

Prima diffinitio accidētis.

Secūda diffinitio accidētis.

Tertia diffinitio accidētis.

Primo Top.

ACcidens eſt quod adeſt vel abeſt preter ſubiecti corruptionem: vt album/nigrum. Hec enī poſſunt adeſſe vel abeſſe preter ſubiecti corruptionē. Aliter diffinitur ſic. Accidens eſt qō nec eſt genus: nec ſpecies/nec differētia/nec ꝓpriū/ineſt autē rei. Vel ſic. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe ⁊ non ineſſe: vt album/nigrum/ſedere/⁊ huiuſmodi. Et de his duabus diffinitionibus vltimis dicit Ariſtoteles q ſecunda melior eſt q̄ prima: quia ad cognoſcendum primam oportet ſcire quid ſit genus: quid ſpecies: quid differentia/quid ꝓpriū. Secunda autem per ſe finita eſt ad cognoſcendū quid per eam dicitur. Accidentium aliud ſeparabile: aliud inſeparabile. Separabile eſt illud quod poteſt ſeparari a ſubiecto: vt album/nigrū/ſedere/⁊ huiuſmodi. Inſeparabile eſt quod non pōteſt ſeparari a ſubiecto: vt nigredo in coruo: ⁊ albedo in cigno. Non tamen eſt contra diffinitionem qua dicitur q accidens eſt quod adeſt ⁊ abeſt preter ſubiecti corruptionem: quia (vt vult Porphirius) coruus poteſt intelligi albus: ⁊ ethiops nitens candore preter ſubiecti corruptionem. Accidentiū aliud cōmune: aliud ꝓpriū. Cōmune vt album/nigrum. Ꝓpriuz vt albedo ſocratis: ſimitas platonis.

Prima accidētis diuiſio.

Accidēs ſepabile.

Accidēs inſeparabile.

Secūda accidētis diuiſio.

Accidēs cōe.

Accidēs ꝓpriū

¶ Hic determinat de quinto ⁊ vltimo predicabili ſcz de accidēte quod imperfectiorē modū predicādi habet alijs predicabilib⁹ eo q predicat in quale

accidẽtale: ideo ꝛ accidens poſtremũ inter vniuerſalia obtinet locum. Et in preſenti textu tres ponũtur accidẽtis diffinitiones ꝛ due diuiſiones.

Accidẽs capitur dupliciter. ſcz.

**Prime intẽtionaliter. Eſt ens quod aduenit** inheſiue enti poſt ſuũ completũ eſſe. Et ſic ens ſcõm Ariſtotelem diuidit in ſubſtantiã ꝛ accidens. Mobile. j. v. metb. Et. iij. Hobiſi.

**Secũde intẽtionaliter. Eſt terminus accidẽtaliter ꝛ nõ conuertibiliter** de alio predicabilis: vt albũ predicatur de homine accidẽtaliter ꝛ nõ conuertibiliter. Et illo modo diſtinguitur contra propriũ quod eſt conuertibile cũ illo cuius eſt proprium.

Tres diffinitiones accidentis in textu poſite intelliguñ.

Prima accidentis diffinitio duplicit er exponit.

**Realiter ſic. Accidens. ſ. reale eſt** quod adeſt. i. inheret accidentaliter actu vel aptitudine ꝛ abeſt id eſt aptum natum eſt non inherere: preter ſubiecti corruptionem: id eſt abſq; hoc q̃ ſubiectum denominationis corrumpatur: quantum fuerit de eſſentia illius ſubiecti: vt albedo eſt accidens hominis vel nigredo: vel ſimitas naſi: ꝛ ſic de aliis.

**Logicaliter de terminis ſic. Accidens** ſcz commune logicale. Eſt vniuerſale quod adeſt: id eſt quod vere affirmatiue accidẽtaliter ꝛ non conuertibiliter natum eſt predicari de ſuo ſubiecto: et abeſt id eſt vere ꝛ negatiue natum eſt predicari de eodem ſubiecto quantũ fuerit ex parte eſſentie illius ſubiecti preter ſubiecti corruptionem. i. abſq; hoc q̃ ſubiectum deſinat ſupponere pro aliquo. Dicitur cõmune hic excluditur accidẽs proprii. Dicit accidẽtaliter per hoc excluduntur genus: ſpecies: ꝛ differẽtia: que eſſencialiter predicantur. Dicit non cõuertibiliter excludẽdo proprium. Dicitur abeſt quantũ eſt ex parte eſſentie. ꝛc. includẽdo per hoc accidentia inſeparabilia: vt eſt calidũ reſpectu ignis: nigruz reſpectu cozui: ꝛ licet hec vere ꝛ naturaliter non poſſint negari de ſuis ſubiectis tamẽ quãtum eſt de eſſentia illoz poſſunt negari. Mobile. ij.

**Secũda ſic intelligit. Accidens eſt vniuerſale** qõ reſpectu illius cuius eſt accidẽs nõ eſt genus: nec ſpecies: nec differẽtia: nec propriũ: ſed in ſubiecto eſt ſubſiſtens .i. habet eſſe vel exiſtere naturaliter in ſubiecto.

**Tertia intelligit eodẽ modo ſicut prima dupliciter.** Et particule ineſſe ꝛ nõ ineſſe debẽt referri ad diuerſa tẽpoza ꝛ ſic nõ opponuntur.

¶ Ex dictis tribus accidētis diffinitiōibus colligit̄ breuis predicamētalis accidētis diffinitio: ⁊ talis accidēs est vniūsale predicabile directe accidētaliter ⁊ nō ꝯuertibiliter de aliquo. Et particule huius diffinitionis intelligant̄ eo modo sicut in expositiōe logicali prime diffinitionis est dictum.

Nōbile.iij. Prima accidētis diuisio in textu posita sic est intelligenda Accidens.

- Inseparabile. Est quod non potest separari vel vere negari a suo subiecto ꝑm consuetū cursum nature: vt albedo respectu cigni: caliditas respectu ignis. Et vocat̄ ideo inseparabile ꝙ naturaliter non possit separari. potest tñ separari supnaturaliter per diuinā potentiā.
- Separabile. Est quod scdm consuetū cursum nature potest separari vel negari de suo subiecto: vt currere: stare respectu hominis.

Nōbile.iiij. Diuisio secūda accidētis sic intelligit̄. Accidēs

- Cōmune. Est vniuersale predicabile de aliquo accidētaliter ⁊ non cōuertibiliter. Et de illo accidente dicte tres diffinitiones Pe. His. dantur.
- Propriū. Est vniuersale predicabile accidētaliter ⁊ ꝯuertibiliter de aliquo: vt sunt oīa ꝓpria quarto modo: vt risibile respectu hominis est accidens propriū.

¶ Cōtra predicta arguit̄. Prima accidētis diffinitio non cōuenit omni contento sub diffinito: ergo nō est sufficiēs antecedens patet: quia non conuenit accidenti inseparabili cum illud non possit abesse.

¶ Respondet̄. Negando antecedēs ⁊ ad probationem dicit̄: licet accidens inseparabile nō possit faciliter abesse: potest tñ abesse difficulter: vel dicat̄ licet naturaliter nō possit abesse potest tamē supnaturaliter.

## Cap. septimū: de ꝯueniētijs ⁊ differētijs vniuersaliū.

Genꝰ differt a specie.

Differentia differt a genere.

Differētia differt a specie.

Differentia differt ab accidēte

Species differt a genere.

Commune est aūt oībus quinq; predicabilibus de pluribus predicari. Differūt autē genus ⁊ species qm̄ genus de pluribus p̄dicatur q̄ species: ⁊ q̄ alia p̄dicabilia: ⁊ ꝑ hoc differt ab alijs. Differētia autem differt a genere: eo ꝙ differētia predicat̄ in quale: genus vero in quid. Itē differentia differt a specie: eo ꝙ p̄dicatur de pluribus speciebus: species vero nō. Similiter differētia differt ab accidēte: q̄ accidētia suscipiūt magis ⁊ minus: intensionē ⁊ remissionē. Differētia vero nō suscipit magis neq; minus. Differt aūt species a genere: q̄ genus ꝯtinet species ⁊ nō ꝯtinet̄ ab eis.

Species aũt differt a differẽtia: qz ex pluribus differẽtijs bene põt fieri vna ſpecies: vt iſte due differentie rationale z mortale cõiunguntur ad ꝓſtitutionẽ huius ſpeciei q̃ eſt hõ: ſpecies vero nõ ꝓiungit ſpeciei: vt gignat aliã ſpeciem. Quedam enĩ particularis equa: cuidã particulari aſino ꝑmiſcet ad muli generationẽ. Sed nõ equa z aſinus in cõi. Species vero differt a ꝓꝓrio qz ſpecies natura prior eſt ꝓꝓrio: ꝓꝓriũ vero poſterius eſt ſpecie. Preterea quor diffinitiones ſunt differẽtes z ipſa ſunt differẽtia ſed diffinitiões ꝓꝓrij z ſpeciei ſunt differẽtes: ergo ꝓꝓriũ z ſpecies differunt. Differt autẽ ſpecies ab accidẽte: qz ſpecies predicat in quid: accidẽs vero in q̃le: vel quõlibet aliter ſe habens. Et ſpecies natura prior eſt accidẽte. Dñe enĩ accidẽs natura poſterius eſt ſuo ſubiecto. Proprium aũt differt ab accidẽte: qz ꝓꝓriũ de vna ſola ſpecie predicat cuius eſt ꝓꝓriũ: accidẽs vero de pluribus ſpẽbus. Et accidẽs ꝑmo ineſt idiuiduis: z poſteri9 ineſt generibus z ſpẽbus: nõ enĩ dicit hõ vel aĩal currit: niſi prius ſocrates vel plato currat. Proprium autẽ primo ineſt speciei: z ꝑ ſpeciẽ idiuiduis. Item genus/ſpecies/differẽtia/ꝓꝓrium eq̃liter participant ab oĩbus de quib9 predicant: accidẽs vero nõ: ſed ſuſcipit itenſionẽ z remiſſionẽ. Itẽ genus/ſpecies/ differẽtia/ꝓꝓriũ/vniuoce põdicant: accidẽs vero nõ predicat vniuoce: ſed denoiatiue. Predicari autẽ vniuoce eſt põdicari ſcõm vnum nomẽ: z ſcõm eandẽ rationẽ ſumptã: ſcõm illud nomẽ: vt hõ ſcõm vnũ nomẽ põdicat de ſocrate: z de platone vt ſocrates eſt hõ: plato eſt hõ: z ratio eius ſcõm illud nomẽ

Species differt a differẽtia.

Species differt a proprio.

Species differt ab accidẽte.

Proprium differt ab accidẽte.

Ab accidẽte alia a vniuſalia differunt.

Predicari vniuoce.

Ens nō ē gen⁹. est vna: vt anīal rōnale mortale. Et ob hoc ens non pōt esse gen⁹: qꝛ licet ꝑm vnū nomē predicet̄ de plurib⁹ nō tñ ꝑm vnā rationē. Ratio enī entis ꝑm ꝙ dicit̄ de substātia est ens ꝑ se subsistēs: ꝑm aūt ꝙ dicat̄ de alijs nouē predicamētis est ens in alio. Et ita predicat̄ ꝑm diuersas ratiōes: ideo nō p̄dicat̄ vniuoce sed magis eq̄uoce siue multipliciter. Predicari aūt equiuoce est p̄dicari vno noīe ⁊ diuersis ratiōibus sumptis ꝑm illud nomen: vt canis predicat̄ vno noīe de diuersis. s. de latrabili. sidere celesti: ⁊ pisce marino. Ratio aūt scdm illud nomē nō est eadem oībus sed alia ⁊ alia. Denoīatiua dicunt̄ quecūq; ab aliquo solo casu sunt differētia: ⁊ ꝑm illud nomē habēt appellationē: vt a grāmatica grāmaticus: a fortitudine fortis. Vnde grāmaticus: ⁊ fortis: ⁊ ꝯsimilia p̄dicātur denominatiue. Et ideo accidēs dicit̄ denoīatiue predicari.

Predicari equiuoce.

Denoīatiua dicuntur.

Cōtinuatio. ¶ Hec est vltima pars huius tract. in qua postq̄ auctor tractauit de predicabilibus ꝑm se hic determinat de eis cōparatiue scꝫ ponēdo cōuenientias et differētias eorundem. Et primo ponit generalē predicabiliū conuenientiam que est ꝙ cōmune est omībus predicabilibus de pluribus predicari. Cuius est hec ratio: quia predicari de pluribus est de diffinitione predicabilis: ideo debet ꝯuenire cuilibet cōtento sub diffinite Deinde auctor predicabiliū differētias ponit vt in textu sufficiēter patet.

Nōbile. j.

- Predicabilia.
  - Conueniūt qꝛ predicant̄ de pluribus vt dictū est.
  - Differunt.
    - Genus et species. quia genus predicat̄ de pluribus specie differētibus: sed species tantū de pluribus numero differētibus.
    - Genus ⁊ species: a differētia que predicat̄ in quale: sed genus ⁊ species in quid.
    - Differentia differt a proprio ⁊ accidente que predicantur in quale accidētale: sed differentia in quale essentiale.
    - Propriū ab accidēte differt: quia proprium predicat̄ accidētaliter ⁊ ꝯuertibiliter. Accidēs vero nō ꝯuertibiliter. Alie predicabiliū differētie patēt superius ex eoꝝ diffinitionibus. Alie quas hic Pe. Mis. ponit videantur in textu.

¶ Textus Pe. Hiſ. cum dicit. Similiter differentia differt ab accidente: intelligiſ ſic. Accidentia predicantur de ſuis ſubijcibilibus cum iſtis aduerbijs magis ⁊ minus: differētie vero nō predicanſ cum eis: vt dicimus vere. Petrus eſt magis albus q̄ paulus: ſed vere dicere nō poſſumus: petrus eſt magis vel minus rationalis q̄ paulus. Nōbile. j.

¶ Text⁹. Species aūt differt a differētia: q⁹ ex plurib⁹. ⁊c. Intelligiſ ſic. Plures differētie poſſunt coniungi per modum determinationis ⁊ determinabilis ad ꝯſtitutionem diffinitionis ſpecieiſque tamen differentie non ſunt ſibi inuicem ſubordinate. Sed due ſpecies nō ſubordinate. ſ. non habentes ſe per modum ſuperioris ⁊ inferioris non poſſunt coniungi per modum determinationis ⁊ determinabilis ad cōſtitutionem diffinitionis ſpecici. Nōbile. ij.

¶ Textus. Predicari aūtē vniuoce. ⁊c. In iſto textu predicari vniuoce diſtinguiſ contra predicari equiuoce ⁊ denominatiue. Vnde in diffinitione huius quod eſt predicari vniuoce terminus nomen capitur generaliter: vt ſub ſe comprehendit omnes orationis partes: et ratio capitur p̄ conceptu: ita q̄ ad hoc vt aliquid predicef vniuoce: oportet q̄ accipiatur ſcōm vnum conceptum: ⁊ nō ſcōm plures: quia ſi ſcōm plures acciperef: tunc predicaretur equiuoce ⁊ nō vniuoce. Et ex iſto ſequitur q̄ ens vniuoce dicit ⁊ nō equiuoce de decem predicamentis licet non habeat rationē. i. diffinitionem: habet tamen conceptum cōmunem ipſis: ⁊ hoc ad eius vniuocationem ſufficit: licet hoc videatur eſſe contra Pe. Hiſ. hic ⁊ in cap. de genere ſaluen tur tamē eius dicta p̄out ibidem ſc⁊ in cap. de genere eſt dictum. Ens vniuoce p̄dicatur de decē predicamētis.

¶ Contra dicta arguitur. Genus ponitur in diffinitione ſpeciei: ergo ſpecies continet genus: ⁊ per conſequens male in textu dicitur q̄ ſpecies non contineat genus.

¶ Reſpondetur. Concedendo antecedēs ⁊ diſtinguendo conſequens: quia dupliciter poteſt intelligi: q̄ ſpecies contineat genus. Vno modo: q̄ genus ponatur in diffinitione ſpeciei. Et ſic conceditur conſequentia. Alio modo vt ſpecies predicetur de genere vniuerſaliter accepto. Et ſic negatur conſequentia.

# Tractatus ſecundus de quinq; vniuerſalibus finitur.

# Tractatus Tertius

## In tract. tertium ꝑe. Hiſ. notabilia ꝓ exordio.

PRo plenioꝛi noticia eoꝛum que tractatu Tertio explicantur generalia quedam (ꝓ ſpeciali predicamentoꝝ cognitione) ſunt premittẽda vnde (vt ſequit) nota: de titulo: de ſubiecto: tractatus illius: ⁊ de generalibus predicamẽti acceptionibus: cum eius diuiſione.

Nõbile. j. ¶ Titulus tract. preſentis eſt ille. Tractatus tercius ſummularũ ꝑe. Hiſ. de decem predicamẽtis. Et iſte titulus principaliter datur ſcõm duas illis tractatus cauſas: ſcz efficientem ⁊ materialẽ. licet ſub materiali finalis cauſa quoꝙ intelligi poſſit. Eſt enim finis preſentis tractatus de decem predicamentis tractare: ⁊ a parte rei hec eſt materia illius tractatus: vnde (vt ſequitur) nota.

Secundũ: Q̃ substãtia suscipiẽdo ꝯtraria manet vna ⁊ eadẽ numero. Sicut idẽ homo potest successiue esse bonus ⁊ malus: albus ⁊ niger. Et ratio est quia oĩa cõtraria sunt accidentia: ergo possunt adesse ⁊ abesse subiecto preter eius corruptionẽ. Et per cõsequens idem subiectum numero est aptum natum suscipere cõtraria.

Tertiũ. Q̃ substãtia suscipit ꝯtraria ꝑm sui mutationẽ: patet q̃ petrus aliter se habet quãdo est alb⁹: q̃ quãdo est niger: ergo suscipit ꝯtraria ꝑm sui mutationẽ.

Quartũ. Q̃ esse susceptibile ꝯtrarioꝝ est maxime propriũ substãtie. Et hec est sexta ⁊ vltima substãtie ꝓprietas que vt sequit dupliciter exponitur.

Proprietatis expositio. Presens proprietas dupliciter exponit: scz.

Realiter. Maxime ꝓpriũ. i. inter oĩa notificantia substantiã. Vel maxime ꝓpriũ. i. ꝓpriũ q̃rto mõ respectu substantie generabilis ⁊ corruptibilis: q̃ cũ sit vna eadẽ nũero susceptiua est ꝯtrarioꝝ. i. est subiectũ successiue ꝯrioꝝ ꝑm sui mutationẽ. s. accidentalẽ: vt idem hõ successiue est albus ⁊ niger.

Logicaliter. Maxime propriũ est substãtie. i. termino substãtiali esse susceptiuum contrarioꝝ. i. posse esse subiectum respectu predicatoꝝ contrariorũ: ꝑm sui mutationem. i. rei significate per ipsum: vt successiue dicit: iste homo est albus: ⁊ iste homo est niger.

¶ Itẽ scdm ambas dictas expositiões hec ꝓprietas est proprium. Primo modo respectu substantie in genere: q̃ cõuenit soli substãtie: sed nõ omni quia nõ cõuenit deo. Sed respectu substãtie generabilis ⁊ corruptibilis est proprium quarto modo.

¶ Arguit. Corpus celeste est substãtia nõ tñ est susceptibile contrarioꝝ: ergo non cõuenit omni substãtie suscipere cõtraria. ¶ Respondet. Q̃ presens proprietas intelligit de substãtia generabili ⁊ corruptibili. ⁊c.

¶ Regula generalis pro terminis ponendis in substantia. Dis terminus scans formaliter substantiã que immediate est a natura z nõ ab arte est in predicamẽto substãtie: vt petrus-barbara-asinus-lapis-silex-iacinctus-arbor-pomus-pirum-danubius-siligo-ordeum-vinum-oleũ-z silua. Dicitur notãter scans formaliter substantiã: qz cõcreta accidẽtalia: vt sunt albũ nigrum. zc. scant substratiue siue materialiter substantiã: nõ tñ formaliter: sed qualitatẽ: ideo nõ in substãtia sed in qualitate ponunt. Similiter pater: filius: substratiue significant substantiã: tñ formaliter scant respectũ: ergo in relatione nõ in substãtia ponũtur. Et similiter de aliorum predicamentorũ terminis dicatur. Et hec de predicamẽto substãtie sufficiant. De terminis in substãtia Regla

# De predicamẽto quãtitatis.

QVantitatis aliud continuũ: aliud discretũ. Quantitas continua est cuius partes copulant ad eundem terminũm cõmunem: vt partes linee copulãtur ad punctum. Est autẽ discreta quãtitas: vt numerus z oratio: vnde due sunt species eius: qõ autẽ numerus sit discreta quantitas patet: nõ enĩ in numero est aliquis terminus cõmunis ad quẽ partes numeri copulant: vt decẽ: aut quinqz: aut tria: aut duo: ad nullũ terminũ cõmunem copulantur: sed discreta sunt et separata. Est aũt numerus multitudo ex vnitatibus aggregata. Similiter in oratione syllabe nõ copulant ad aliquem terminũ cõmunem: sed vna queqz separata est ab alia. Quãtitatis aũt cõtinue alia linea: alia est superficies: alia corpus alia tempus: alia locus: vnde quinqz sunt species eius. Quod autẽ linea sit quãtitas cõtinua patet: qz partes eius copulãtur ad terminũ cõmunẽ scz ad punctũ. Et partes superficiei ad lineã: z partes corporis ad superficiẽ: partes autẽ tẽporis ad nũc vt preteritũ z futurũ ad presens: partes aũt loci ad eundem terminũ copulant ad quẽ corporis particule. Diuisio quãtitatis. Species quãtitatis discrete. Diffinitio nũeri Species quãtitatis cõtinue.

¶ Postq̃ auctor tractauit de substãtia hic cõsequẽter determinat dẽ predi- Continuatio.

Quantitas rite sequit substãtiã.

camẽto quãtitatis. Cuius est hec ratio: qz quãtitas immediatius inest substãtie ꝙ alia accidẽtia: z substãtie inderẽt alia accidẽtia mediãte quãtitate: ideo cõuenienter post determinationẽ que fit intelligit. Generũ subalternoz quãtitatis aliud continuum aliud discretũ. Et ponitur aliud in neutro genere ad significandum: hanc diuisionem nõ esse generis in suas species specialissimas: z ad ostendẽdum ꝙ diuisionis membra differãt essencialiter aliud eni (in genere neutro) diuersitatẽ dicit essentialẽ. Deinde auctor ponit duas species quãtitatis discrete scz numerũ z oratione declarãdo: quare hec duo discretã dicant quantitatem. Subiũgendo postea quinqz species quãtitatis cõtinue. Et pro pleniori huius predicamẽti cognitione (vt sequitur) nota.

Mõbile. i.

Quãtitas considerat dupliciter. scz.

In prima impositiõe. Et sic est entitas ẽm quã aliquid natũ est dici quantũ: vt logitudo: latitudo: superficies Et sic quãtitas est genus generalissimũ. Vel quãtitas sic describit. Est res diuisibilis i plures partes discretiue vel extẽsiue: per discretiue inuitur quantitas discreta: z per extensiue quantitas continua.

In secũda impositione: vt significat terminos de predicamẽto quãtitatis. Et sic per modũ significãdi illius predicamẽti quãtitas diffinitur.

Mõbile. ij.

Significare ẽn titatem.

¶ Modus significandi quãtitatis. Est terminus vniuocus incõplexus ſcans formaliter principaliter z vltimate quantitatẽ per modũ quãtitatis. Et ſcare quantitatẽ ꝙ modũ quãtitatis est ſcare aliquid notando ipsum esse mẽsurabile vel diuisibile in plura extẽsiue vel discretiue: vt est quilibet terminus multitudinẽ vel magnitudinẽ formaliter ſcans: vt linea ſcat rem esse diuisibilẽ: vel mensurabilẽ vna dimẽsione tm: scz longitudine.

Albedo nõ ſcat quantitatem.

Similiter ꝓatum ſcat rem mensurabilẽ duabus dimẽsionibus tm: scz longitudine z latitudine. Et albedo ſcat quidẽ quantitatẽ: qz multitudinẽ suoz graduũ sed non per modũ quãtitatis scz diuisibilitatis sed per modũ qualitatis in quantũ aliquid per eam denominat album. Et simili modo de terminis substantialibus z alioz predicamentoz dici potest.

Mõbile. iij.

Quantũ generaliter captũ est ꝓprium quesitiuũ illius predicamenti ꝑut indifferenter qrit de quãtitate ꝓtinua vl discreta. Et sic continet sub se quattuor signa qsitiua specialia: scz.

Quantũ specialiter: querit tm nõ aliter de quantitate ꝓtinua: vt quantũ est lignum. Respondetur pedale.

Quot querit nominaliter de quantitate discreta: vt quot sunt homines in foro. Respondetur tres quattuor. ꝛc.

Quante aduerbialiter de quãtitate continua querit vt quante excedit hoc lignũ aliud. Respondetur pedaliter. ꝛc.

Quotiens querit aduerbialiter de quantitate discreta: vt quotiens respondisti. Respondetur ter: quater. ꝛc.

Mõbile. iiij.

¶ Modus predicandi huius predicamẽti. Est predicari de prima substantia in quantum: quot: quante vel quotiens. Sed quis sit ordo terminoz huius predicamẽti z qui termini in hoc ponantur predicamento ex arboze z sequentibus videbitur.

¶ Modus ordinādi patet ex ſequēti arbore predicamenti quātitatis in qua Quātitas vt genus generaliſſimū ſuprēmū obtinet locum ⁊ diuidit̄ per duas ſpecies immediatas. Notabile. v.

Quantitas.

Magnitudo. Multitudo.

Linea. Superficies. Corpus. Duo. Tria. Quattuor.
vlna. pratum. cātarus. decem. viginti. centum.

Pro declaratiõe textus precedētis (vt ſequit̄) nota.

¶ Diffinitio quātitatis cōtinue ſic intelligit̄. Eſt cuius partes copulant̄ ad terminū cōem. i. de cuius ratiõe vt ſic eſt vt q̄libet eius pars quātificatiua copulet̄ cū qualibet altera ad aliquē terminū cōmunem qui ſit principiū vnius ⁊ finis alterius. Dicit̄ pars quātificatiua: quia ad eſſe magnitudinis nō requirit̄ partes eſſentiales nō quātificatiuas copulari q̄ illarum partiū nullus eſt terminus. Et per terminū cōem intelligit̄ in ꝓpoſito illud quod eſt finis duor̄ vel principiū vnius ⁊ finis alterius: hoc eſt ꝙ que aliqua adinuicem continuant̄: vt punctus eſt terminus cōmunis linee: ⁊ linea ſuperficiei: ⁊ ſuperficies corporis. Nōbile. vj. Per terminus cōem intelligit̄.

¶ Diffinitio quātitatis diſcrete. Eſt cuius partes non copulantur ad terminū cōmunem. Hec diffinitio ex precedēti diffinitione quātitatis continue patet.

Quātitatis diſcrete: due ſpēs in textu enumerant̄.

Numerus in textu diffinit̄. Et ſm Ariſt. decimo met haphi. Eſt vnitatū pluralitas: vnde ⁊ cōmentator iij. Phiſicor̄ vocat numerū vnitatum coaceruū. Et quia infinitis modis ptingit res numerari: ergo ſm hoc erunt ſpecies multitudinis tot quot ſunt nomina numeralia cardinalia: vt duo-tria-decē-centū-mille. ⁊c. Nōbile. vij.

Oratio in ꝓpoſito. Eſt multitudo vel mēſura dictionū vel ſillabarū debite coniunctarū. Differt aūt oratio a numero: q̄ numerus eſt mēſura diſcretor̄ ꝓmanentiū Oratio vero nō ꝓmanentiū. Et hoc principaliter de vocali oratiõe intelligendū de qua hic potiſſime agit̄.

Quātitatis continue enumerant̄ in textu ſpecies quinq; que ſequuntur.

¶ Linea. Eſt longitudo ſine latitudine ⁊ ꝓfunditate cuius extremitates ſunt duo puncta. Linea enim imaginarie cauſat̄ ex fluxu puncti in longum: vnde ⁊ longitudinē ſumit: ⁊ talis fluxus a pūcto incipit ⁊ in punctum terminat̄ ideo linee extremitates ſunt duo puncta. Nōbile. viij. Linea cauſat̄.

¶ Superficies. Eſt lōgitudo cū latitudine ſine ꝓfunditate cuius extremitates ſunt linee. Ratio hui⁹ eſt q̄ ſupficies cauſat̄ ex fluxu imaginario linee in latum: ergo ſupficies eſt longitudo cum latitudine: ⁊ q̄ ille fluxus incipit a linea ⁊ finitur in lineā: ideo extremitates eius ſunt linee. Supficies cauſatur.

Corpus causat.

¶ Corpus. Est longitudo cũ latitudine ⁊ ꝓfunditate cuius extremitates sunt superficies. Corpus enim imaginarie causat ex fluxu superficiei in profundũ: quicquid ergo trinam dicit dimensionẽ sub corpore cõtinetur: vt cantarus: piscina: modius. ⁊c.

Tẽpus cõnotat duo.

¶ Tempus. Est mẽsura motus scdm prius ⁊ posterius. Et sic substantiarũ duratiões tẽpore mensurant ideo tẽpus est quãtitas: ⁊ quia tẽporis partes copulant ad aliquẽ terminũ cõmunem scz presens idiuisibile ideo tẽpus est quantitas cõtinua. Et sic tẽpus ꝯnotat formaliter ꝯtinuationẽ vel successionẽ duratiõis partiũ motus. Alio modo tẽpus ꝯnotat formaliter numerũ vel rationẽ discretiuã anime qua nũerat motũ ꝑm prius ⁊ posterius ⁊ sic tẽpus est species quãtitatis discrete. Et ob dictos duos modos ꝯnotãdi tẽpus dicit terminus magis cõnotatiuus sicut tract. secũdo dictum est.

Locus capitur dupliciter.

¶ Locus capit dupliciter. Vno modo ꝓprie ⁊ formaliter: vt dicat respectũ ad locatũ. Et sic proprie est de predicamẽto relatiõis. Alio modo capit fundamẽtaliter vt importat superficiẽ corporis locantis ⁊ hoc modo ponit species quãtitatis continue cum sit a parte rei supficies: locutus est itaq; Arist. antiquoꝝ more: ꝓprie tñ loquẽdo locus non potest esse de predicamẽto quãtitatis: sed relationis: qꝛ vt antea est dictũ terminus nõ ratiõe materialis ꝑcati: sed formalis ponit in predicamẽto.

¶ Arguitur. Omne predicamentũ habet vnũ modũ predicandi de ꝑma substãtia: sed quãtitas nõ habet vnũ modũ predicãdi de ipsa: ꝗ quãtitas nõ est vnũ predicamentũ. ¶ Respõdet ꝯcedendo maiorẽ ⁊ negãdo minorẽ: qꝛ habet vnũ modũ predicãdi generalẽ: scz predicari in quantũ qui modus predicãdi generalis in alios modos predicãdi speciales diuidit.

# De ꝓprietatibus quãtitatis.

Prima ꝓprietas quãtitatis.

His visis est dicendũ de cõmunitatibus quãtitatis. Prima cõmunitas est quãtitati nihil est contrariũ: vt bicubito tricubito. vel supficiei nihil est ꝯtrariũ: qꝛ ꝯrietas primo inest q̃litatibus: nõ oĩbus/sed quibusdã. Quãtitas aũt nõ est qualitas: quare sequit ꝙ ꝯtrarietas nõ est ĩ quãtitate. Itẽ quãtitas nõ suscipt magis neq; minus: Nõ enĩ vna linea est magis linea q̃ alia: nec numerus ternarius est magis numerus q̃ binarius: ⁊ sic de alijs. Itẽ propriũ est quãtitati scdm eã equale vel inequale dici: vt vnus numerus est equalis vel inequalis alteri numero: ⁊ vnũ corpus est equale vel inequale alteri: ⁊ vna linea est equalis vel inequalis alteri linee:

Secũda ꝓprietas quãtitatis.

Tertia proprietas quãtitatis.

¶ Poſtq̄ auctor de quātitate determinauit ſm ſe ⁊ abſolute hic de ea determinat quantū ad eius tres ꝓprietates. Quaꝝ prima eſt. Q̄ quantitati nihil eſt contrariū: quia cōtraria ſunt forme actiue ⁊ paſſiue adinuicem. Sed quātitates nō ſunt forme actiue ⁊ paſſiue adinuicem: ergo quātitates nō ſunt cōtrarie: ꝓ quo (vt ſequitur) nota. Cōtinuatio.

Quātitati nihil eſſe contrariū intelligit dupl'r. ſ.

Per accidēs. Et ſic in quātitate reperit cōtrarietas: quia ſuperficies alba per accidēs cōtrariatur ſuperficiei nigre. Nōbile. j.

Per ſe accipiendo contrarietatē ꝓprie ꝓ cōtrarietate actiuitatis: ſic in quātitate nō eſt cōtrarietas ⁊ hoc vult preſens ꝓprietas.

¶ Quātitatis prime due ꝓprietates exponunt dupliciter: Realiter ⁊ logicaliter eo modo i predicamento ſubſtātie ſunt expoſite niſi vbi exponēdo alibi dicit: ſubſtātia: hic dicat quātitas. ⁊c. Et quātitas bene ſuſcipit maius ⁊ minus. i. maiorē vel minorē extenſionē: ſed quātitas nō ſuſcipit magis ⁊ minus. i. maiorē vel minorem intenſionē.

Tertia ꝓprietas quātitatis: dupliciter intelligit: ſcz.

Realiter ſic: ꝓprie ꝓpriū eſt quātitati ꝙ res ſm eam denominent equales vel inequales. Et hoc capiendo illos terminos equale ⁊ inequale ꝓprie.

Logicaliter ſic: ꝓprie ꝓpriū eſt terminis de predicamēto quātitatis ꝙ ſm eorum ſignificata formalia res dicunt equales vel inequales. Et quouis modo intellecta eſt ꝓpria quarto modo capiēdo equale ⁊ inequale ꝓprie (vnde vt ſequitur) nota. Tertie ꝓprietatis expoſitio.

Equale capit dupliciter: ſcz.

Improprie ſiue large: ꝓ quacūq; conuenientia aliquorum in aliquo: ⁊ ſic dicimus: ioannes ⁊ petrus equaliter ſunt homines: ⁊ equaliter ſunt albi: docti: magni. ⁊c. Nōbile. ij.

Proprie: ꝓ illo quod cōuenit cum alio in eadem quātitate ſpecifica: vt duo pedalia dicuntur equalia: ⁊ duo homines eque magni dicunt equales: quia equalitas tunc eſt rerū differentium eadem quātitas. ſ. in ſpecie nō in numero. Et ſic cepit philoſophus quinto metha. cū ponit differentiā inter illa tria. Eadem. equalia. ⁊ ſimilia. Inequale etiā dicitur ꝓprie ⁊ improprie: de quo per oppoſitū dicatur.

¶ Contra dictas ꝓprietates. Arguit primo ſic. Locus ſurſum ⁊ locus deorſum contrariant: cum ſub eodem genere maxime diſtent: ergo in quātitate eſt cōtrarietas. ¶ Arguit ſecūdo. Vna quātitas eſt maior alia: ergo quātitas ſuſcipit magis ⁊ minus. ¶ Arguitur tertio: ſm virtutem aliqui dicuntur equales vel inequales: ergo nō eſt ꝓpriū quantitati ſcōm eam equale vel inequale dici.

¶ Reſpondet ad primū: ꝓprietas loquitur de cōtrarietate actiuitatis vel ꝓprie dicta: argumentū vero tāgit cōtrarietatē improprie dictā: ideo contra ꝓpoſitū nihil cōcludit. ¶ Ad ſecundū dicit: ꝙ argumentū bene probat ꝙ quātitas ſuſcipit maius ⁊ minus nominaliter capiēdo: ſed nō ſuſcipit magis ⁊ minus adūbialiter. ¶ Ad tertiū dicit: ſm virtutē nō dicunt eq̄les vel inequales ꝓprie niſi improprie equale ⁊ inequale capiendo.

# Tractatus Tertius

## De predicamẽto adaliquid.

Diff. adaliquid. Adaliquid vero talia dicũtur quecũq; hoc ipsum quod sunt aliox dicuntur vel quomõlibet aliter ad aliud: vt duplũ dimidij duplum: ⁊ dimidiũ dupli dimidiũ: pater filij pater: filius patris filius: ⁊ maius minore maius: et minus maiore minus: vel sub habitudine alterius casus: vt similis simili similis: vicinus vicino vicinus. Relatiuorum tres sunt species: quedã dicunt scõm equiparantiã: vt quecunq; eodẽ nõie dicunt: vt similis simili similis: ⁊ equalis equali equalis: ⁊ vicinus vicino vicinus. Alia fm suprapositionẽ dicunt: vt duplũ triplum: quia ipsa supraponũtur alijs sicut dominus seruo supraponitur. Alia vero scõm suppositionẽ: vt seruus domino supponitur: ⁊ filius patri: ⁊ dimidiũ duplo.

Relatiox tres sunt species scz equiparãtie.

Suppositionis.

Suppositionis.

Cõtinuatio. ¶ Hic agitur de tertio predicamẽto quod adaliquid seu relatiõis predicamentũ vocatur: ⁊ cuius via perfectiõis qualitas excellat adaliquid: eo q; qualitas ens est absolutum: adaliquid vero respectiuũ: etiã multe relationes fundantur in qualitate: tamẽ Ps. Mis. Aristo. doctrinã imitando prius determinat de adaliquid q; de qualitate. Et in presenti textu auctor primo diffinit adaliquid: deinde tres enumerat relatiox species.

Nõbile. j. Adaliquid incõplexe (put est vnũ nomen neutri generis) capitur dupliciter.

- Uno modo in prima impositiõe. Et sic adaliquid est res respectiue se habens ad scipsam vel ad aliam rem vel ab alia re. Exemplũ primi: vt idem. Exemplũ secũdi: vt pater: dñs. Exemplũ tertij: vt differẽs: aliud diuersum Et hoc modo adaliquid est genus generalissimũ huius predicamenti.
- Alio modo in secũda impositione. Et sic significat terminos huius predicamẽti siue cox terminox coordinationẽ diuersam ab alijs nouem predicamẽtis vel coordinationibus. Et sic est in predicamẽto signi. Et diffinitur per modũ significãdi illius predicamẽti.

Notabile. ij. ¶ Modus significandi huius predicamenti sic exprimitur. Est terminus vniuocus incomplexus significans formaliter ⁊ principaliter respectum sufficientem per modum respectus. Et pro isto (vt sequitur) nota de duplici respectu.

Respectus est duplex. scz.

Sufficiēs. Est quē terminus ex primaria sua īpositiōe īportat ad se: vel ad aliā rem: vel ab alia re. Et iste respectꝰ dicit̄ intrinsecꝰ: ideo qꝛ stati innascit̄ positis extremis: vt posito patre ⁊ filio statim nascit̄ respectus paternitatis vel filiationis. Respectus insecus.

Insufficiēs. Est quē terminus ex primaria impositione nō īportat: sed qꝛ alias apte refert̄ ad aliud sub habitudīe genitiui casus vel alterius obliqui: vt sunt oīm alioꝝ predicamētoꝝ vocabula ⁊ specialiter vocabula vltimoꝝ sex predicamētoꝝ: vt homo est hūanitate hō: albū est albedine albū: actio est agētis actio. Et iste respectus vocat̄ extrinsecus: qꝛ nō statim nascit̄ positis extremis sed requirit̄ aliqua applicatio: vel elōgatio extremoꝝ adinuicē. Exemplū sicut est actio ⁊ passio. Nā posito igne ⁊ posita aqua nō statim sequit̄ ille respectus calefactio. Sed requiritur applicatio extrinseca ignis ad aquam. Et sic sex vltima predicamēta talem extrinsecū dicunt respectum. Nōbile. iij. Respectus extrinsecus.

¶ Modus predicandi huius predicamēti. Est predicari de prima substātia in eo quomodo habet se hoc ad hoc respectu sufficiēti ⁊ quicunqꝫ termini habēt modū ꝑcandi huius predicamēti ⁊ quibus propriū quesitiuum hic cōuenit predicantur sic de prima substātia. Nōbile. iiij.

¶ Propriū Quesitiuū huius predicamēti. Circūloquimur per hoc complexū. Quomō se habet hoc ad hoc respectiue respectu sufficiēti vnde oēs termini apte respōsiui ad hoc quesitiuū sūt in illo predicamēto: vt noīa ꝓportionū fundatarū in magnitudine ⁊ multitudīe sunt in predicamēto adaliqd: vt simplū-multiplex-duplū-dimidiū-triplū-quadruplū-eq̄le. Siliter cōparationū noīa ratiōe qualitatis: vt simile-dissimile-⁊ multa huiusmodi. Nōbile. v.

¶ Modus ordinandi adaliquid: patet ex arbore sequenti: ⁊ q̄uis adaliquid nō habeat essentiales species quibus immediate diuideretur ꝓpter vocabuloꝝ defectum. Quidā tñ circūloquuntur eas per refferri ad se: vel ad aliud: alij vero aliter: vnde talis ponitur arbor: vt sequit̄. Nōbile. vj.

Adaliquid.

| Equiparantie. | Disquiperātie. |
|---|---|
| vt idem: equale: simile. ⁊c. | vt pater: filius: dominus. ⁊c. |

¶ Pro declaratiōe textus precedētis nota (vt sequit̄.)

Relatiua sūt duplicia: quia quedā sunt relatiua.

Scd̄m dici. Sunt q̄ nō essencialiter ꝑcant respectum ad se vel aliud licet talia ꝯstruant̄ cum alijs sub habitudine alicuius obliqui casus. Et sic ꝯuenit quasi oībus predicamentis etiā substātie scd̄m Aristo. vt caput est capitati caput. Et talia relatiua dicunt̄ adaliquid large siue cōmuniter. Nōbile. vij.

Scd̄m esse. Sunt q̄ essencialiter ꝑcant respectū sufficientē ad se vel ad aliud: vt sunt illa q̄ ex primaria impositione significāt respectū sufficientē: vt pater: filius. ⁊c. Nam paternitas ꝑcat essencialiter dependentiā patris ad filium. Et illa relatiua dicūtur adaliquid stricte siue proprie.

Diff. declaratio ¶ Diffinitio adaliquid in textu posita intelligit sic. Adaliquid large dicunt talia. i. relativa fm dici: quecūq; i. que: hoc ipsum qđ sunt .i. fm suū significatū: aliox dicūtur. i. refferibilia sunt ad se: vel ad alios terminos sub habitudine genitivi casus: vel quōlibet aliter ad aliud. i. sub habitudine cuiuscūq; alterius obliqui casus. Exemplū de gtō: vt duplum dimidij duplū: de dativo similis simili similis: de actō maius ad minus maius: paruū ad magnū paruum: de ablativo vt nigrū negredine nigrū: ꝛ sic de similibus. Et hec diffinitio cōuenit etiā terminis omniū aliox predicamentox.

Nōbile. viij. Relatiox species tres in textu enumerātur: scz. Relativa.

Equiparātie: q̄ sunt synonyma cū suis correlativis: vt similis simili similis: amicus amico amicus per expositum dicunt relativa.

Disquiparātie que nō sunt synonyma cū suis correlativis: vt pater-filius-dominus-seruus.

Suprapositiōis sunt q̄ importāt superioritatē respectu scatox suoꝝ correlativox: vt dñs respectu serui.

Suppositiōis q̄ importāt inferioritatē respectu scatox suox correlativox: vt seruus respectu dñi: filius respectu patris.

¶ Cōtra dicta arguit. Adaliquid est complexū: ergo nō potest esse tertiū predicamentū. ¶ Respodet. Adaliquid vno modo est aggregatum ex prepositiōe ꝛ suo casuali. ꝛ sic est complexū ꝛ nō potest tunc esse tertium predicamentū. Alio modo capit vt sit vnū nomē neutri generis indeclinabile incomplexum ꝛ sic est tertiū predicamentū.

Prima ꝓprietas Relationis Post hec aūt sequūtur cōmunitates relationis. Prima est q̄ cōtrarietas inest relationi virtus est cōtraria vicio cum vtrūq; eox sit adaliquid: hoc aūt nō ꝓuenit omni relationi

Secūda ꝓprietas Relatiōis. duplo enī nihil est ꝓtrariū neq; triplo. Relativa suscipiunt magis ꝛ minus vt similis dicit magis ꝛ minus similis: ꝛ eq̄le magis ꝛ minus equale: hoc aūt non cōuenit oībus relativis duplum enim non dicitur magis neq; minus duplū: nec pater dicitur magis pater ꝛ minus pater.

Cōtinuatio. ¶ Hic agitur de accidentalibus illius predicamenti. scz de proprietatibus que sunt quattuor. Et in textu presenti auctor primas duas ꝓprietates ponit scz relativis inesse contrarietatem ꝛ relativa suscipere magis ꝛ minus: ꝛ hoc nullo modo est propriū adaliquid ꝓprie vel relativis scōm esse: sed solū conueniunt iste due ꝓprietates relativis fm dici: quibus sunt ꝓprie pmo modo.

Quō iste ꝓprietates due possit relatiōi ꝓuenire Vel potest dici q̄ iste due ꝓprietates ꝓueniant relationi nō per se ratiōe sue essentie in quantū importat respectū: sed per accidēs ꝛ fundamēraliter ita q̄ si fundamēta relativox non reciperēt contrarietatē: nec magis ꝛ minus neq; ipsa relativa. Et auctor in posito imitatur Aristo. in predicamēto adaliquid: qui dictas duas ꝓprietates adaliquid assignat nō fm opinionē ꝓpriā:

(vt Anto. Andree: ⁊ Fran. Maro. volunt) sed ſm opinionem Platonis. Et iste due proprietates exponūtur dupliciter de rebus ⁊ de terminis eo mō quo dictum est in alijs predicamentis.

Item relatiua dicuntur ad ꝯuertentiā: vt pater filij pater: filius patris filius. Item relatiua sunt simul natura: simul enī sunt duplū ⁊ dimidiū: pater ⁊ filius. Item relatiua posita se ponūt ⁊ perempta se perimūt: vt si duplum est: dimidiū est: ⁊ ecōtra: ⁊ si duplū nō est: dimidiū nō est: ⁊ econtra.

Tertia ꝓpetas Relationis. Quarta ꝓprietas relationis.

In presenti textu ponuntur due ꝓprietates adaliquid pro quibus (vt sequitur) nota.

¶ Dici ad ꝯuertentiā. Est vnū relatiuoꝝ referri ad se mediante obliq̄ sui correlatiui. Et sic a parte rei est vna ꝯsequētia subsistēdi cuius antecedēs ⁊ ꝯsequēs sunt ꝓpōnes de est secūdo adiacente. Vnde ꝓprietas exponit sic. Relatiua. s. ſm esse: dicunt ad ꝯuertentiā. i. nata sunt iferre seipsa mediātibus obliquis suoꝝ correlatiuoꝝ in bona ꝯsequētia subsistēdi: vt pater est: ergo pater filij pater est: dñs est: ergo dñs serui dñs est. ⁊c. Quid vero sit ꝯsequētia subsistēdi: vide primo tract. circa materiā naturalē. Et hec ꝓprietas est ꝓpria secūdo mō ad adaliqd ꝓprie sumptū vel ad relatiua ſm esse

Notabile. j.

Proprietas tertia exponit.

¶ Relatiua dicunt simul natura. Que se mutuo inferūt in bona ꝯsequentia subsistēdi sic ꝙ neutrū sit causa alterius: vt sic dñs ⁊ seruus Vel ſm Scotisantes. Relatiua dicunt simul natura. i. sil' actualiter existētia: hoc est si vnū est reliquū est: ita ꝙ ipossibile est patrē esse sine filio: ⁊ hoc capiēdo patrē ⁊ filiū formaliter ⁊ nō pro denoiato. Dicit enī Scot. vnā relationē disquirātie esse porē altera natura: sed simul q̄ ad existētiā: sunt itaq̄ simul natura: nā bene sequit: dñs est: ergo seruus est: vnde hec Quarta ꝓprietas sic exponitur. Relatiua. s. ſm esse: sunt simul natura. i. vnū infert aliud scz suū correlatiuū in bona ꝯsequētia subsistēdi sic ꝙ neutrū est causa alterius: ⁊ ecōuerso. Et hec ꝓprietas principaliter intelligit de relatiuis actualibus siue nō ampliatiuis: licet relatiua aptitudinalia: siue ampliatiua (vt sunt prius ⁊ posterius) etiam sint simul natura tamē oportet in his in cōsequente exprimere ampliationem. Et hec ꝓprietas est propria secūdo modo ad relatiua scdm esse. Ex illa ꝓprietate infert auctor ꝙ relatiua posita se ponūt ⁊ perempta se perimūt. i. relatiua sunt termini sic se habētes ꝙ si vnus vere ⁊ affirmatiue predicet de aliquo subiecto trāscendente alius etiam vere ⁊ affirmatiue de eodem subiecto predicabitur. Et si vnus vere negetur etiā alter: vt si aliquid est pater: aliquid est filius: si aliquid est dominus: aliquid est seruus. Et aliqui dicūt hoc esse quintam proprietatē adaliquid.

Nōbile. ij.

Sco. xxviij. dis. primi.

Quarta ꝓprietas exponit.

Q relatiua posita se ponūt ⁊ perempta. ⁊c. intelligitur.

¶ Cōtra dicta arguit primo. Homo ⁊ risibile dicunt ad cōuertentiā ⁊ tñ nō sunt relatiua: ergo dici ad ꝯuertentiā nō est ꝓpriū relatiuis ¶ Arguit secūdo. Non sequit. Scibile est: ergo illius scibilis sciētia est: quia multa sunt scibilia nondū scita: ergo relatiua non sunt simul natura.

¶ Respondetur ad primū. Negando antecedēs quia conuertentia non est passio nisi relatiuoꝝ ⁊ non hominis ⁊ risibilis quāuis dicatur bene esse termini conuertibiles: tamē conuertentia que est refferibilitas scōm mutuam dependentiā eis nō conuenit sed tantum relatiuis.

¶ Ad secundū dicitur q̄ in relatiuis ampliatiuis debeat exprimi ampliatio in consequēte vt sic. Scibile est: ergo illius scibilis scientia est vel potest esse: sic non stat antecedēs esse verum sine cōsequente.

Alia diffinitio relatiuoꝝ.

Item alia diffinitio relatiuorum talis est. Adaliquid sunt quibus hoc ipsum esse est ad aliud quodammodo se habere. Et hec diffinitio est propria relatiuoꝝ. Item propriū est relatiuorum q̄ si quis diffinitiue nouerit vnum relatiuoꝝ diffinite noscet ⁊ reliquū: vt si diffinitiue nouerit quid sit duplum diffinite noscet id cuius est duplum. Necesse est enim in vtrorumq̄ rationibus vtriſq̄ vti.

Scēa diffinitio adaligd ite Higiē

¶ In textu presenti ponit secūda diffinitio Adaliquid que sic intelligit. Adaliquid. s. ppie vel relatiua ſm esse sunt qbus: hoc ipm est esse ad aliud quodāmodo se habere. i. sunt relatiua q̄ essencialiter formaliter ⁊ principaliter importāt respectū sufficientē ad se vel aliud: vt pater filius: dñs seruꝰ. Dicit notāter quibus hoc ipsum est esse. ⁊c. per hoc excludunt termini aliorꝝ predicamentorꝝ qui essentialiter nō ſcant respectū sufficientē ⁊ intrinsecū. Et hec diffinitio conuenit tantū adaliquid proprie sumpto vel relatiuis ſm esse.

Cōr.

¶ Ex dicta diffinitione auctor infert Corolariū: qđ aliqui certā adaliquid ꝓprietatē esse dicūt. Si qs diffinite nosci vnū relatiuoꝝ facillime noscitur est ⁊ reliquū suū correlatiuū. Cuius ratio est q̄ totū esse relatiui est ad aliud se habere scz ad correlatiuū: ergo non potest cognosci illud relatiuū: nisi cognito illo ad quod refert: ergo si qs diffinite nouerit vnū correlatiuoꝝ diffinite noscet ⁊ reliquū. Et siue relatiuū diffiniat per suū correlatiuum siue p fundamentū quoniā vterq̄ diffiniēdi modus forsan sufficiens ⁊ bonus est: nec repugnat eiusdē esse plures diffinitiones accidētales: semper habita vna diffinitione relatiui faciliter cognoscitur ⁊ reliquū.

¶ Arguit primo. Caput nō est vere adaliquid: ⁊ tñ eius esse est quodāmodo se habere ad aliud scz ad capitatū: dicimus enī caput est capitati caput: ⁊ diffinitio dicta nō conuenit solū relatiuis ſm esse vt vere relatiuis.

¶ Arguit secūdo. Diuersa entia realiter distincta nō habēt simul cognosci sed relatiuū ⁊ correlatiua sūt diuersa entia realiter distincta: ergo nō possunt simul cognosci: ergo in ꝓprietate dicit incōuenienter. Si quis diffinite. ⁊c.

¶ Respondet ad primū. Concedit maiorē et distinguit minorē. Vel ſm esse ꝓprium principale ⁊ formale ⁊ sic negatur. vel ſm esse minus principale ⁊ sic conceditur: tūc negat cōsequentia. Caput enī ſm esse suum principale formale est absolutū: igit. ¶ Ad secundū dicit. Concedendo maiorem in absolutis ⁊ negando eam in respectiuis.

# De predicamento qualitatis.

Diffi. q̃litatis.

**Q**Ualitas eſt ſcõm quã quales eſſe dicimur: vt ſecundũ albedinem dicimur albi: ꝛ ſcõm iuſticiam iuſti.

Continuatio.

¶ Hic determinat auctor de quarto predicamento quod Qualitas dicitur: ꝛ primo quidẽ quo ad eius ſubſtantiã diffinicndo ipſam. Et eius enumerando ſpecies (vt ſequenti videbitur textu) ꝛ pro maiori huius predicamenti cognitione (vt ſequitur) nota.

Qualitas conſideraꝫ dupliciter. ſcz.

In prima impoſitione. Et ſic hic diffinit que diffinitio ſic intelligit. Qualitas ſcz realis: eſt entitas ſm quã res apte nate ſunt dici quales ſimpliciter vel ſm quid: vt qualitates intenſe que habẽt vltra mediũ latitudinis ſimpliciter denominãt. Remiſſe vero q̃litates ſm quid denominãt: ꝛ ſic omis qualitas denominat. Et illa qualitas eſt duplex: ſcz.

Eſſentialis. Eſt ipſa res met: vel pars ei⁹ eſſentialis que qualificat eſſentialiter ſe vel alĩ rem. Et ſic eis res mũdi eſt ſua qualitas: qz vt habeꝫ quarto metha. Dis res mũdi eſt ſua bonitas ꝛ veritas: ergo ſua qualitas.

Accidẽtalis. Eſt ſcõm quaz res denoiatur accidentaliter q̃lis. Et eſt duplex: ſcz.

Prima eſt q̃ cum obiectione cõtrarij ꝓducit ſibi ſimilẽ: vt ſũt q̃tuoz qualitates prime calid. frigi. hũi. ꝛ ſicc.

Mobile. j.

Secũda eſt que generaꝫ ex ꝓportione quatuoz qualitatum primarũ: vt albedo: nigredo.

In ſecũda impoſitione. Et ſic ſignificat terminos predicamẽti qualitatis. Et tũc eſt de predicamẽto ſigni. Sed in prima impoſitione qualitas eſt genus generaliſſimũ huius predicamenti. Et qualitas in ſecũda impoſitiõe diffinitur per modum ſignificãdi illius predicamenti.

¶ Modus ſignificandi huius predicamenti ſic exprimitur. Eſt terminus vniuocus incõplexus ſcans formaliter ꝛ principaliter qualitatem per modũ qualitatis. Dicit formaliter: quia licet ſimilitudo materialiter: vel fundamentaliter ſignificet qualitatẽ: hoc tamen non eſt formaliter: importat enim formaliter reſpectum.

Notabile. ij.

¶ Modus predicandi huius predicamẽti. Eſt predicari de prima ſubſtantia in eo q̃ quale: vt dicendo: hic homo eſt albus.

Notabile. iij.

¶ Proprium queſitiuum huius predicamẽti. Eſt hoc queſitiuum Quale capiendo quale proprie prout querit qualitatem iſtius predicamenti tantum: vt querendo qualis eſt petrus. Reſpondetur: eſt ſciens: bonus: malus. ꝛc̃.

Notabile. iiij.

Nōbile. v.

¶ Modus ordinandi huius predicamenti potest patere ex arbore sequenti que formari potest (vt sequit̄) ⁊ hoc tenēdo differentias essentiales. i. substātiales esse in hoc predicamento.

Qualitas.

- Essentialis. vt rationale: sensitiuum: corporeū: animatum.
- Accidentalis.
  - Insensibilis. vt prima species: ⁊ secunda.
  - Sensibilis. vt tertia species: ⁊ quarta.

¶ Contra dicta arguit̄. Predicamentū nō diffinit̄ cum nō habeat genus ⁊ differentiā: ergo male diffinit̄ qualitas. ¶ Respōdetur. Argumentū bene probat ꝙ predicamentū nō diffiniat̄ diffinitione pure quidditatiua: sed nō probat ꝙ nō diffiniatur aliqua descriptione.

# De speciebus qualitatis.

Prima species qualitatis.

Qualitatis q̄ttuor sunt species. Prima est habitus ⁊ dispositio. Differt aūt habit⁹ a dispositiōe: q̄r habitus ꝑmanētior est ⁊ diuturnior: vt sunt virtutes ⁊ sciētie. Sciētia enī difficillime est mobilis: nisi forte grādis permutatio fiat: vel ab egritudine vel ab aliquo huiusmodi circa scientem. Similiter de virtute: iusticia enī vel castitas nō cito de facili ꝑmutat̄. Dispositiones vero dicunt̄ q̄ de facili permutant̄: vt calor/frigiditas/egritudo/sanitas. Vnde habit⁹ possunt dici dispositiōes: ⁊ nō ecōuerso: illi enim qui habitū habēt quodammodo sunt dispositi: vel melius: vel peius ad ea que habent: dispositiōes autē nō sunt habitus. Vnde habitus potest sic diffiniri: habitus est qualitas difficillime mobilis.

Diffini. habit⁹.

Quid ꝑ speciē hic intelligat̄.

¶ Habita qualitatis diffinitione in textu sequit̄ de q̄ttuor q̄litatis speciebus: debet tñ species ibi capi large nō ꝓprie: ita ꝙ ꝑ speciē intelligat̄ mod⁹ intelligendo quattuor esse modos accidētales q̄litatis sumptos ex diūsis habitudinibus ad subiectū. Et nō possunt ꝓprie dici species q̄litatis cū impossibile sit duas species vnius generis predicari in abstracto de aliquo. Habitus vero ⁊ dispositio passio ⁊ passibilis q̄litas: predicant̄ de eodē puta colore vel sanitate. Vel dicat̄ ꝙ auctor (ad intentionē Aristotelis) in predicamēto qua-

litatis p quattuor illos modos circūloquatur species ipsius qualitatis: z primo in textu presenti circūloquitur duobus terminis primā speciem qualitatis cum ei nō sit simplex nomen impositum.

Habitus in ꝓposito est q̄litas pmanēs acq̄sita post p ductionē rei disponēs subiectū ad bene vel male operandū. Diffinitur hic tm̄ habitus acquisitus. Si vero generalē habitus diffinitionem habere cupis: obmitte clausulam. Acquisita post ꝓductionē rei tunc diffinitio etiam ad habitum infusum se extendit. Differt itaq; a dispositione habitus primo: quia qualitas est permanens non faciliter mobilis a subiecto. Secūdo: quia disponit ad bene vel male operandum perfecte.

Dif/ferūt.

Mobile. j.

Dispositio in ꝓposito z stricte vt distinguit contra habitum. Est qualitas facile mobilis a subiecto disponēs ipsum ad impfecte operandū bene vel male. Ex illa descriptione patet: dispositionē dupliciter ab habitū differre. zc̄.

In ista specie locā/tur multiplices termini: quoz f catū si est faciliter mobile continētur sub dispositiōe si difficulter tūc sub habitu.

Primo. Noia noticiaz: tam liberaliū: q̄ mechanicarū cū suis cōcretis: vt methaphisica mathematica-physica-grāmatica-logica-rethorica-sciētia-logicus-rethoricus-sartoz-sartozia-sutoz-sutozia-figulus-magister-doctoz-baccalaureꝰ.

Mobile. ij.

Secūdo. Noia virtutū z vitioz cū suis cōcretis: vt liberalitas-justicia-castitas-liberalis-justus-castus-auaritia-superbia-ebrietas-auarus superbus-ebrius.

¶ Arguit. Dispositio est superius ad habitū: ergo nō facit vnam speciē cum habitu. ¶ Respondet. Dispositio vno modo capit large pro oīni qualitate disponēte subiectū ad aliquid operandū sive perfecte sive imperfecte. Et sic est superius ad habitū: tamē in ꝓposito nō capitur sic. Alio modo dispositio capitur stricte (prout superius est dictū) z sic nō est superius ad habitum z per hoc patet ad argumentū.

Secūda speci�es qualitatis.

Secūda species q̄litatis est naturalis potētia vel impotētia aliquid facile faciēdi vel paciendi: vt sanatinus dicit qui habet naturalē potentiā: vt nihil ab aliquib⁹ accidētibus egritudinē inferētibus patiat. Et egrotatiuus dicit qui habet naturalē impotentiā aliqua paciendi: durū aūt dicit habere naturalē potentiā resistēdi sectioni. Et molle naturalem impotentiā quia cito secatur. Cursoꝛes enī et pugillatoꝛes dicunt simul de ista specie: nō quia exerceant actus suos sed quia habent naturalē potentiā hoc faciendi.

Pro ista specie qualitatis (vt sequitur) nota.

Nōbile. j.

Natu-
ralis.

Potentia. Est qualitas inexistens rei a natura per quā est potens ad exercendū suas operationes ⁊ ad resistendum cōtrarijs suis vt cursor dicitur qui naturalē ⁊ facilem habet potentiam ad currendum.

Impotentia. Est qualitas inexistens rei a natura per quā res est impotēs ad exercendū suas operationes ⁊ ad resistendū suis cōtrarijs: vt egrotatiui dicunt: qui habent naturalē impotentiā ad facile paciendū. i. ad sui lesionem.

Nōbile. ij.

¶ Nota ex intentiōe philosophi ꝓpter naturaliū ⁊ innatarum virtutū latentiā: illarū virtutū nō habemus semp ꝓpria noia ideo nominamus eas noibus virtutū acquisitarū cum addito vt naturalē dispositionem corporis ad temperantiā vocamus temperantiā naturalē. ⁊c.

Nōbile. iij.

In ista specie continentur multiplices termini.

Primo. Noīa sexuum: vt vir/mulier/masculus-femina.

Secūdo. Noīa complexionū ⁊ noia qualitatum cōcomitantiū cōplexiones: vt sanguineus-colericus-robustus-debilis-flebilis-durum-molle-gaudiū-tristicia-māsuetudo-ira-somnolentia.

Tertio. Noīa prime speciei sumpta cum illa determinatiōe naturali vel naturaliter: vt naturalis iustus naturalis fur: iusticia naturalis.

Quarto. Noīa significātia ꝓprietates substātiarum ⁊ noia ꝟcantia potētias aīe: vt risibile-flebile-ridibile-visus-auditus-vegetatiuū-sensitiuum-intellectiuū. Scotisantes tñ dicūt nec ꝓprias passiōes: nec anime potentias esse in qualitate cū formaliter aptitudinalē dicant respectū quē respectū aptitudinalē alij in substātia alij in relatione locant: vt risibilitas (ſm eos) nō est potētia sed respectus aptitudinalis ad risum.

¶ Arguit. Materia est potentia: ⁊ tñ nō est qualitas: ergo potentia nō est qualitas per cōsequens male assignatur pro secunda specie.

¶ Respondet q̄ materia sit potētia capiēdo potentiā ꝓ subiecto potēte in se recipere formā: sed materia nō est potētia prout in ꝓposito sumit potētia.

Tertia species qualitatis.

Tertia species qualitatis est passio ⁊ passibilis q̄litas: vt ille qualitates q̄ efficiūt in sensibus passiōes: vt in gustu dulcedo amaritudo ⁊ silia. Et etiā ille q̄litates sunt in hac specie que ab aliquib⁹ passiōibus generant: vt facile vel difficile mobilibus ⁊ pmanētibus siue enī nigredo ab aliq̄ passiōe naturali generet: siue ab egritudine vel ab estu q̄litas passibilis dicit.

¶ Pro iſta tertia ſpecie qualitatis nota vt ſequit.

Differunt dupliciter.

Paſſio. Eſt qualitas immutatiua ſenſus: vel a tali generata facile mobilis a ſubiecto: vt rubedo ex verecūdia in facie facta: ita gaudium-ira-triſticia-amor-odium-ꝛ alie qualitates ſenſibiles cito tranſeuntes. Et differt paſſio a paſſibili qualitate: primo quia paſſio cito trāſit: ſecūdo quia paſſio nō denoiat ſubiectum ſimpliciter ſed niſi pro certo tēpore. Notabile. j.

Paſſibilis qualitas. Eſt qualitas immutatiua ſenſus: vel a tali generata difficulter mobilis a ſubiecto: vt albedo: vel rubedo parietis: vel veſtis alicuius. Et differt a paſſione primo: quia paſſibilis qualitas importat qualitatem ſub eſſe permanenti. Secūdo quia denominat ſubiectum ſimpliciter. Ex his patet paſſionem ꝛ paſſibilem qualitatē differre eo modo ſicut diſpoſitionem ꝛ habitum.

In hac ſpecie locant multiplices termini quoꝝ ſcarum ſi eſt faciliter mobile a ſubiecto: cōtinent ſub paſſiōe: ſi vero difficulter eſt mobile a ſubiecto tunc ptinent ſub paſſibili qualitate ponūtur itaq; in iſta ſpecie.

Primo. Omēs termini ſcantes qualitates ꝓprias ſenſibiles ſenſu exteriori vel interiori: vt lux-album-ſonus-vox echo-ſapor-dulce-amarū-odor-calidum-frigidū. Ita ꝛ nomina ſcantia paſſiones interiores appetitus ſenſitiui: vt ira-inuidia-gaudium-letitia-timor-dolor-pallor-tremor-verecūdia-erubeſcentia. Mōbile. ij.

Secundo. Omnes ſpecies ſenſibiles ꝛ intelligibiles multiplicate ab obiectis.

¶ Arguit. Omne genus poteſt vere predicari de ſua ſpecie: ſed qualitas nō predicat vere de paſſiōe: ergo paſſio nō eſt ſpecies qualitatis minor patet ꝙ philoſophū dicentē in predicamēto qualitatis. Quare huiuſmodi paſſiōes dicunt ql̄tates vero minime. ¶ Reſpōdetur ꝙ philoſophus velit ꝙ paſſiones nō ſint qualitates. i. permanētes: ꝛ hoc eſt verum.

Quarta ſpecies qualitatis eſt forma ꝛ circa hoc aliquid cōſtans figura: vt diſpoſitio corporis: vt triāgulatio: quadrāgulatio/rotunditas/curuitas/rectitudo. Quarta ſpecies qualitatis.

¶ Quarta ſpecies qualitatis eſt forma ꝛ circa hoc aliqd ꝯſtans figura dicūt tamē ꝓbabiliter multi Ariſtotelē in predicamēto qualitatis pro eodē cepiſſe formā ꝛ figurā poteſt tamē inter ea (vt ſequitur) talis poni differentia. Mōbile. j.

Differunt.

Forma. Eſt qualitas cōſequens quantitatē diſcretam: vt paritas-habūdantia-defectio-diminutio-prout dicūt paſſiones numeri.

Figura. Eſt qualitas cōſequens immediate quātitatem continuā: vt ſunt oēs figure naturales ꝛ artificiales in rebꝰ vt rotunditas-circularitas. Mōbile. ij.

Notabile.iij. In hac specie locantur.

Primo. Oīa noīa ſcantia figuras naturales: ⁊ artificiales: vt rectū-rectitudo-curuū-curuitas-triangularē-ſphera ſphericum-rotundū-oblongum-orbiculare.

Secūdo. Oīa noīa ſignificātia res ab arte factas vt domus-menſa-ſcamnū-tunica ⁊ ſimilia-

Tertio. Oēs proprie paſſiones numeri ſub forma ponūtur: vt eſt-par-impar-habundās. ⁊c̄.

¶ Arguitur. Nullū principiū ſubſtātie eſt qualitas: ſed forma eſt principiū ſubſtātie: ergo forma nō eſt qualitas. ¶ Reſpondeť. Negādo ꝯſequētia qꝛ ibi cōmittiť fallacia equiuocatiōis: qꝛ in minori forma ſtat ꝓ forma ſubſtātiali in ꝯcluſione pro qualitate eo modo vt ſuperius dictū eſt.

Ad queſtionē. An tm̄ quattuor ſint qualitatis ſpecies ſequenti reſpondetur concluſione.

Cōcluſio. ¶ Preter dictas quattuor q̄litatis ſpecies plures ſunt ponende: illa cōcluſio probať: nam iſti termini formoſum-pulchrū-raucū-acutū ⁊ ſimiles ſcant q̄litates: vt notū eſt: quia apte etiam reſpōdentur ad queſitiuū Quale: ⁊ tñ in nulla dictarū ſpecierū locari poſſunt. Ita ⁊ de differētijs eſſentialibus argui pōt: ꝓpter hec ⁊ multa ꝓbabilia motiua que (breuitatis cauſa) omitto ponēde ſunt adhuc due ſpecies: nec hoc eſt cōtra Ariſto. qui teſtatur alias quoqꝫ eſſe qualitates: quas modo oēs enumerare neglexit.

Quinta ſpecies qualitatis. ¶ Quintā ſpeciem qualitatis circūloquimur hoc cōplexo. Qualitas qualificans ex alia qualitate immediate: ꝓpter vocabuloꝝ penuriā hec ſpecies nō habet nomē ſimplex ⁊ incomplexū. Et in iſta ſpecie ponūtur iſti tmini: formoſuz-pulchrū-difformis-turpis-vniforme-difforme-intēſum-remiſſum-acutū-graue-clarū-ꝓut attribuunť voci. Et generaliter oēs termini ſignificātes qualitates que qualificāt rem immediate ex alia qualitate.

Sexta ſpecies qualitatis. ¶ Sextam ſpeciem qualitatis circūloquimur hoc cōplexo. Qualitas eſſentialis. In hac ſpecie ponunť tantū differētie eſſentiales ſicut ſunt rationale-irrationale-ſenſitiuum-inſenſitiuum-corporeū-⁊ incorporeū: ⁊ alie differētie que ponuntur in arbore Porphiriana: tales enim differentie ſunt cōnotatiue eſſencialiter: ideo ⁊ in predicamento ſubſtātie locari nō poſſunt. Etiā differētie apte reſpondenť ad propriū queſitiuū huius predicamēti: vt habetur ex Porphirio in cap. de genere vbi dicit interrogādo qualis eſt homo: apte reſpondeť eſt rationalis: per cōſequens differentie ſunt in iſto predicamēto. Et q̄uis in hac materia ſint due ꝓbabiles opiniones poteſt tñ quis rationabiliter tenere diſtinctionē quā dat Franciſcus Maro. ⁊ illam.

Quō differentie eſſentiales pñt dici ſubſtantie: ⁊ quō qualitates. Differētia eſſentialis quantū ad eſſe eſt in genere ſubſtantie ſed quantum ad dici eſt in qualitate: ſic intelligēdo: differētia quantū ad id quod ꝓſt: eſt ſubſtātia: ⁊ ſic eſt Methaphiſice cōſiderationis. Sed differētia ſm modum predicandi non predicatur in quid ſed in quale. Et ſic quantū ad modū predicādi eſt qualitas ⁊ logice cōſiderationis.

Diffinitio q̄liuz Qualia vero dicunť que ſcdm hec denoīatiue dicuntur vel quomodolibet aliter ab his: vt a grammatica grāmaticus: a

iustícia iustus. Vel que dicuñ ab aliqua qualitate nō denominatiue eo quod nomē nō est impositū ipsi q̄litati: vt cursor z pugillator. Et nota q̄ cursor et pugillator dicuñ dupliciter. Uno modo dicuñ cursor z pugillator ab arte currendi z pugillandi: z sic sunt in p̄ma specie qualitatis: quia iste artes sunt habitus. Alio modo dicitur cursor nō q̄ habeat artem currēdi. Sed quia habet naturalē potentiā ad currendū. Et pugillator nō q̄ habeat artē pugillādi: sed q̄ habet naturalē potentiā ad actū pugnandi. Et isto modo dicuñ qualia ab istis naturalibus potētijs: sed nō denoiatiue eo q̄ noia nō sunt imposita istis naturalibus potentijs a quibus dicuñ qualia. Et sic cursor z pugillator sunt in secunda specie qualitatis. Alia aūt dicuñ qualia nō denoiatiue quādo nomen est impositū qualitati fm quā dicit quale sed eam non participant scōm illud nomen: vt studiosus a virtute: et sic sunt tres modi sumendi quale a qualitate. Est autem contrarietas in qualitate: vt albedo cōtrariatur nigredini: iusticia iniusticie: hoc aūt nō est p̄prium qualitati: quia nō cōuenit omni qualitati. Figura enī nō habet aliq̄ contrariū: neq; aliquis medius color: vt rubedo: albedo. Et sciendū q̄ si vnū cōtrariorū fuerit quale: reliquū erit quale: vt iusticia est qualitas: ergo iniusticia: iustū est quale: ergo iniustū. Item qualitas suscipit magis z minus: dicitur enī iustus magis z minus iustus: z albus: z grāmaticus. sed hoc non est p̄priū qualitati: quia quadratū nō suscipit magis neq; minus: neq; circulus: neq; quadrangulatio: neq; circu-

Cursor z pugillatores capiuñ dupliciter.

Prima p̄prietas qualitatis.

Secūda p̄prietas qualitatis.

Tertia proprietas qualitatis.

latio. Item proprium est qualitati secm eam simile vel dissimile dici: vt albus albo similis dicitur: et iustus iusto: albus autem nigro dissimilis dicitur.

Continuatio. ¶ Postq auctor determinauit de Qualitate in abstracto z de essencialibus eius. Hic consequenter determinat de ea in concreto z de accidentalibus eius. Primo itaq diffinit qualia z duplicia inuit esse qlia: deinde tres qlitatis pprietates enumerat. Et pro textu presenti (vt sequitur) nota.

Diffi. expositio. ¶ Diffinitio Qualiū sic est intelligenda. Qualia. s. sunt pcreata: que fm hec. i. fm has qualitates: dicunt. s. denoiatiue scz voce z significatione simul. Vel quomōlibet aliter ab his. i. fm alias qualitates tm̄ fcatōc. Et auctor in textu duplicia inuit Qualia.

Mōbile. j. Qualia (vt inuitur in textu) sunt duplicia quia.

- Quoddā quale est denominatiuū a suo abstracto voce z significatiōe simul: vt candidus a candore: grāmaticus a grāmatica.
- Quoddā est quale denominatiuū a suo abstracto fm fcationem tm̄ z nō voce: vt studiosus a virtute: sit z hoc qñ illi qualitati nō est nomē impositū: vt cursor z pugilator: prout ambo sunt in secunda specie qualitatis.

## Pro proprietatibus tribus qualitatis nota.

Mōbile. ij. ¶ Prime due pprietates Qualitatis exponūtur dupliciter Realiter z logicaliter eo modo sicut dictū est in predicamēto substātie z qualitatis. Et iste due pprietates exposite de rebus sunt pprie primo modo qualitati reali. Sed exposite de terminis nō sunt pprie aliquo modo.

¶ Tertia pprietas Qualitatis sic exponit: z proprie tm̄ de rebus: proprium est qualitati. s. reali: fm eam simile vel dissimile dici. i. q res fm eam denoientur similes vel dissimiles capiēdo simile z dissimile pprie pro quo nota (vt sequitur.).

Mōbile. iij. Simile z dissimile capiunt dupliciter: scz.

- Impropric. Simile est oīs res que cōuenit cum aliqua alia re in aliquo: nō curādo an in substātia: quātitate: aut qualitate. Et dissimile per oppositum.
- Proprie. Simile est qđ cōuenit cum alio in vna qualitate specifica: vt duo alba: dissimile per oppositū dicitur: vt album z nigrum sunt dissimilia.

¶ Contra dicta arguit primo. In predicamēto quātitatis nō est determinatū de denoiatiuo eius: ergo z hic non debet determinari de denoiatiuis qualitatis. ¶ Secūdo. Cōtraria sunt in eodē genere: sed qualitas nō est in genere: cū sit p se genus generalissimū: q̄ qlitati nihil est ōrium. ¶ Tertio. Aliqua qualitas mouet de impfecto ad perfectū: sed motus fit de cōtrario in contrariū. Et cum idem nō contrarietur sibipsi sequit: q istī gradus individuales varient speciē vel q eadem qualitas nō suscipit magis z min9. ¶ Quarto. Secm humanitatē dicimur similes: tamē humanitas nō est qualitas: ergo tertia proprietas male assignata.

¶ Respondet ad primū. Oīa denoīatiua quantitatis semp dicunt denoīatiue a quātitate: ⁊ ideo de illis nō determinauit auctor nr̄. Sed q̄lia nō semp dicunt denoīatiue a qualitatib⁹ ⁊ ideo ad ipsorū multiplicitatē ostendendā de his hic determinat. ¶ Ad secundū. Licet qualitas in cōmuni nō ponat in genere: nec habeat ꝯtrariū: tamē aliqua q̄litas sub illa cōtenta habet contrariū ⁊ ipsa cum suo contrario opposito ponitur sub eodē genere. ¶ Ad tertiū. Dicit ꝙ idē mouet de impfecta qualitate ad pfectā tamē pfecta qualitas ⁊ imperfecta sunt eiusdem speciei ⁊ habent eandem essentiam: ideo nō est incōueniens ꝙ idem moueat ad aliquid magis perfectū in eadē specie ¶ Ad quartū. Licet ſm humanitatē dicimur similes capiendo similitudinē impropriе nō tñ dicimur ſm humanitatē similes capiēdo filitudinē ꝓprie.

# De predicamēto Actionis.

Actio est ſm quā in id quod subijcit agere dicimur: vt secās aliquis dicit agere in eo ꝙ secat. Vnde sectio est actio: ⁊ scdm sectionē agit secans in id qd secat: ⁊ pcussio est actio. Propriū actionis est ex se inferre passionē. Recipiūt aūt agere ⁊ pati contrarietatē. Calefacere enī est cōtrariū ei quod est frigefacere ⁊ calefieri huic quod est frigefieri: ⁊ delectari est ꝯtrariū ei qd est tristari. Recipiūt agere ⁊ pati magis ⁊ minus. Calefacere enī magis ⁊ minus dicit: ⁊ calefieri dicitur magis ⁊ minus: ⁊ similiter delectari ⁊ tristari.

Diffi. Actionis

Prima ꝓprietas actionis.

Scda ꝓprietas actiōis ⁊ passionis.

Tertia ꝓprietas actiōis ⁊ pass.

¶ Postq̄ auctor determinauit de quattuor ꝑmis predicamētis q̄ sunt alijs pfectiora ⁊ aliqua maiori cōsideratione egere videbant: hic ꝯsequēter determinare incipit de sex vltimis predicamētis ⁊ ꝑmo quidē de actiōe diffiniēs eā ⁊ tres eius enumerādo ꝓprietates quarū prima ꝓpria est actioni. Vltime vero due cōmunes sunt actioni ⁊ passioni: vnde (vt sequitur) nota.

Cōtinuatio.

Actio accipit dupliciter: scz.

In prima impositiōe. Et sic in textu diffinit q̄ diffinitio sic intelligit. Actio. s. phisicalis est. s. dispositio: ſm quā in id qd subicit. i. in passum. s. nos agētes agere dicimur: vt ignis scdm calefactionē dicit agere in aquā. Et hoc mō actio est gen⁹ generalissimū huius predicamēti. Et actio in ꝓposito (vt dicit) pōt capi valde large pro illa dispositiōe q̄ denoīat ipm agēs agere: vel accipit ꝓ ipso agēte. Et sic oīs res mūdi pōt dici actio. i. pōt ſcari per verbū actiuū vt est diligo viuo. ⁊c̄. Vel actio (vt rōnabiliter dr̄) Est respectus agētis ad passuz: ⁊ talis respect⁹ nō est in relatiōe cū sit extrinsecus insufficiēs: vt in predicamēto relatiōis dictū est.

Diffinitio actionis intelligit.

Nōbile. j.

Oīs res mundi pōt dici actio.

Tatar. in p̄dicamētis xxxiij. H

In secūda impositiōe: ꝓ terminis huius predicamēti. Et sic notificat per modū ſcandi illius predicamēti.

Nōbile.ij. ¶ Modus ſcandi huius p̄dicamēti. Eſt terminus vniuocus incōplexus ſcans formaliter principaliter actionē per modū actiōis: hoc eſt (vt alij dicunt) reſpectū agentis ad paſſum.

Nōbile. iij. ¶ Modus p̄dicandi. Eſt p̄dicari de p̄ma ſubſtantia in quid agit: vt ioannes legit: petrus diſputat.

Nōbile. iiij. ¶ Queſitiuum illius p̄dicamenti. Eſt hoc cōplexum quid agit: abſolutē do agit a tpe ⁊ modo: vt indifferēter valet agit agebat egit egerat ⁊ aget. Et quicūq; termini apte reſpōdentur ad hoc queſitiuū ſunt in illo p̄dicamēto: vt quid agit ioannes. Reſpondet: ſtudet: legit: diſputat. ⁊c̄.

Nōbile. v. ¶ Modus ordinādi actionis p̄fecte haberi nō poteſt cū nō habeat ſpecies īmediatas actu impoſitas poſſunt tñ eius ſpecies circūloqui ⁊ formari arbor vt ſequit.

Actio.

| Simpliciter. | Scōm quid. |
| --- | --- |
| Eſt actio ad ſubſtātiam: vt generatio: corruptio. ⁊c̄. | Eſt actio ad aliqd accidēs: vt alteratio: calefactio. ⁊c̄. |

Nōbile. vi. P̄ma p̄prietas actionis exponitur dupliciter: ſcz.

Realiter: p̄priū eſt actioni ex ſe inferre paſſionem. i. ad agēs reale ſequit realis paſſio: ſicut ad ignē calefacientē ſequitur calefactio.

Logicaliter: p̄prium eſt actioni ex ſe inferre paſſionē. i. terminus ſcans actionē natus eſt in bona cōſequētia inferre terminū de p̄dicamēto paſſiōis: vt ignis calefacit aquā: ergo aqua calefit ab igne.

Nōbile. vij. ¶ Preſens p̄prietas eſt p̄pria primo modo reſpectu actionis in ſecūda impoſitione: quia conuenit ſolis terminis actionis ex ſe inferre paſſionem: ſed nō oībus: quia non ſequitur aliquid ſcandalizat: ergo aliquid ſcādalizatur: quia iudei ſcādalizabant Chriſtū: tamē Chriſtus nō ſcandalizabatur. Et in hac p̄prietate fundatur logicalis Regula hec. Argumentum a verbo actiuo ad paſſiuū: ⁊ econtra eſt bonum. Et hoc ſi a parte p̄dicati nihil ponatur p̄ter verbū actiuū vel paſſiuum. Vel in tali cōſequentia mutetur rectus in obliquū vel econuerſo: vt bene ſequit: ioannes amat deum ergo deus amatur a ioanne. Et preſens regula non tenet in dicto verbo ſcādalizo. ⁊c̄. alias in paucis datur inſtantia.

Regula.

Nōbile. viij. ¶ Due vltime p̄prietates exponunt de rebus ⁊ de terminis eodem modo ſicut in alijs p̄dicamētis. Et qualitercūq; expoſite non ſunt p̄prie aliquo modo actioni ⁊ paſſioni in cōmuni niſi per accidēs ſunt p̄prie ſecūdo modo actioni ⁊ paſſioni que fundant ſuper qualitate habēte contrarium: ⁊ ſuſcipiēte magis ⁊ minus: vt calefacere ⁊ frigefacere in actione ſunt p̄traria: ⁊ ſuſcipiūt magis ⁊ minus: ⁊ calefieri ⁊ frigefieri in paſſione.

¶ Contra p̄dicta arguit. Actio ⁊ paſſio cōueniunt in genere ſcōm philoſophū primo de generatione: ergo nō ſunt generaliſſima. ¶ Reſpōdetur. Concedēdo q̄ actio ⁊ paſſio cōueniant in genere phiſico: ſcz in materia: non tamen conueniūt in genere logico.

# De predicamēto Passionis.

Passio est effectus illatioq; actiōis: vt calefieri infertur ex calefacere ⁊ efficitur. Propriū autem passionis est primo inferri ex actione. Item passio non est in agente: sed in paciente: de reliquis vero que prius dicta sunt modo sufficiant: que sequūtur de alijs quattuor predicamentis non sunt data a Petro Hispano. Diff. Passiōis. Proprietas passionis.

¶ Hic agitur de sexto predicamēto scz de passione: et auctor primo diffinit passionē: deinde preter dictas duas ꝓprietates cōmunes actiōi ⁊ passioni hic tertiā passionis proprietatē assignat. Et pro his (vt sequit̄) nota. Cōtinuatio.

Passio ꝯsiderat̄ dupliciter: scz.

In prima impositiōe. Et sic in textu diffinit̄ q̄ diffinitio sic intelligit̄. Passio. s. realis est effectus illatioq; actiōis. i. cōsequens necessario actionē. Et sic passio ꝓut est genus generalissimū est motus q recipit̄ in passuz vel est res patiēs: ⁊ veterista accipit concretū ꝓ abstracto ⁊ ecōuerso: ideo oīs res mūdi patiens est passio: oīs eni res mundi amatur: diligitur: ad minus a seipso: ⁊ sic quicquid per verbum passiuum significatur est passio. Vel (vt alij rōnabiliter dicūt.) Passio predicamentū nō est nisi respectus patientis ad agens. Diffinitio passionis intelligit̄. Nōbile. j. Oīs res mūdi pōt ꝓcari ꝑ pas. Tatar. in p̄dicamētis. xxxiij H

In secūda impositiōe: pro terminis passionis. Et sic notificat̄ per modū ꝓcandi predicamēti passionis.

¶ Modus significandi passionis sic exprimitur. Est terminus vniuocus incōplexus significās formaliter ⁊ principaliter passionē per modū passionis. i. (scd̄m alios) respectū patientis ad agens. Nōbile. ij.

¶ Modus predicandi. Est p̄dicari de prima substātia in eo quod patitur: vt ioannes amatur: petrus honoratur. Nōbile. iij.

¶ Quesitiuū. Est quid patitur absoluēdo terminū patitur a tempore ⁊ modo. Vnde omne illud quod cōuenienter respōdetur ad quid patitur est locabile in illo predicamento: vt querendo quid patitur ioannes. Respondetur docetur: amatur. ⁊c̄. Nōbile. iiij.

¶ Modus ordinandi potest haberi circūloquendo species immediatas huius predicamēti formādo arborem (vt sequit̄.) Nōbile. v.

Passio.

Simpliciter.
Est effectus agentis simpliciter. Et dicit̄ passio a substantia: vt generatum: corruptum.

Scd̄m Quid.
Est effectus agentis ꝓm Quid: Et dicitur passio ab accidente: vt alteratum: intensum: remissum. ⁊c̄.

Nõbile. vj. Vltime due ꝓprietates passionis (de qbus in predicamẽto actionis dictũ est) exponũtur: vt ibidẽ habetur. Sed ꝑma ꝓprietas passionis exponitur dupliciter: scz.

Realiter: propriuz est passioni primo inferri ex actione. i. ad agens reale sequit̃ realis passio: vt calefactio producit̃ ab igne.

Logicaliter: ꝓpriuz est passioni primo inferri: ex actiõe. i. terminus ꝑcans passionẽ per modũ passiõis natus est iferri in bona ꝯsequẽtia a termino predicamenti actionis vt bene sequit̃: aliqd docet: ergo aliquid docet̃: de hoc regula in predicamẽto actionis videatur.

Nõbile. vij. ¶ Hec proprietas est propria secũdo modo respectu passionis: quia ꝯuenit solis terminis passiõis inferri ex actione: sed sed nõ oibus quia non sequitur: aliquid scandalisatur: ergo aliquid scandalizat: quia iudei sunt scandalizati ex Christi operibus: ipse tñ nõ scandalizauit.

¶ Contra dicta arguitur. Effectus ⁊ illatio idem sunt: ergo vnum illorum superflue ponitur in diffinitione passionis.

¶ Respõdetur. Qz nõ sunt idem cõuertibiliter: vel dicit̃ ꝙ illa cõiunctio ꝙ teneat̃ expositiue: ita vt sit sensus passio est effectus ꝙ idest illatio actionis.

# De predicamento quãdo.

Diffinitio qñ. Quando est qđ ex adiacẽtia tẽporis in re tẽporali derelinquitur: vt hodie esse: cras fore. Item duplex est qñ: scilicet simplex ⁊ compositũ sicut duplex est tẽpus. Itẽ tres sunt ꝓprietates quãdo. Prima est quãdo nõ suscipit magis neqꝫ minus. Secũda est ꝙ quando nihil est contrariũ. Tertia est ꝙ quãdo est in om̃i illo quod incipit esse in tẽpore.

Tres ꝓprietates Quãdo.

Continuatio. ¶ De predicamẽto septimo qđ vocat̃ predicamentũ Quãdo hic agitur: ⁊ in textu p̃senti diffinit̃ quãdo: deinde tres eius assignant̃ ꝓprietates. Aduerte tñ textũ presentẽ ⁊ sequentẽ in alijs trib⁹ vltimis predicamẽtis nõ esse ipsi⁹ Pe. His. sed ponit̃ ad intentionẽ Bilberti Porretani auctoris sex principioꝝ qui in suis dictis nõ omnino est tenẽdus: vnde (vt sequit̃) nota.

Nõbile. j. Quãdo cõsiderat̃ dupliciter scz. In prima impositiõe capit̃ dupliciter: scz.

Sincathegorematice ⁊ q̃sitiue. Et sic est ꝓpriũ quesitiuũ hui⁹ predicamẽti q̃rens oẽm circũstantiã tꝑalem. Et quicquid apte respondet̃ ad Qñ est in illo predicamẽto: vt quando venit ioannes. Respondet̃ heri: hodie. ⁊c̃.

Tatar. in p̃dicamẽtis xxxiiij. A

Cathegorematice. Et materialiter ꝑcat tẽpus vel rem in tꝑe existentem ⁊ formaliter p̃cipaliter ⁊ essentialiter ĩportat tẽpus ꝑ modũ distãtie vel indistãtie. Vel potest dici Qñ predicamentũ nõ est nisi respectus extrinsecus tꝑis ad rem tꝑalem: vel rei tꝑalis ad ipsum tẽpus: ex hoc

patet duplex esse Qñ.s.actiuū ⁊ passiuū. Actiuū designat ꝑ primā clausulā. Passiuū ꝑ secundā. Et sic est genus generalissimū huius predicamēti siue capiat aduerbialiter vel noialiter (vt alij dicūt). Et hoc modo diffinitur in textu.

In secūda impositione significat terminos de predicamēto quando qui de formali significato significāt tēpus per modum distātie vel indistantie.

¶ Quādo in textu diffinit ad intentionē auctoris sex principioꝝ qui incōuenienter posuit. Quādo distingui a tpe ⁊ a rebus existētib⁹ in tēpore qd tñ nō est verū: nec illa diffinitio vniūsaliter valet. In re enī tēporali ex adiacētia tēporis relinquit seniū-vetustas-nouitas- que significant nō per presens predicamentū: sed per secundā speciē qualitatis. Et sic patet ꝙ non sit diffinitio nisi quedam notificatio: ex sententia dicte opinionis. Deinde in textu auctor duplex ponit quādo quēadmodū duplex est tempus. Est enī tēpus simplex ipm nūc indiuisibile: quod mēsurat actionē simpliciter .i. in instāti. Est etiā tēpus cōpositū qd mēsurat actionē cōpositā i. successiuā Nōbile.ij.

¶ Modus significādi quādo. Est significare formaliter et principaliter tēpus per modū distātie vel indistātie a pñti vel ab alio tēpore nobis noto. Vel potest dici: est ꝓcare formaliter principaliter respectū extrinsecum tēporis ad rem tēporalem vel rei tēporalis ad ipsum tēpus. Notabile.iij.

¶ Modus predicādi quādo. Est predicari de prima substātia in eo quod quādo: vt ioannes venit heri: ioannes veniet hodie. Notabile.iiij.

¶ Modus ordinādi quādo: patet ex coordinatione terminoꝝ huius predicamēti. Et possum⁹ circūloqui duas imediatas species predicamēti qñ vt sequēti videbit arbore ꝑ hec duo vocabula nūc ⁊ aliquādo. Notabile.v.

Quando.

| Nunc. | Aliquādo. |
|---|---|
| Significat tēpus per modum indistātie a presenti tēpore: vt hodie: iam: in die: in hora: in septimana. ⁊c. | Significat tempus per modum distantie a presenti tempore: vt heri: cras: ante annū: post mensem: ante omne tempus: ante secula: in eternū. |

¶ Proprietates predicamēti quādo prime due intelligant sicut in alijs predicamētis. Sed tertia ꝓprietas logicaliter sic intelligit. Qñ est in om̄i illo qd incipit esse in tēpore. i. termini de predicamēto quādo significant formaliter principaliter tēpus per modū distātie vel indistātie. Nōbile.vj.

¶ Contra dicta arguit. Nullū sincathegorema est predicamentū sed Quādo est sincathegorema: igit. ¶ Respondet. Quādo non est predicamentū inquantū est sincathegorema sed cathegorematice ipsum capiendo vt superius est dictum.

# De predicamēto Vbi.

Vbi est circūscriptio corporis locati a loci circūscriptione procedēs: vt in ecclesia esse: in foro esse. Et diuidit Diffinitio Vbi.

vbi: quia quoddam est vbi simplex: ⁊ est illud quod a simplici loco procedit vt est locus punctoꝝ. Et quoddã est vbi compositum ⁊ est illud quod a loco cõposito procedit. Proprietates vbi sunt due. Prima est ꝙ vbi nihil est cõtrarium. Secunda est ꝙ vbi nõ suscipit magis neq; minus: hoc est ꝙ vbi nõ suscipit intensionẽ nec remissionem.

Due ꝓprietates vbi.

Cõtinuatio. ¶ Hic agitur de octauo predicamẽto quod vocatur predicamentũ Vbi. Et in presenti textu ad intentionẽ auctoris sex principioꝝ. Primo diffinit Vbi ⁊ diuiditur vbi in simplex ⁊ compositũ: deinde due eius proprietates enumerantur: vnde (vt sequitur) nota.

Notabile. j. Vbi contingit dupliciter; scz.

In prima impositione: et hoc dupliciter: scz.

Sincathegorematice. Et quesitiue ⁊ sic est quesitiuũ generale huius predicamẽti querẽs circũstantiam in loco.

Cathegorematice. Et sic de materiali ꝼcato ꝼcat locũ ⁊ de formali cõnotat eundem locum per modus distãtie vel indistãtie. Vel ꝼm alios. Vbi predicamentũ nõ est nisi respectus extrinsec⁹ loci ad rem locatã: vel rei locate ad ipm locũ. Et ex hoc patet duplex esse Vbi. ſ. actiuũ ⁊ passiuum. Actiuũ designaꝛ per primã clausulã. Passiuũ ꝑ secundam. Et hoc mõ est gen⁹ generalissimũ huius ꝑdicamenti.

In secunda impositione significat terminos de predicamento Vbi qui de formali significãt locum per modũ distantie vel indistantie.

Möbile. ij. ¶ Diffinitio Vbi in textu predicto posita est de mẽte Bilberti Porre. qui dicebat Vbi nõ esse locus: sed quoddã accidẽs quod relinquitur in re locata ex hoc ꝙ locus circundat locatum ⁊ illud accidens ꝼm cũ nõ est locus nec locatum: sed est distinctũ ab ambobus: dictus tamẽ Bilbertus auctor sex principioꝝ in hoc nõ tenetur: peccatum est enim fieri per plura que possunt fieri per pauciora: sed oia possunt saluari dicẽdo: vbi realiter esse locum vel ens in loco: potest tamẽ diffinitio Vbi sic intelligi. Vbi est dispositio derelicta in re locata ex adiacẽtia loci circa rem. Et scõm illam dispositionem aliquid dicit esse in loco. Est tamẽ aduertendum vt habetur in textu duplex esse Vbi: scz simplex quod scz correspõdet alicui indiuisibili. Compositum vero quod causatur a loco cõposito. Tamen hec Bilberti Porretani opinio ꝼm quã presens ponitur distinctio est insufficiẽs: ergo neq; illa distinctio ipsius Vbi curanda.

Diffinitio Vbi intelligiꝫ.

Duplex est Vbi

Möbile. iij. ¶ Modus significãdi Vbi. Est significare formaliter principaliter locũ per modũ distãtie vel indistãtie a presenti loco vel ab alio loco nobis noto. Vel potest dici. Est ꝼcare formaliter principaliter respectũ extrinsecum loci ad rem locatã vel rei locate ad ipsum locum.

¶ Modus predicandi Vbi. Eſt predicari de prima ſubſtãtia in eo quod Vbi: vt Ioannes eſt in domo: in foro. ꝛc. Nõbile. iiij.

Queſitiuum huius predicamẽti ẽ duplex ſcz.

Generale. Eſt vbi generaliter et queſitiue ſincathegorematice captum.

Speciale. Et ſunt quatuor adũbialia queſitiua: ſcz.

Quo. Eſt queſitiuũ ad locũ: cui reſpõdetur per aduerbia ſignificãtia ad locuz: vt huc intro: foras: vſq; nuſq;. ꝛc. Nõbile. v.

Qua. Eſt queſitiuũ p locũ: cui rñdet per aduerbia p locũ: vt hac illac iſtac. ꝛc.

Vbi. Prope ꝛ ſpecialiter q̃rit habitudinem rei in loco: cui rñdetur p adũbia ſcãtia in loco: vt hic iſtic intus foris ibi ibidẽ. ꝛc.

Vnde. Queſitiuũ de loco. Cui rñdet p aduerbia de loco: vt hinc illinc iſtinc. ꝛc.

¶ Modus ordinãdi Vbi: poteſt haberi circũſcribendo duas eius ſpecies immediatas: vt ſequẽti patet arboꝛe. Nõbile. vj.

Vbi.

Hic. debet ſignificare oẽm locũ p modũ indiſtãtie: vt in domo: in foro. ꝛc.

Alibi. debet ſcare oẽm locum p modũ diſtãtie: vt ante edes: circa forum: extra celũ: poſt decẽ miliaria. ꝛc.

¶ Proprietates predicamẽti Vbi: exponũt realiter: ꝛ logicaliter eo modo: quo in alijs predicamẽtis ſunt expoſite.

¶ Arguit ſubſtãtie imateriales ſunt in loco: ꝛ tñ non circũſcribunt a loco: ergo vbi nõ eſt circũſcriptio coꝛporis cuz tales ſubſtãtie nõ habeãt coꝛpus. ¶ Reſpondet q̃ ſubſtãtie imateriales nõ ſunt in loco circũſcriptiue: ſunt tamẽ in loco diffinitiue: ꝛ de illo nõ intenditur hic.

# De predicamẽto Situs.

POſitio eſt quidã partiũ ſitus ꝛ generatiõis ordinatio: vt ſeſſio: ſtatio: ꝛ ſic de alijs. Item tres ſunt proꝛietates poſitionis. Prima eſt q̃ poſitio non habet contrariũ. Secunda eſt q̃ poſitio nõ ſuſcipit magis neq; minus. Tertia eſt q̃ proꝛiũ eſt poſitioni ſubſtantie proꝛime aſſiſtere. Diffi. Situs. Tres ꝓprietates Situs.

¶ Hic determinatur de nono predicamẽto ſcz ſitus: quod in preſenti textu (ad opinionẽ auctoꝛis ſex prime.) poſitio appellatur: ꝛ philoſophus quinto metha. vocat diſpoſitionẽ: beatus vero Auguſt. nominat iacere: tamen de nominis diuerſitate nulla eſt facienda difficultas: cũ vnũ ꝛ idem his pluribus nominibus ſignificet. Primo itaq; in textu poſitio deſcribit ꝛ tres deinde eius ꝓprietates enumerant: vnde (vt ſequit) nota. Continuatio.

Nõbile. j. Diffinitio Sit⁹

Situs cõsiderat̃ dupliciter. scz.

In prima impositione. Et sic de materiali significato significat locum vel rem locatam ⁊ de formali significat partes rei locate sic vel sic se habere ad locum verũ vel imaginariũ. Vel potest dici Situs predicamentũ nõ est nisi ordo siue respectus extrinsecus partiũ alicuius totius ad partes loci. Et hoc modo est genus generalissimũ illlus predicamenti: ⁊ tũc potest sic diffiniri. Situs est ordinatio partium in toto ⁊ in loco vero vel imaginario. Et sic nullum indiuisibile potest esse Situs.

In secunda impositiõe significat oẽs terminos huius predicamẽti qui de formali ſcato significãt partes rei locate sic vel sic se habere ad locum. ⁊c̃.

Nõbile. ij. Sco. in. iiij. dis. x. q. j. Et Pet. de Aq̃la dist. ix. q. ij. quarti.

¶ Situs diffinit̃ in textu sub nomine positionis ad sententiam Bilberti Porretani ⁊ ſm cum ex dicta diffinitione duplex positionis ordo notatur. Vnus est partium in loco: ⁊ ille tangit̃ cum dicitur est quidam partium situs. Alius est partium in toto qui inest rei per generationem: ⁊ ille est prior ordine partiũ in loco: ⁊ ille ordo tangitur cum dicit̃: generationis ordinatio. Et sic scdm intentionẽ dicti auctoris: situs nõ esset locus: nec res existens in loco: sed esset accidẽs quoddã distinctum a loco ⁊ a re existente in loco hoc tamen non est verum: neq; in hoc tenet̃: vnde hec opinio non multum est ponderanda.

Nõbile. iij.

¶ Modus significãdi Situs. Est ſcare formaliter principaliter partes rei locate sic vel sic se habere ad locum verum vel imaginariũ Vel potest dici. Est significare formaliter principaliter respectũ extrinsecũ partium alicuius totius ad partes loci.

Nõbile. iiij.

¶ Modus predicãdi Situs. Est predicari de prima substãtia inco quomodo est hoc situatũ: vt petrus est sedens.

Nõbile. v.

¶ Quesitiuũ Situs est. Quomõ est hoc situatũ. Respõdetur apte-iacet-sedet-stat-vt statua: vt trabs. ⁊c̃.

Nõbile. vj.

¶ Modus ordinandi Situs potest haberi circũscribendo per complexa duas immediatas species incomplexas (vt sequenti apparet arbore.

Situs.

| Situs partialis. | Situs totalis. |
|---|---|
| vt trabs-colũna-manus-caput-barba. | vt sedens-stans-iacens. ⁊c̃. |

Notabile. vij. Tertia ꝓprietas Situs dupliciter exponit̃.

¶ Proprietates Situs prime due exponũtur sicut in alijs predicamẽtis. Sed tertia exponitur vno modo realiter sic propriũ est positioni reali assistere. s. rei que est prima substãtia: ⁊ sic est propriũ secũdo modo respectu Situs vel positionis in prima impositione. Alio modo exponit̃ logicaliter sic: propriũ est positioni. i. terminis positionis assistere primis substantijs. i. predicari de primis substãtijs. Et sic iterũ est ꝓpriũ secũdo modo respectu positionis vel situs in secũda impositione.

¶ Arguit̃. Situs denominat totuz ⁊ non partes: dicimus

eni sedere: vel stare hominē: ⁊ nō partes eius: ergo male dicitur in diffinitione est quidā partiū situs. ¶ Rñdet q̄uis positio ꝑmo ꝯueniat toti tanq̄ subiecto: prius tñ ꝯuenit partibus: q̄ mediātibus partibus positio ꝯuenit toti.

# De predicamēto Habitus.

Habitus est corporū ⁊ eorum que circa corpus sunt adiacentia: vt tunicatū esse: loricatū esse. Et sunt tres proprietates eius. Prima est q̄ habitus suscipit magis ⁊ minus vt eques est armatior pedite. Secunda est q̄ Habitus non habet contrariū. Tertia est q̄ habitus semꝑ est in pluribus: scilicet in habente ⁊ in habito. Diffinitio habitus. Tres ꝓprietates Habitus.

¶ Hic agit̄ de decimo predicamēto puta habitus. Et in pñti textu ꝑmo diffinitur habitus: deinde tres ꝓprietates eius assignant̄: vnde (vt sequit̄) nota. Cōtinuatio.

Habitus considerat̄ dupliciter. scz.

In prima impositiōe significat rem corpori adiacentem: ⁊ cōnotat talem rem per modū ornatus vel deornatus: ⁊ habitus sic captus est genus generalissimū huius predicamenti. Vel potest dici est significare formaliter ꝑncipaliter respectū extrinsecū alicuius habitus ad rem habituatā. Et sic diffinit̄ in textu que diffinitio sic intelligit̄: habitus est corporum. ⁊c̄. i. habitus est illud quod adiacet corpori ab extrinseco per modū ornatus vel deornatus. Nōbile. j. Diffinitio Habitus intelligit̄.

In secūda impositiōe ꝓcat terminos de predicamento habitus: qui ꝓcant rem corpori adiacētem per modum ornatus vel deornatus. Et hoc modo diffinit̄ habitus per modum significandi huius predicamenti.

¶ Modus significādi Habitus. Est significare formaliter principaliter rem ꝑ modū ornatus vel deornatus. Vel potest dici. Habitus predicamentū est respectus extrinsecus alicuius habitus ad rem habituatā. Nōbile. ij.

¶ Modus predicādi. Est predicari de prima substātia in eo quomodo est hoc habituatū: vt ioannes est tunicatus. Nōbile. iij.

¶ Quesitiuū Habitus est. Quomodo est hoc habituatum. Respondetur apte: tunicatū: loricatum. ⁊c̄. Nōbile. iiij.

¶ Modus ordinandi Habitus. Est ignotus quoniā nō habet actu impositas species immediatas quas tamē circūloqui possumus: vt sequenti habetur arbore. Notabile. v.

Habitus.

| Habit⁹ īmediatus: | Habitus mediatus. |
|---|---|
| vt camisia: calceus. ⁊c̄. | vt tunica: pallium: lorica: cingulus. ⁊c̄. |

Möbile. vj. Proprietates tres Habit⁹ intelligunt. Prima. Est suscipere magis ⁊ minus: vt dicim⁹ illū magis armatū qui habet loricā ⁊ galeam ꝙ qui habet loricam tantū: ⁊ eques dicitur armatior pedite. Secūda. Est nō habere ꝓtrariū. Et iste due proprietates: ⁊ realiter ⁊ logicaliter ꝑdicamentis sunt exposite. Et sunt ꝓprie secūdo modo. Tertia duplicit intelligit scz. Realiter sic. Habitus semp est in pluribus. s. rebus puta in re que est habitus: ⁊ in habente habitum. Logicaliter sic. Termin⁹ de ꝑdicamento habitus nō potest predicari de prima substātia quin plures res concurrāt: vt ille terminus tunicatus nō potest predicari de prima substātia: nisi res que est tunica: ⁊ ille qui habet tunicam sint.

¶ Arguit. Nullū accidēs est in plurib⁹: sed habitus est accidens: ergo sibi nō cōuenit in pluribus existere. ¶ Respondet: vt dictū est in tertia proprietate. Vel dicatur quam ꝙ idem accidens nō possit esse in pluribus tanꝙ in subiectis: potest tamē in pluribus existere tanꝙ in causis: vel in vno vt in subiecto: in alio vt in termino. Et hec de predicamentis decem (ad intentionē Aristo.) sufficiant.

# De predicamēto Signi.

Ad questionē qua querit. An vltra dicta decē predicamenta sit ponendū vndecimū: per sequentē respondet conclusionē.

Conclusio. ¶ Vndecimū predicamentū (scz Signi) est ponendū. Nam intentiones secūde sunt in aliquo predicamēto: sed in nullo dictoꝝ decē predicamentoꝝ locari possunt: ergo pro intentiōibus secūdis est speciale predicamentū ponendū: qđ moderni vocāt ꝑdicamentū signi: ꝑ quo (vt scꝝt) nota.

Möbile. j. Signū accipitur pro termino. Prime impositiōis. Et hoc mō est ois res que est alicuius signati representatiua. Et sic ois res mundi est signū: quia res aut est causa: aut effectus: sed causa est signū sui effectus ⁊ econtra: ⁊ signū ita est genus generalissimū huius predicamenti. Secūde impositiōis. Et sic ꝓcat terminos de predicamento signi qui termini ꝓcant rem ⁊ cōnotant illam esse alterius. s. signati esse representatiuā: ⁊ hoc modo diffinit signum per modū ꝓcandi huius predicamenti.

Möbile. ij. ¶ Modus significādi Signi. Est formaliter ⁊ principaliter ꝓcare suū ꝓcatum ꝑm aliquā rationē: ꝑm quā suū ꝓcatum est alterius alterius representatiuū. Vel alij dicunt. Est ꝓcare signū per modū signi.

Möbile. iij. ¶ Quesitiuū Signi. Est hoc complexū. Cuius est hoc signū: vt querendo de illo termino homo materialiter capto. Cuius est ille terminus homo materialiter captus signum apte. Respōdetur illoꝝ terminoꝝ homo: homo. Et ita potest queri. Cuius signū est ille terminus species. Respondetur hominis-asini-leonis. ⁊c.

In predicamēto signi sunt.

Omēs termini materialiter capti: vt hō: asinus: leo: qñ capiunt materialiter. Et qñ termin⁹ capiat materialiter vide in tract. suppositionū circa sophisma: hō est species. Notabile. iiij.

Oēs termini capti in secūda impositiōe: vt est vniuersale: genus: species. ⁊c. quis terminus dicat prime intētionis quis secūde habes circa initiū secundi tract. folio. xlj. Et in ꝓposito pro eodē capio intentionē ⁊ impositionē. ⁊c.

¶ Arguit. Si predicamentū Signi fuisset ponendū Arist. ipsum posuisset alias insufficiēter determinasset de predicamētis: sed Arist. nō posuit: igit. ¶ Respondet. Locus ab auctoritate negatiue nō valet: quia Aristo. ⁊ alij auctores loquunt tm̄ de predicamētis terminoꝝ prime impositionis: ideo nō est incōueniens ponere predicamentū terminoꝝ secunde impositionis quod predicamentū Signi dicitur.

# De postpredicamētis.

Dicitur aūt alterū alteri opponi q̄druplicitet. Oppositoꝝ enī quedā sunt relatiua: vt pater ⁊ filius: duplū ⁊ dimidium: quedā sunt priuatiue opposita: vt priuatio ⁊ habitus: visus ⁊ cecitas: audit⁹ ⁊ surditas: alia sunt ꝯtrarie opposita: vt albū ⁊ nigrū: alia sūt ꝯtradictorie opposita: vt sedere nō sedere. Que aūt sunt relatiue opposita dictū est in capl'o de relatiōe. Cōtraria sunt quecūq; sub eodē genere posita: maxime a se inuicē distant mutuo se expellūt: ⁊ eidē susceptibili: vicissim insunt: a quo mutuo se expellūt: nisi alterū insit a natura: vt albedo in cigno: ⁊ nigredo in coruo: ⁊ ethiope: caliditas aūt nō est in igne vt accidēs in subiecto īmo vt substātiale in eo cuius est substātiale: sicut sunt quedā que cadūt in diffinitiōe alicuius nō ꝑm predicationē sed potius vt principium vt pūctus in diffinitiōe linee: vt vnitas in diffinitiōe nūeri: ⁊ iste modus essendi in ꝯtinet sub quarto mō ꝑm quē vnaqueq; pars diffinitiōis est in suo diffinito: ⁊ sic ignis nō est subiectū caliditatis sed materia ignis est subiectū ei⁹: hec

Primū postpredicamentū. Quattuor oppositionū genera.

Contrarioꝝ descriptio.

enī susceptibilis est ꝯrietatis ⁊ caliditatis ⁊ frigiditatis. Vñ caliditas est in materia ignis: vt in subiecto: in igne vero nō vt in subiecto. sed vt substātiale in eo cuius est substantiale.

Priuatie opposita describunt.

Priuatiue opposita sunt q̄ habēt fieri circa idē subiectū ordine irregressibili ⁊ tpe determinato a natura. Ordine irregressibili dico: qꝛ ab habitu in priuationē deuenire possibile est sed nō ecōuerso: impossibile enī est a priuatiōe in habitū regressum fieri vt visus ⁊ cecitas habent fieri circa oculū: a visu aūt deuenire in cecitatē possibile est: sed nō econuerso: ſm naturā. Cōtradictio est oppositio cuius scdm se non est dare mediū: vt esse ⁊ non esse inter que non est medium.

Hoc verꝝ est de priuatione que negat actū ⁊ potentiam.

Contradictio.

Continuatio.

Descriptio post predicamēti.

¶ Hic incipit tertia principalis pars huius tract. in qua agit de post predicamentis: vnde postpredicamentū est aliquid cuius noticia valet ad cognitionem veroꝝ predicamentoꝝ a posteriori: ⁊ talis notitia habetur per cognitionē ꝓprietatum predicamentoꝝ possent itaq; tot esse: postpredicamenta q̄t sunt p̄dicamentoꝝ ꝓprietates: hic vero tm̄ quinq; ponunt postpredicamēta ꝑ que notificant predicamētoꝝ ꝓprietates magis difficiles. Et in pñti textu determinat Pe. His. de primo postpredicamēto scz de oppositiōe ſm q̄tuor eius species. Et hic agit de oppositiōe terminoꝝ nō rerū vel ꝓpositionū. Quid vero sit oppositio rerū: terminoꝝ: ⁊ ꝓpositionū dictū est primo tract. circa ꝓpositionū oppositiones folio. xix. Et pro textu (vt sequit) nota.

De oppositione terminoꝝ in pñti agitur.

Cōtraria. Est repugnātia duoꝝ terminoꝝ positiuoꝝ nō potentiū simul ⁊ semel de eodē termino singulari singulariter ⁊ vniuoce tēto verificari diuisim: ⁊ copulatiue: respectu copule de pñti: circūscripta ampliatiōe: ſcantiū formaliter q̄litates ꝯtrarias: sed successiue eis nō repugnat verificari de eodē: vt album ⁊ nigrū: calidū ⁊ frigidū. Declaratio particularū pōt ferme haberi ex diffinitione terminoꝝ disparatoꝝ que habetur tract. primo circa materiā remotā. fol. xxv. Et Pe. His. in textu diffinit cōtraria: que diffinitio magis ꝯuenit cōtrarijs realibus: potest tñ ⁊ logicaliter exponi: vt nunc dictū est.

Nōbile. j.

Oppositio (vt habetur i textu) est quadruplex: scz.

Relatiua. Est repugnātia duoꝝ terminoꝝ relatiuoꝝ disquiparātie non potentiū simul ⁊ semel verificari de eodē termino singulari: singulariter ⁊ vniuoce tēto: respectu eiusdem: ⁊ in eodē genere cause: vt duplū ⁊ dimidiū: pater ⁊ filius.

Priuatiua. Est repugnātia duoꝝ terminoꝝ quoꝝ vnus est positiuus alter priuatiuus non potentiū. ⁊c̄. vt supra: vt cecū ⁊ vidēs: pauꝑ ⁊ diues: nudus ⁊ vestitus: vigilās ⁊ dormiēs.

Contradictoria. Est repugnantia duorum terminorum quorum alter est positiuus: alter sumptus cũ negatione neganter vel infinitãter tenta nõ potentiũ. ⁊c̃. vt hõ ⁊ non hõ: currit ⁊ non currit.

¶ Textus Pe. His. cum dicit. Caliditas aũt non est in igne vt accidens in subiecto. ⁊c̃. sic intelligitur. Caliditas non est in igne vt accidens. s. separabile in subiecto: sed vt substantiale. i. vt illud qđ ꝑ naturã a tali subiecto abesse non potest: ablatis enim proprietatibus naturalibus a rebus res ipse videntur ablate. Vnde per naturam ignis non potest esse frigidus: neq; nix nigra: stat tamen cum hoc caliditatem ignis ab igne esse separabilem: ⁊ albedinem niuis a niue: quia separabilitas a subiecto est passio caliditatis ⁊ albedinis: ⁊ per consequens conuenit caliditati ignis ⁊ albedini niuis: hoc tñ (vt dictũ est) nõ ꝯuenit ꝑ naturã ⁊ ideo Pe. His. dicit caliditatem esse in igne: vt substantiale. ⁊c̃. vt supra habes.

Nõbile. ij.

Ignis a natura nõ põt esse frigidus neq; nix nigra.

¶ Presens postpredicamentũ valet: ad intelligendũ quomodo predicamẽta habeãt ꝯtraria valet ⁊ ad intelligendũ philosophũ in p̃dicamento adaliquid asserentẽ magnũ esse oppositum paruo: ⁊ hoc ex dictis patet magnũ scz relatiue opponi paruo: quia ambo sunt in adaliquid.

Nõbile. iij.

¶ Arguit̃. Homo ⁊ asinus opponunt̃ ⁊ nõ ſm aliquã predictarum oppositionũ: ergo oppositiõis diuisio est insufficiens. ¶ Rndetur. ꝙ hõ ⁊ asinus non sunt termini oppositi sed bene disparati.

Prius dicit̃ quadrupliciter. Primo mõ ⁊ ꝓprie aliquid dicitur prius altero scđm tẽpus prout aliquis dicitur senior ⁊ antiquior altero sicut homo habẽs triginta annos dicitur prior homine habẽte viginti annos. Secũdo modo aliquid dicit̃ prius natura a quo nõ ꝯuertit̃ subsistẽdi ꝯsequẽtia: vt vnũ est prius duobus: duob⁹ enĩ existentib⁹ mox ꝯsequẽs est vnũ esse: vt si duo sunt vnũ est ⁊ nõ ecõuerso. Tertio modo dicit̃ prius scđm ordinẽ quendã: vt in disciplinis principia priora sunt ꝯclusionibus: ⁊ in grãmatica littere sunt priores syllabis: ⁊ in oratiõe proemiũ est prius narratione. Quarto modo prius dicit̃ quod melius est ⁊ honorabilius. Consueuerunt enim plurimi homines honorabiliores ⁊ magis dilectos apud se dicere priores: preter hos q̃ttuor modos iam dictos est vnus alter modus prioris. Eorum que ꝯuertuntur

Secundũ postp̃dicamentum. Quinq; modi p̃oritatis. Primus.

Secũdus mod⁹ prioritatis.

Tertius modus prioritatis.

Quartus mod⁹ prioritatis.

Quintũ p̃oritatis modum adiungit.

scom essendi consequentiã: alterũ est quodãmodo causa alterius: & hoc modo aliquid dicit prius altero natura: vt res est causa veritatis orationis de se facte: vt hominẽ currere conuertitur cũ hac oratione: homo currit. Et si hominẽ currere sit verum: hec est vera homo currit & econuerso. Res aũt est causa veritatis orationis de se facte: & non econtra. Ab eo enim q̃ res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa: ergo hec res hominẽ currere prior est hac oratione: homo currit. Simul dicitur tribus modis. Primo modo dicũtur simul quoq; generatio est in eodem tempore: & neutrum est prius neq; posterius. Et hec dicunt simul tempore. Scõo modo dicuntur simul quecunq; conuertunt & neutrum est causa alterius: sicut quelibet relatiua: vt duplum & dimidiũ: pater & filius: & sic de aliis. Tertio modo dicunt simul que equaliter condiuidunt aliquod genus: vt homo: equus: leo: & sic de aliis que condiuidunt hoc genus animal: & similiter differentie diuidentes aliquod genus dicuntur simul: vt rationale & irrationale: & sic de aliis. Isti aũt duo vltimi modi dicuntur simul natura: primus aũt modus dicit simul tempore. Motus sex sunt species. s. generatio: corruptio: augmẽtatio: alteratio & scom locum mutatio. Generatio est progressio de non esse ad esse. Corruptio est progressio ab esse ad non esse. Augmentatio est preexistentis quantitatis maioramentũ. Diminutio est preexistentis quantitatis minoramentũ. Alteratio est mutatio a cõtraria qualitate in cõtrariam qualitatẽ vel in medtam: vt cum aliquis permutat

Res causa ẽ veritatis.

Tertiũ postpdicamentũ. Tres modi Simultatis.

Primus.

Secũdus modꝰ simultatis.

Tertius modꝰ simultatis.

Quartũ postpdicamentũ Motꝰ sex species.

Generatio.

Corruptio.

Augmentatio.

Diminutio.

Alteratio.

ab albedine in nigredinē vel in medios colores. Motus ſm locum eſt mutatio de vno loco in alterum: motus aũt ſcõm locum ſex ſunt ſpecies ſiue differentie: ſcz ante: retro: ſurſum deorſum: dextrum: z ſiniſtrum: ad omnes aũt has partes fit motus. Habere dicitur multis modis. Primo modo dicit habere aliquam qualitatem: vt diſciplinam z virtutem. Secundo modo dicitur habere quantitatē et magnitudinem: vt cubitum tricubitum. Tertio modo dicitur habere ea que circa corpus ſunt adiacentia: vt veſtimentum et tunicam. Aut circa membrum: vt in manu anulum. Et habitus iſto tertio modo ſumptus eſt vnum de decem predicamentis: et diffinitur ſic. Habitus eſt corporum z eorum que circa corpus ſunt adiacentia: vt eſt armatio vel caligatio: z ſimiliter fingantur nomina in alijs ſecundū adiacentiam illam: hec enim dicuntur habere: illa vero haberi. Quarto modo dicit habere membrum: vt manum aut pedem. Quinto modo dicitur habere ſicut continens contentum: vt lagena vinum: aut modius grana tritici. Sexto modus dicit habere poſſeſſionem: vt domum aut agrum. Septimo modo dicitur habere vxorem: z de hoc modo dicit Ariſtoteles q̄ iſte modus eſt alieniſſimus in eo quod eſt habere: propter hoc q̄ vir habens vxorem etiam habetur ab ea: vinculum enim matrimonij indiſſolubiliter ligat vtrūq;. Et dicit q̄ forte alij modi apparebunt in eo quod eſt habere: Sed qui conſueuerunt dici pene omnes enumerati ſunt.

Motus ſm locum.

Quintū poſtp̄dicamentū. Septē modi habere.

Primus.

Secundus modus Habere.

Tertius modus Habere.

Habitus diffi.

Quartus modus Habere.

Quintus modus Habere.

Sextus modus Habere.

Septimus modus Habere.

¶ In preſenti textu agitur de quattuor poſtpredicamentis ſcilicet de prius: de ſimul: de motu: z de habere: z enumerantur in textu quinq; modi prioris

tatis: ⁊ tres modi simultatis: ⁊ sex species motus ⁊ septem modi habere. Et quoniã isti modi seu acceptiones postpredicamentorum sunt faciles ⁊ sufficienter ponunt̃ ⁊ declarantur in textu nihil venit de eis dicendum preter ea que in textu ponuntur.

## Ad quid primum postpredicamentũ (scz oppositio) valeat dictum est prius: nunc de aliis quattuor in textu positis dicendum.

Notabile. Quattuor postp̃dicamẽta valent.

Secundum. Prioritas valet ad intelligendum quartam proprietatem adaliquid in qua ponitur simul: prius ⁊ simul videntur habere oppositionem: sed opposita iuxta se posita magis elucescunt. ij. celi.

Tertium. Simultas valet ad intelligendũ dictam quartam proprietatem adaliquid vt de secundo postpredicamento iam dictum est.

Quartum. Motus valet ad intelligendum melius predicamenta actionis ⁊ passionis per que importatur motus. Etiam valet ad intelligendum vltimam proprietatem substantie in qua ponitur mutatio: sed motus ⁊ mutatio idem quodammodo sunt.

Quintum. Habere valet ad cognitionem quomodo genera habẽt species. Quomodo p̃dicamẽta habẽt proprietates. Quomodo p̃dicamentũ habeat contrarium.

¶ Arguit primo. Omne prius est prius ordine: ergo prius ordine non debet poni tertius modus prioritatis.

¶ Secundo sic. Illa que sic se habent q̃ vnum aliquando est: aliquando non est: non sunt simul natura: sed sic est de speciebus aliquod genus dividentibus: ergo non sunt simul natura.

¶ Tertio. Rarefactio ⁊ condensatio sunt species motus ⁊ tamen non enumerantur hic: ergo sunt plures species motus q̃ sex.

¶ Quarto. Aliquid dicitur habere actionẽ: passionem: species: aut differentias ⁊ sic de multis aliis modis habere qui nõ enumerãtur hic ergo isti modi sunt insufficienter assignati.

¶ Ad primũ. Respondet. Licet illud qõ prius est aliquo sit eo prius ordine non tñ ordine generationis de quo in textu dicitur.

¶ Ad secundum dicitur. Licet due species contente sub aliquo genere non sint simul semper inesse: tamen sunt simul natura divisionis hoc est vna non potest dividere genus quin etiam alia dividat.

¶ Ad tertiũ dicitur q̃ rarefactio ⁊ condensatio continentur sub augmentatione ⁊ diminutione.

¶ Ad quartum: quamuis sint multi modi habendi qui non enumerãtur hic tamen illi qui sunt enumerati communiores sunt ⁊ magis vsitati ⁊ per illos alij faciliter dinoscuntur.

Tractatus tertius De Mis. de decem predicamentis finitur.

Sicut precedẽtibus tribus tractatibus circa initium generalia quedã sunt prenotata ita (pro vberiori cognitione eorum que quarto tractatu habentur) videndum est de generali Syllogismi diuisione: ⁊ de titulo: ac de subiecto vt sequitur.

Syllogismus est duplex: scz.

- Cõtractus puta ad aliquaz specialẽ materiã: scz necessariã: vel ꝓbabilem: vel apparẽter probabilem. Et talis (vt inuitur primo Topicoꝝ) est triplex: scz.
  - Demõstratiuus. Est qui est ex necessarijs de quo in libris posterioꝝ.
  - Dialecticus. Est qui est ex cõmunibus tamẽ probabilibus: de quo in Topicis ⁊ quinto tract. Pe. His.
  - Sophisticꝰ. Est qui est ex his que videnť ⁊ nõ sunt: de quo in Elẽcis ⁊ sexto tract. Pe. His. — Nõbile. j.
- Incõtractus vocať Syllogismus simpliciter dictꝰ: tm̃ ꝑm formam syllogisticã ꝯsideratus nõ curãdo de materia syllogismi. Et ille syllogismꝰ simpliciter dictꝰ dicitur dupliciter.
  - Vno modo vt simpliciter tm̃ valet sicut vniũsaliter. Et sic syllogismus vniũsaliter ꝯsideratus quo ad oẽs suas passiões taz generales q̃ speciales ꝯsideratur in tota logica: et est subiectum totius logice: ⁊ ꝯuertitur cũ argumẽtatione. — Quõ syllogismus sit subiectũ totius logice.
  - Alio mõ vt simplicit valet tm̃ sicut inꝯcte: Et sic syllogismus ꝯsiderať q̃ ad gñales passiones tm̃: nõ cõtractus ad aliq̃ materiã spẽalẽ: et sic est sbiectũ illius tract. ⁊ in libris prioꝝ. et est duplex: scz.
    - Hypotheticus. Est cuius ad minus vna p̃missaꝝ est hypothetica: ⁊ iste habet tres species: vt arguẽdo a tota ꝯditionali. ⁊c. vt videre potes prima parte cõsequentiarũ Marsilij. — Quõ syllogismus sit subiectũ illius tract.
    - Cathegoricus. Cuiꝰ q̃libz p̃missaꝝ ẽ ꝓpõ cathegorica. et de isto hic agiť Et est duplex: scz.
      - Expositorius. Cuius mediũ est terminꝰ ꝑris: de quo infra videbiť.
      - Nõ expositoriꝰ. Cuiꝰ mediũ nõ est terminus ꝑris.

¶ Tractatus p̃sens intitulať sic. Tractatus quartus summularum Pe. His. de syllogismo. Ex presenti titulo habeť illius tractatus materia: hoc est subiectũ quod est Syllogismus: ⁊ eius ꝓpria passio est illatiuum cõsequẽtis ex suo antecedẽte: que sic potest de suo subiecto demõstrari. Omnis oratio in qua quibusdã positis. ⁊c. est illatiuũ ꝯsequentis ex suo antecedente: ⁊ omnis syllogismus est oratio in qua. ⁊c. ergo omnis syllogismus est illatiuũ cõsequentis ex suo antecedẽte. Et in ꝓposito agitur de Syllogismo incontracte sumpto: prout dicta explicatur figura. — Nõbile. ij. — Passio demonstrať de subiecto

¶ Cõtra dicta arguiť. Subiectũ totiꝰ logice est syllogismꝰ q̃ syllogismus nõ est subiectũ illius tractatꝰ: qꝛ nihil idẽ põt esse subiectũ totius ⁊ partis. ¶ Rñdetur vt nũc dictum est. Oꝛ scz syllogismus ꝯsideratus ꝑm passiones generales tm̃ est subiectũ quarti tractatus: sed ꝯsideratus ꝑm generales ⁊ speciales passiões simul totiꝰ logice subiectũ est: vt dictũ est. ⁊c.

Diffi. ꝓpōnis.

Diffi. termini.

Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo: vel alicuius ab aliquo. Terminus est in quem resoluitur propositio: vt in subiectum et predicatum.

Cōtinuatio.

¶ Iste est tractatus quartus Pe. His. qui postq̄ precedētibus determinauit de principijs tam ꝓpinquis q̄ remotis ipsius syllogismi: ꝯsequēter determinat de syllogismo: ⁊ cū oīs syllogismus cōstituatur ex ꝓpōnibus ⁊ terminis ideo anteq̄ auctor diffinit syllogismū ostendit quid sit ꝓpositio: quid sit terminus. Et licet termin⁹ ordine nature precedit ipsam ꝓpōnem tn̄ ordine doctrine ꝓpō prior est termino: cum ꝓpō termini diffinitionē ingrediat: ideo prius oportet scire ꝓpōnem q̄ terminū. vnde (vt sequit) nota.

Diffi. expositio.

¶ Diffinitio ꝓpositionis sic intelligit. Propositio. s. cathegorica simplicis qualitatis: est oratio affirmatiua alicuius de aliquo. i. est ꝓpō cathegorica in qua exp̄sse vel implicite predicatū predicat de suo subiecto mediāte qlibet eius copula principali affirmata. Vel negatiua alicuius ab aliquo i. est ꝓpositio cathegorica in qua expresse vel implicite predicatū predicat de subiecto mediāte qualibet eius copula principali negata. ¶ Dicit cathegorica q̄ hic diffinit ꝓpositio ꝓut habet ingressum ad syllogismū: sed hic solum considerat de syllogismo cathegorico: quē ꝓpositio cōstituit hoc est qui ambas premissas habet cathegoricas: ergo hic solū diffinit ꝓpositio cathegorica ⁊ nō hypothetica. Sed q̄ hic solū determinat de syllogismo cathegorico est hec ratio: hic solum considerat syllogismus qui est in modo ⁊ figura: sed solus syllogismus cathegoricus est in modo ⁊ figura: eo q̄ modus et figura exigunt debitam quantitatem: sed propositiones hypothetice non sunt quāte: ergo hic solum consideratur syllogismus cathegoricus.

Rō q̄re in p̄nti soluz tractat de syllogismo cathegorico.

¶ Dicit simplicis qualitatis ad excludendū ꝓpositiones mixte qualitatis: ꝑ hoc nō excludunt ꝓpositiones mixte quātitatis: que etiā in ꝓposito sunt propositiones: ⁊ in p̄nti tractatu omnis ꝓpositio est simplicis quātitatis: quia cū primus eius terminus cathegorematicus distribuit est vniūsalis: si vero nō distribuit est particularis: ⁊ sic in presenti tractatu nulla propositio est mixte quātitatis: nulla indefinita: nulla singularis: sed omnis ꝓpositio aut est vniūsalis: aut particularis: potuisset ⁊ auctor ꝓpositionē diffinire per quantitatē tamē Arist. in prioribus imitatus diffiniuit per qualitatē: cuius est hec ratio: quia hic solū determinat de syllogismis cathegoricis quo ad eoꝝ bonā ⁊ formalem dispositionē: ad quā requirit certa ordinatio premissarū penes affirmationē ⁊ negationē. Et quia syllogismus maxime habet variari ꝑ affirmatiuum ⁊ negatiuū que tenent se ex parte forme syllogismi. Ideo cōuenienter ꝓpositio hic notificat per affirmationē ⁊ negationē ⁊ nō per verū ⁊ falsum: vt in primo tractatu. Hec enim nō variant formā syllogisticā: quia ex propositionibus falsis: impossibilibus: ita bonus sit syllogismus sicut ex veris licet per tales nihil probetur: nec demōstretur: q̄ demōstratio (vt habet primo Posterioꝝ) est ex veris: necessarijs: perpetuis: incorruptibilib⁹: ⁊ impossibiliter aliter se habētibus: abstrahit ergo in proposito ꝓpositio a vero ⁊ falso nō autem ab affirmatione ⁊ negatione: ⁊ sic ꝓpō capitur ꝓprie: sed quādo diffinitur per verum ⁊ falsum capitur cōmuniter: ⁊ hoc vide tract. primo circa diffinitionē ꝓpositionis: fol. x.

In p̄nti tracta. Dis ꝓpō ē vniūsalis vl ꝑticularis: sub ꝑticulari ꝯprehēdendo indefinitā ⁊ singularē.

Cur hic diffiniatur ꝓpō nō per verū ⁊ falsum.

## Pro diffinitione termini (vt ſequit) nota.

¶ Diffinitio termini intelligit ſic. Terminus .ſ. ppriſſime captus eſt .ſ. pars principalis ꝛ materialis propoſitionis cathegorice : in quē .i. in quā partem reſoluitur ꝓpoſitio .i. nata eſt reſolui: vt in ſubiectū ꝛ predicatum ſcz ꝓpoſitionis cathegorice.

Terminus capitur triplici ter: ſcz.

Cōmuniter: pro oi ſigno qđ pōt eſſe pars ꝓpōnis cathegorice. Et ſic copula ꝛ ſincathegoremata in ꝓpōne poſita ſunt termini: ꝛ hoc mō terminus diuidit in terminū cathegorematicū ꝛ ſincathegorematicū. Et hoc modo termin⁹ eſt triplex: ſcz.

Reſolubilis. Eſt termin⁹ ratione cuius ꝓpō habet reſolui: vt ois: quilibet: neuter: ꝛ ſimilis.

Exponibilis. Eſt terminus ratione cuius ꝓpoſitio habet exponi: vt differt: preter: ꝛc. de quibus videbitur ſecūdo parte ꝓſequentiarū.

Officialis. Eſt terminus qui in ꝓpōne certū habet exercere officiū: vt cupio: volo: ita etiā ſigna vniverſalia. ꝛc. ſimiliter ſpecialia ſigna ſuppoſitionis ꝛ reſtrictiōis dicūtur termini officiales de quibus vide ſophiſmate primo ſuppoſitionū. Notabile.

Propríe: pro parte eſſentiali ꝛ principali propoſitionis cathegorice vel hypothetice. Et ſic copula eſt terminus : ſed ſincathegoremata nō ſunt termini.

Propriſſime: pro parte principali eſſentiali ꝛ materiali ꝓpōnis cathegorice: ꝛ ſic ſolum ſubiectum ꝛ predicatū dicūtur termini: ꝛ non copula: eo ꝙ nō eſt pars materialis ꝓpōnis. Et ſic terminus capitur in dicta diffinitione.

¶ Arguit̄ ꝓtra dicta primo. Nullū ſuperius debet diffiniri per ſua inferiora: ſed ꝓpoſitio eſt ſuperius ad affirmationē ꝛ negationē : ergo per ea nō debet diffiniri. ¶ Secūdo ſic. Vnū quodq; reſoluit in ea ex quibus componit̄: ſed ꝓpō reſoluit in cōpulā: cū ex ea cōponatur: ꝛ tamē non eſt terminus: quia ſi eſſet terminus tūc in ſyllogiſmo eſſent plures termini quā tres: ergo terminus nō bene diffinitur.

¶ Ad primū. Conceditur maior pſertim ea ratione qua ſunt inferiora: tñ bene poteſt diffiniri ꝙ ea inquantū ſunt nobis notiora ipſo diffinito. ¶ Ad ſecundū dicit̄ q̄ꝫ ꝓpoſitio componat̄ ex copula tanꝙ ex parte formali: ꝛ etiam reſoluatur in eam reſolutione formali: tamē nō componit̄ ex copula tanꝙ ex parte materiali (de qua eſt ad ꝓpoſitū) ideo nec reſoluitur in ipſam reſolutione materiali.

Dici de omni eſt qñ nihil eſt ſumere ſub ſubecto de quo non dicat̄ predicatū: vt ois hō currit: hic curſus p̄dicatur de oi boīe: ꝛ nihil eſt ſumere ſub homine de quo nō dicat̄ curſus. Diffinitio dici de omni.

Dici de nullo eſt quando nihil eſt ſumere ſub ſubiecto a quo Diffinitio dici de nullo.

nō remoueaꝫ predicatum: vt nullus homo currit: hic cursus remouetur ab omni homine: ꝛ nihil est sumere sub homine a quo non remoueatur cursus.

Cōtinuatio. ¶ Postq̄ Pe. Hisp. determinauit de principijs materialibus syllogismi. s. de ꝓpōne: ꝛ termino: ꝓsequēter determinat de principijs syllogismoꝝ regulariuis quoꝝ vnū scz dici de omni est syllogismoꝝ affirmatiuoꝝ: aliud vero scz dici de nullo est regulariuū syllogismoꝝ negatiuoꝝ: vnde nota vt sequit.

Notabile. j. Duo syllogismoꝝ principia ꝓmūiter (vt hic habetur) exprimūtur: scz.

Dici de oī. Quicunq; aliq̄ predicatū affirmaꝫ de subiecto aliquo cōplete distributo vel de parte eius: tunc de quocūq; tale subiectū natum est affirmari. de eodem etiā tale predicatum natum est affirmari. Et per illud dici de oīm intelligit illud principiū. Quicquid affirmaꝫ de aliquo subiecto distributo affirmaꝫ de oibus q̄ sunt sumpta sub eo: ꝛ p illud principiū valet illa ꝓsequētia. Dē animal est substantia: ꝛ ois homo est animal: ergo ois homo est substantia.

Dici de nullo. Quādocunq; aliquod predicatū negaꝫ de aliquo subiecto cōplete distributo vel de parte eius tūc de quocūq; tale subiectū natū est affirmari de eodem tale predicatū natū est negari. Et per illud dici de nullo intelligitur vnum principium prioꝛi principio oppositum ꝛ est illud. Quicq̄id negatur de subiecto distributo negatur de quolibet sub ipso cōtento: vt nullū animal est lapis: ꝛ ois homo est animal: ergo nullus homo est lapis.

Nōbile. ij. Syllogismū regulari per

Dici de omi. Nihil aliud est q̄ medium in vna p̄mis sarū cōplete distribui pro oibus suis significatis affirmatiue.

Dici de nullo. Nō est aliud q̄ medium in vna p̄mis sarum distribui cōplete pro oibus suis significatis negatiue.

Nōbile. iij. Dici de oīm est duplex: scz.

Prioristicū. Est predicatū dici de subiecto distributo: vt ois homo est animal: de quo Aristo. primo Prioꝝ ꝛ Pe. Hisp. sub noie ꝓpōnis vniūsalis primo tract. fol. xij. diffinit.

Posterioristicū. Est predicatū affirmari de subiecto quo quolibet eius supposito: ꝛ pro quolibet tēpore: sicut in oi ꝓpōne in materia naturali: vt homo est animal.

Quis syllogismus reguletur per dici de omni vel dici de nullo sequens explicat conclusio.

Cōclusio. ¶ Omnis syllogismus cathegoricus: non expositorius: nec ad talem reducibilis: cōpositus ex premissis simplicis qualitatis: cuius medium ad minus in vna premissarū cōplete distribuit: cōiter vsitatus: regulatur per dici de omni: vel per dici de nullo: mediate vel immediate. Quare singule addantur particule ex dictis faciliter haberi potest.

¶ Arguitur primo. In illa ꝓpōne: homo est animal: nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicatur predicatū: ꝛ tamē in ea nō est dici de omni: ergo diffinitio dici de omni nō est bona. ¶ Secūdo sic. In illa ꝓpōne:

nullus ioannes currit:eſt dici de nullo:z tñ nō eſt vniuerſalis:ergo nō oīs propoſitio cui cōuenit dici de nullo eſt vniuerſalis.

¶ Ad primū dicit:ꝓcedendo maiorē z diſtinguēdo minorē Vel eni intelligit de dici de omni ꝓbabiliſtico:z ſic ꝓceditur:vel de poſteriorialiſtico:z ſic negat. ¶ Ad ſecundū dicit q talibus ꝓpōnibus nō ꝓuenit dici de nullo:q illarū ꝓpōnum ſubiectū eſt terminus diſcretus cui repugnat diſtribui z pro pluribus teneri:ideo oēs tales ꝓpoſitiones ſunt impropꝛie.

Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis z conceſſis neceſſe eſt aliud accidere per ea que poſita ſunt z cōceſſa:vt oīe animal eſt ſubſtātia:omnis homo eſt animal:ergo oīs homo eſt ſubſtātia:Hoc totū eſt oratio in qua quibuſdam poſitis ſcilicet duabus premiſſis neceſſe eſt aliud accidere ſcilicet concluſionem. Omnis aūt ſyllogiſmus cōſtat ex tribus terminis z duabus ꝓpoſitionibus:quarū propoſitionū prima vocatur maior:ſecunda minor. Ex tribus autē terminis nō poſſunt fieri due ꝓpoſitiones:niſi alter illoꝝ ſumat bis. Et tūc ille terminus bis ſumptus aut ſubijcit in vna z predicatur in alia:z ſic eſt prima figura:aut in vtraq; predicat:z ſic eſt ſecūda figura:aut ſubijcit in vtraq;:z ſic eſt tertia figura:horꝝ aūt terminorꝝ alter vocat mediū:alter maior extremitas:alter vero minor extremitas. Mediū eſt terminꝰ bis ſumptus ante ꝯcluſionē. Maior extremitas eſt terminꝰ ſumptus in maiori ꝓpoſitione cū medio. Minor extremitas eſt terminus ſumptus in minore ꝓpoſitione cum medio.

Diffinitio ſyllogiſmi.

Dis ſillogiſmꝰ ꝯſtat ex tribꝰ terminis z duabus ꝓpōnibus.

Triū figurarum diſtinctio.

Medium.

Maior extremitas.

Minor extremitas.

¶ Poſtq auctor determinauit de ꝓncipijs materialibꝰ z regulatiuis ipſius ſyllogiſmi:hic ꝓſequenter diffinit ipſum ad intentionē Ariſto. primo Priorum vbi inquit. Syllogiſmus eſt oratio in qua quibuſdā poſitis:aliud ab bis que poſita ſunt ex neceſſitate accidit eo q bec ſunt:habita diffinitione ſyllogiſmi dicitur in textu:omnē ſyllogiſmū conſtare ex tribus terminis ſm tria diſtincta officia.

Continuatio.

¶ Diffinitio ſyllogiſmi exponit ſic. Syllogiſmus.ſ.cathegoricus captus pro premiſſis z cōcluſione ſimul:eſt oratio.i.ꝓpō hypothetica

Diffi. expoſitio.

cōsequentialis affirmatiua: in qua quibusdam positis ⁊ concessis. s. premissis cathegoricis: cōiunctis affirmatiue: necesse est. s. in cōsequentia bona ⁊ formali: euenire aliud. i. conclusionē nō synonymā alicui premissarū nec ambabus simul: per ea que prius posita sunt et concessa. i. gratia formalis dispositionis extremitatum cum medio in premissis ratione cuius predicantur de se inuicem in cōclusione. Et dicitur grece Sollogismos ratiocinatio latine: alique diffinitionis particule patēt ex dictis. Dicitur captus pro premissis. ⁊c. vnde (vt sequitur) nota.

Möbile. j.

**Syllogismꝰ capit dupliciter: scz.**

**Pro premissis tm: siue pro ꝓpositione copulatiua cōposita ex premissis:** vt omne animal est substātia: ⁊ omnis homo est animal. Sic capitur secūdo Priorum cum dicitur. Et idem syllogismus possit concludere plures conclusiones.

**Pro premissis ⁊ cōclusione simul. Vel pro propositione hypothetica composita ex predicta copulatiua ⁊ cōclusione:** ⁊ nota illationis: vt omne animal est substātia: ⁊ ois homo est animal: ergo ois homo est substantia. Et ita capitur Syllogismus in dicta diffinitione.

Tres sunt note ꝯsequētiales.

¶ Dicit in diffinitioe ꝯsequētialis vnde sicut tres sunt note ꝯsequētiales scz cōditionalis causalis ⁊ rationalis: ita de his tribus speciebus ꝓpōnis hypothetice dantur syllogismi: exemplū de cōditionali: vt si omne animal est substātia: ⁊ ois homo est animal: oīs homo est substātia: accipiendo si ꝓ copula principali: ꝯformiter exemplificet de causali ⁊ rationali.

Formulis dispositio extremitatum cum medio dicit.

¶ Dicit ⁊ formali ⁊ in fine dicit gratia formalis dispositionis extremitatū cū medio in premissis: vnde habetur ꝙ nō sufficit syllogismū esse bonā cōsequentiam: sed vltra hoc requirit ꝙ sit formalis. Et tūc dicit formalis dispositio extremitatū cum medio in premissis: quādo extremitates sic cōnectunt cum medio ꝙ quibuscūq; alijs duabus extremitatibus datis que sic ꝯnectūtur eodem modo cum tali medio sicut fuerunt cōnere in argumēto ꝓpōsito: tunc talis cōsequentia etiam esset bona ⁊ formalis: vt sic syllogisando est formale argumentū. Omne rationale est risibile: ⁊ omnis homo est rationalis: ergo omnis homo est risibilis. ¶ Dicitur necesse est euenire aliud. i. conclusionem vnde videt ꝙ conclusio necessario ponatur in syllogismo: ⁊ sit de essentia eius pro quo (vt sequit) nota.

Möbile. ij.

**Duplici necessitate ꝯclusio sequit ex premissis.** Et est de essentia syllogismi: ꝫm duplicē necessitatem. Est ꝫnim necessitas.

**Consequentie. Est necessitas illationis que ꝓuenit ex necessaria habitudine consequentis ad antecedēs per hoc ꝙ ꝯsequens actu ⁊ intellectu includit in antecedente.** Et ideo posito antecedente: necessario sequitur ꝯsequens: siue antecedens sit verū siue non: vt si asinus volaret: asinus haberet pennas. Et tali necessitate consequentie conclusio est de essentia syllogismi simpliciter dicti.

**Consequētis. Est q̄ prouenit ex necessaria habitudine terminoꝝ in ꝯclusione positoꝝ.** Et hec necessitas non requirit in syllogismo simpliciter dicto cū ꝯsequens qñq; sit ꝯtingēs. Vtraq; tñ necessitas requirit in syllogismo demonstratiue.

Pro clausula textus. Omnis syllogismus constat ex tribus terminis. ꝛc. Nota vt sequitur.

¶ Textus intelligit sic. Omnis syllogismus cathegoricus captus pro premissis tantū ꝯstat ex tribus. ꝛc. Dicit pro p̄missis tantū: quia syllogismus captus ꝓ p̄missis ꝛ ꝯclusiōe simul sicut in dicta diffinitiōe capiebat ꝯstat ex trib⁹ terminis ꝛ nō duab⁹ sed trib⁹ ꝓpositionibus. Diffinitiōes vero extremitatū ꝛ medij de se sunt note: ꝓ q̄bus tñ nota (vt sequitur.) Nōbile. iij.

Termini in syllogismo sūt duplices: scz.

- Propositionales: inquantum tales termini sunt subiecta ꝛ p̄dicata simplicit absolute. Et hoc mō in syllogismo capto pro p̄missis tm̄ sunt quattuor termini: sed in syllogismo capto pro premissis ꝛ cōclusione simul sunt sex.
- Officiales: vt tales t̄minini subiciunt ꝛ p̄dicantur non absolute: sed ſm figurā syllogisticā exercentes in syllogismo diuersa officia ſm q̄ speciales tres sortiūtur denominationes: scz.
  - Maior extremitas dicit: qꝛ talis terminus maioris est virtutis q̄ termin⁹ positus in minori: cum ad plura se extendat et communiter latioris sit significationis q̄ minor extremitas: ideo ꝛ maior extremitas vocatur. Notabile. iiij.
  - Minor extremitas dicit: qꝛ minoris est virtutis ꝛ ad pauciora se extēdit q̄ terminus positus in maiori ꝓpōne.
  - Mediū dicitur ad similitudinem medij naturalis: sicut enim mediū in natura vnit extrema ꝛ partes: sic in syllogismo mediū vnit extremitates in p̄missis ita vt ex eis regulariter inferatur conclusio.

¶ Contra dicta arguitur primo. Sillogismus non est oratio sed orationes: eo q̄ in syllogismo ponunt plures ꝓpōnes: quaꝝ quelibet est oratio: per consequens diffinitio syllogismi mala.

¶ Arguit secūdo. In syllogismo ex oppositis sunt tantū duo termini: ergo non in omni syllogismo sunt tres termini: antecedēs probat: qꝛ hic est bon⁹ syllogismus ex oppositis: oīs hō est anīal: nullus hō est anīal: ergo nullus hō est hō: ꝛ tñ ibi sunt tantū duo termini scz homo ꝛ animal: ergo. ꝛc.

¶ Respondetur ad primū: licet syllogismus nō sit vna oratio simpliciter: est tamen vna aggregatione. Vel licet non sit vna oratio cathegorica: est tamen oratio vna hypothetica.

¶ Ad secundū dicit q̄uis in syllogismo ex oppositis sint solum duo termini propositionales: sunt tamen tres termini officiales: eo q̄ vnus habet officiū duoꝝ scz maioris extremitatis ꝛ minoris.

Ad syllogismū aūt exigitur modus ꝛ figura. Figura est ordinatio trium terminoꝝ ſm subiectionē ꝛ p̄dicationē. Hec autem ordinatio fit tribus modis vt dictum est prius: ꝛ secundū hoc tres sunt figure. Prima figura est quādo mediū Diffi. figure.

subijcitur in vna ꝓpositione ⁊ predicat̃ in alia: vt omne animal est substantia. omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Secūda figura est quādo mediū predicatur in vtraq; vt omnis homo est anīal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. Tertia figura est quando mediū subijcitur in vtraq; vt omnis homo est animal: omnis homo est substātia: ergo quedam substantia est animal.

Secūda figura.

Tertia figura.

Versus. Sub pre. prima. Secunda pre. bis. Tertia sub. bis.

Diffi. modus.

Modus est ordinatio duarū propositionū in debita qualitate ⁊ quātitate. Debita qualitas est ꝙ si vna sit negatiua: reliqua erit affirmatiua. Debita quantitas est si vna est particularis: reliqua erit vniuersalis.

Cōtinuatio.

¶ Postq̄ auctor determinauit de principijs materialibus ⁊ regulatiuis syllogismi ⁊ de diffinitiōe syllogismi: ꝯsequēter hic determinat de duobus formalibus principijs syllogismi scz de figura: ⁊ modo diffiniendo ⁊ diuidendo ipsa. Et prima clausula textus ad talem sensum intelligit̃ ad syllogismū exigitur modus ⁊ figura. i. Quilibet syllogismus cathegoricus nō expositorius nec ad talem reducibilis ex ꝓpōnibus simplicis qualitatis cōstitutus: cōmuniter vsitatus: cuius mediū ad minus in vna premissarū distribuit̃: est in mō ⁊ figura: simpliciter vel reductiue. Quare singule addant̃ particule ex dictis haberi potest. Deinde in textu ponit̃ diffinitio figure que ex se est nota: attēditur eni figura penes subiectionē ⁊ predicationē medij in p̄missis ⁊ ex hoc Pe. His. tres enumerat figuras quartā nō ponēdo cum pluralitas sine necessitate sit vitanda. Nōnulli tamē quartā figuram ponendā censent puta vt sciamus dilatare formā syllogisticā: pro quo tamē (vt sequit̃) nota.

Cōclusio ꝓ p̄ma clausula textus.

Figura attendit̃

Nōbile. j. De hoc Tatar. j. priorum. liiij. D.

Prima figura capit̃ dupliciter: scz.

- Cōmuniter: ꝓut prima figura est: cuius mediū subijcit̃ in vna premissa ⁊ predicat̃ in alia siue hoc sit in maiori siue minori premissa. Et hoc modo comprehēdit sub se q̄rtam. Et sic cepit Pe. His. in textu primā figurā.
- Proprie: prout prima figura est: cuius mediuz subijcitur in maiori: ⁊ predicat̃ in minori. Et sic prima figura distinguit̃ cōtra quartā: quia quarta figura est: quādo medium predicat̃ in maiori ⁊ subijcitur in minori.

Nōbile. ij.

¶ Versus de figurarū distinctione in textu positus intelligitur sic. Prima. s. figura: sub pre. i. subijcit ⁊ predicat medium in premissis. Secūda. s. figura: pre bis. i. predicat bis mediū in premissis. Tertia. s. figura: sub bis. i. subijcit bis mediū in p̄missis. Sed isti qui distinguūt primā figurā a

quarta ponunt alia duo metra pro figuraꝝ distinctiõe. Et illa: ꝑma ꝑus mediũ subicit: post ꝑdicat ipsum Altera bis dicit. Tertia bis subicit ipsum.

## Pro diffinitione (ipsius Modi) in textu posita nota (vt sequitur.)

Modus capitur duplicit: scz.

Pro premissis tantũ. Est ordinatio duarum premissaꝝ ꝯclusionẽ inferentiũ in debita quantitate ⁊ q̃litate. Et sic barbara ⁊ baralipton nõ sunt modi distincti: cũ in ꝑmissis in nullo differant: sed solum in conclusione. Nõbile. iij.

Pro premissis ⁊ conclusione simul. Et sic modus: est ordinatio duaꝝ premissaꝝ ⁊ ꝯclusionis in debita q̃litate ⁊ quantitate: ⁊ in debito situ ⁊ ordine terminoꝝ: ⁊ ita barbara ⁊ baralipton differunt cum ꝯclusio vnius sit vniuersalis: alterius particularis. Et Pe. His. in textu diffinit modum captũ pro premissis tantum.

¶ Quantitas in ꝓposito attendit̃ penes primũ terminũ cathegorematicũ distributũ vel non distributũ. Et sic in presenti tractatu tñ due sunt species quantitatis scz vniuersalis ⁊ particularis: ⁊ sub particulari cõprehendẽdo indefinitã ⁊ singularem. Et sic illa vel consimilis. Cuiuslibet hominis asinus currit: in ꝓposito est vniuersalis licet in ꝑmo tract. sit mixte quantitatis. Sed q̃litas in ꝓposito eodem attendit̃ mõ sicut in primo tract. scz penes copulã principalẽ affirmatã vel negatã. Nõbile. iiij.

¶ Contra dicta arguitur primo. Ille silogismus est bonus. Omnis hõ est aĩal: ⁊ nullũ animal est lapis: ergo nullus hõ est lapis: ⁊ tñ non est in aliqua trium figuraꝝ: ergo sunt plures q̃ tres.

¶ Secundo arguitur. Conceditur ꝙ syllogismus est in modo ⁊ tñ non conceditur ꝙ sit in ordinatione duaꝝ premissaꝝ vel propositionũ: ergo modus non est ordinatio duaꝝ propositionum.

¶ Respõdetur ad primũ. Q; dictus syllogismus sit in q̃rta figura si prima figura capitur ꝓprie: si vero capitur cõiter est in prima: ⁊ tunc non plures q̃ tres figure (vt etiã tenet Pe. His.) sunt ponende.

¶ Ad secundũ dicit̃ ꝙ ꝓprie non possumus ꝯcedere syllogismũ esse in mõ ⁊ figura sed debemus dicere ꝙ in syllogismo est ordinatio premissaꝝ ⁊ ꝙ syllogismus est dispositus ꝑm talem figurã vel modum.

Vnde tales dãtur regule vniuersales ad quãlibet figuram. Ex puris particularib⁹: indefinitis: ⁊ singularib⁹ nihil sequitur. Vnde oportet alterã premissaꝝ esse vniuersalem. Prima regula generalis.

¶ Habita diffinitione ⁊ diuisiõe figure: ꝯsequenter auctor regulas ponit generales oĩum figuraꝝ syllogismos respicientes: ⁊ ponit̃ in textu ꝑnti regula prima generalis cuius hec ratio est: q; si sic mediũ in nulla ꝑmissaꝝ distribueret̃: quare syllogismus nõ regularet̃ ꝑ dici de omni vel nullo. Vel ratio regule est illa: possibile est ꝙ duo termini ꝯmunes ꝯiungant̃ in ꝑmissis cũ vno tertio nõ distributo: non tñ ꝯiungunt̃ inter se in ꝯclusione: vt homo est animal: Cõtinuatio.

ꝛ animal est asinus: ergo homo est asinus: ꝛ ideo syllogistice ex puris particularibus: nihil sequitur demptis sequentibus quinq; casibus.

Notabile.

Quinq; casus a regula excepti.

Primus. Quando arguit̃ expositorie: hoc est qñ medium est terminus singularis: vt animal est ioannes: ꝛ hō est ioannes: ergo homo est animal.

Secundus. Quando medio additur relatiuum idemptitatis: vt homo est animal: ꝛ risibile est idem homo: ergo risibile est animal.

Tertius. Quando precauetur ne arguatur a non distributo ad distributum: vt asinus non est homo: ꝛ risibile est homo: ergo risibile asinus non est.

Quartus. Qñ sub termino affirmatiue distributi in maiori fit subsumptio in minori: vt homo est omne animal: ꝛ animal est asinus: igitur asinus est homo.

Quintus. Quando medium in ambabus accipit̃ collectiue: vt homo est omnia animalia: ꝛ asinus est omnia animalia: igitur homo est asinus.

Secūda regula. Item ex puris negatiuis nihil sequitur. Vnde oportet alteram p̄missaꝝ esse affirmatiuā. Item si aliqua premissaꝝ fuerit particularis: ꝯclusio erit particularis: ꝛ nō econtra. Itē si aliqua premissaꝝ fuerit negatiua conclusio erit negatiua.

Tertia regula.

Quarta regula.

Quinta regula. Item mediū nunquā debet intrare conclusionem.

Cōtinuatio. ¶ Hic auctor alias quattuor generales regulas ponit iuxta quas nihil sequitur syllogistice ꝛ formaliter: nō syllogistice vero ꝛ non formaliter potest aliquid sequi. Et haꝝ regulaꝝ rationes ꝛ exempla: vt sequitur nota.

Ratio Re. ij. ¶ Ratio regule secunde: quia ꝓpter separationē aliquorū duoꝝ ab aliquo tertio in premissis nō sequitur illoꝝ separatio inter se in cōclusione: ideo ex puris negatiuis nihil sequit̃: vt nō sequitur: nullus homo est asinus: ꝛ nullū risibile est asinus: igitur nullum risibile est homo.

Ratio Re. iij. ¶ Ratio tertie regule: quia si cōclusio nō esset particularis sed vniuersalis tunc argueret̃ a nō distributo ad distributū si tñ hoc precaueret̃ tunc bene valet. Et ideo regula intelligat̃ sic. Si aliqua premissaꝝ fuerit ꝑticularis ꝯclusio debet esse particularis: nisi p̄caueat̃ ne arguatur a nō distributo ad distributum ꝛ neutra extremitatū distribuatur in premissis: vt non sequitur: aliquod animal est homo: ꝛ nullus asinus est homo: igitur nullus asinus est animal: arguitur enim a non distributo. ꝛc̄. animal enim in maiori non distribuitur: ꝛ tamen in conclusione distribuitur. Et si hoc precaueretur tunc bene valet syllogismus sic scilicet concludendo: ergo omnis asinus animal non est. ¶ Dicitur ꝛ neutra. ꝛc̄. quia bene sequitur: aliquis sol est omnis lucidissimus planetarum ꝛ nulla luna est sol: ergo nulla luna est lucidissimus planetarum.

Tertia regula intelligitur.

¶ Ratio quarte regule: quia alias non esset formalis connexio extremitatū in premissis cum medio ⁊ in conclusione inter se: ⁊ staret antecedens esse verum sine consequentie: vt nullum irrationale est risibile: ⁊ omnis homo est risibilis: ergo omnis homo est irrationalis. Ratio Re. iiij.

¶ Ratio quinte regule: quia conclusio debet esse alia a premissis: sed si medium intraret conclusionē: fieret conclusio altera premissaꝝ. Et sic mediū sub ratione medij nunq̄ intrat conclusionem: ⁊ in syllogismo ex oppositis intrat sub ratione extremitatis ⁊ non medij: vt omnis disciplina est bona: ⁊ nulla disciplina est bona: ergo nullū bonū est bonum. Ratio regul. v.

# De prima figura.

Prima figura nouē habet modos primi quattuor modi concludunt directe. Reliqui vero quinq̄ cōcludunt indirecte. Directe concludere est maiorē extremitatē predicari de minori in ꝯclusione. Indirecte ꝯcludere est minorē extremitatē p̄dicari de maiore in cōclusione. Nota duas regulas quaꝝ prima tantū conuenit prime figure quo ad quattuor primos modos: ⁊ tertie quo ad omnes. Secunda etiā cōuenit tantum prime figure quo ad eius quattuor primos modos: ⁊ secunde figure quo ad omnes. Prima regula talis est minore existente negatiua nihil sequitur. Secunda regula est maiore existente particulari nihil sequitur.

Directe concludere. Indirecte concludere. Prima regula. Secūda regula.

¶ Postq̄ Pe. His. determinauit de syllogismis in generali ⁊ posuit diffinitionē syllogismi cū quibusdā generalibus oīm figuraꝝ regulis: ꝯsequēter determinat de figura in speciali. Et primo de prima que alijs prior ⁊ pfectior existit: dicit ergo q̄ p̄ma figura quattuor habeat modos directe ꝯcludētes ⁊ q̄nq̄ idirecte: deide duas p̄me figure assignat regu. vnde (vt sequit̄) nota. Continuatio.

¶ Aduerte primos quattuor modos esse pfectos ac necessarios absolute: alios veros quinq̄ modos indirecte ꝯcludētes dicit Valla non ꝓbandos neq̄ alijs modis addendos: quoniā tales difficile edantur: ⁊ apud audientes simile qddā monstri ꝓferant: hoc tñ dicto Valle nō obstante non sine ratione Pe. His. dictos qnq̄ modos ponit: in hoc secutus Aristotelem: Theophrastū: Eudemium: Porphiriū: Boetiū: ⁊ reliquos recētiores qui ad mentē philosophi secūdo Priorum s̄m dictos modos coniugationes vtiles assignant: est quoq̄ vna syllogismi potestas (vt dicit Aristo. ibidem) eundem syllogismum plures posse concludere conclusiones: q̄ non fieret si dicte cōbinationes seu modi non essent ponendi. Nōbile. j. Valla capi. xv. tertij dialecti.

¶ Prime figure nouem a Pe.Hiſ.aſſignant modi: capitur hic modus pro premiſſis ꝛ concluſione ſimul capiendo primā figurā propter (prout diſtinguit a quarta) ꝛ auctor nouē modos prime figure ponit: qui diſtinguunt per diuerſam diſpoſitionē premiſſarū ꝛ concluſionis: ꝛ licet plures poſſent poni modi diſtinguēdo primā a quarta vel non: poſuit tñ Pe. Hiſ. modos communiter magis vſitatos quorum quatuor directe concludunt: vnde (vt ſequitur) nota.

Nōbile. ij.

**Pe.Hiſ.qñ diſfinit ꝛcludere directe ꝛ cōcludere indirecte ſic eſt intelligēdus. ¶ Concludere.**

**Directe.** Eſt quādo maior extremitas vel pars maioris extremitatis predicat: ꝛ minor extremitas vel pars minoris extremitatis ſubijcit in cōcluſione. Exemplum primi de tota maiori extremitate: animal eſt ſubſtantia: ꝛ oīs homo eſt animal: ergo oīs homo eſt ſubſtantia. Exemplū ſecūdi de parte. Cuiſlibet hominis aſinus currit: ꝛ ioānes eſt homo: ergo ioannis aſinus currit.

**Indirecte.** Eſt qñ minor extremitas vel pars ei⁹ predicat de maiori extremitate vel de parte eius in ꝛcluſione. Exempla haberi faciliter poſſunt: ꝛuertendo cōcluſiones dictoꝝ ſyllogiſmorum.

Nōbile. iij.

**Ratio regule.**

**Prime: quia maior extremitas non diſtributa in maiori diſtribuereꝫ in cōcluſione. Et ſic argueret a non diſtributo. ꝛē. non ſequit: oīs homo eſt ſubſtantia: ꝛ nullus aſinus eſt hō ergo nullus aſinus eſt ſubſtantia. Et ita minore exiſtente negatiua nihil ſequitur ſyllogiſtice in prima figura in aliquo modo Pe. Hiſ. poſito.**

**Secunde: quia mediū in nulla premiſſarū diſtribuitur: vt nō ſequit: aliquod animal eſt rationale: ꝛ omnis aſinus eſt animal: ergo oīs aſinus eſt rationalis. Et hec regula intelligit Quando maior eſt particularis ꝛ mediū in nulla premiſſaꝝ diſtribuitur neq; ſumitur cum relatiuo idemptitatis in minore: tunc non valet ſyllogiſmus in prima figura.**

¶ Arguitur primo: bene ſequit omnis hō eſt riſibilis: ꝛ nullus aſinus eſt hō: ergo nullus aſinus eſt riſibilis: ꝛ tñ minor eſt negatiua: ergo regula prima eſt falſa. ¶ Secūdo arguit: bene ſequitur. Aliquis ſol lucet ſuper nos: ꝛ oīs lucidiſſimus planetaꝝ eſt oīs ſol: ergo oīs lucidiſſimus planetarū lucet ſuper nos: ꝛ tamen maior eſt particularis: ergo ſecunda regula falſa.

¶ Ad primū dicitur licet ſequat dicta concluſio gratia materie vel gratia habitudinis terminoꝝ: non tñ tenet argumentū ſyllogiſtice gratia forme ſiue in omnibus terminis ſeruata conſimili forma vt patet in ſyllogiſmo circa regulā poſito. ¶ Ad ſecundū dicitur negando conſequentiam: q̄ regula intelligit dummō mediū in nulla premiſſaꝝ diſtribuatur in dicto vero argumento medium in minori diſtribuitur.

Barbara.

**Barbara primus modus conſtat ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis: vniuerſalē affirmatiuā directe concludētibus**

vt omne animal est substātia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia.

¶ Consequenter auctor determinat de modis prime figure ⁊ primo quidē de quattuor modis directe ꝯcludentibus qui modi sunt perfecti et euidentes ⁊ designantur per istas dictiones Barbara: Celarent: Darij: Ferion secunde intentionaliter capiendo illos terminos: qui de materiali significant argumentum syllogisticum. Et de formali connotant sic se habere scdm quātitatem ⁊ qualitatem premissarum ⁊ ꝯclusionis sicut vocales in illis dictionibus posite denotant: vnde (vt sequitur) nota. Continuatio.

Prime tres vocales cuiuslibet modi corrūdentes tribus ꝓpōnibus syllogismi diūsas habēt denotatiōes. vt infra in Pe. His. habes. Et si plures q̄ tres vocales in vno modo ponunt nō sunt attendende.

A. denotat q̄ ꝓpositio per eaz designata sit vniuersalis affirmatiua.
E. denotat q̄ ꝓpositio per eā designata sit vniuersalis negatiua.
I. denotat q̄ ꝓpositio ꝑ ipsam designata sit particularis affirmatiua.
O. denotat q̄ ꝓpositio ꝑ eam signata sit particularis negatiua.

Notabile.

¶ Barbara vt ex dictis patet terminus est secūde intētionis de materiali ſcato significās argumentū syllogisticum prime figure. Et de formali connotans sic se habere sicut vocales in eo posite denotāt: posset ⁊ primus modus prime figure designari per hāc dictionem Agatha vel per quācunq; aliā easdē vocales habentē. Et ꝯformiter dicat de alijs modis illius ⁊ aliaꝝ figuraꝝ. Absolute tñ loquendo ille terminus Barbara non est primus modus. Sed illud qd significat per illum terminū Barbara: vt ille syllogismus: omne rationale est risibile: ⁊ omnis homo est rationalis: ergo oīs homo est risibilis. Et quodlibet argumentū taliter se habēs ſm qualitatem ⁊ quantitatē premissarū ⁊ ꝯclusionis ⁊ ordinationem terminoꝝ dicitur Barbara: ⁊ ideo tot sunt modi quot sunt argumēta: sed quia oīa talia argumenta similiter se habēt ideo reputant pro vno modo. Ex his habetur q̄ ꝓprie loquendo nullus syllogismus est in Barbara vel in aliquo modo cum syllogismus per se sit Barbara vel modus: dicit tñ syllogismus improprie in barbara vel alio modo sicut signatū in suo signo. Et sic cum dicit syllogismus est in Barbara: sensus est syllogismus est argumentū ordinatū quātum ad premissas ⁊ conclusionē sicut illa dictio Barbara exprimit. Et sicut dicitur de Barbara ita ⁊ de quocūq; alio modo alterius figure dicitur.

Barbara ſcat

Absolute loquēdo barbara nō ē primus modus prime figure.

Syllogismꝰ improprie dicit esse in modo.

¶ Contra dicta arguit. Omne rationale vel irrationale est asinus: ⁊ oīs homo est rationalis vel irrationalis: ergo oīs homo est asinus Conclusio est impossibilis ⁊ premisse vere (vt videtur) ⁊ tñ arguit in Barbara: ergo barbara nō est ꝯsequentia formalis. ¶ Respondet distinguendo maiorē: qz maior si est vna disiūctiua tūc nō arguitur in barbara. Vel maior potest esse cathegorica de disiūcto extremo. Et hoc dupliciter. Uno modo q̄ totum disiunctū sumatur pro medio ⁊ distribuat in maiori ꝓpositiōe. Et sic negatur q̄ non sequat cū tunc arguat in barbara ⁊ maior sit adeo falsa sicuti ꝯclusio. Alio modo q̄ solum ille terminus rationale sumat pro medio ⁊ solū distribuat in maiori: ⁊ sic concedit q̄ non sequat cū plus sumatur pro medio in vna premissaꝝ q̄ in alia q̄ in bono syllogismo fieri non debet.

Celarent 2. Celarent secūdus modus constat ex maiori vniuersali negatiua ⁊ minore vniuersali affirmatiua: vniuersalē negatiuam directe cōcludentibus: vt nullū animal est lapis: omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis.

¶ Hic agit̄ de secūdo modo prime figure qui Celarēt dicit̄: vnde eodē modo sicut de barbara dictū est ita ⁊ de celarēt dicat̄: ꝙ scz fit terminus secūde intētionis neutri generis ſcans de materiali ſcato argumentū syllogisticū ꝑme figure: ⁊ de formali ſcato sic se habere ſcans sicut vocales in ipso posite deuotāt. Et syllogism⁹ in celarēt est ꝑfectus ⁊ īmediate ꝑ dici de nullo regulat̄.

¶ Arguit̄. Nō sequit̄. Nullū viuens generabit̄: ⁊ oīs hō est viuēs: ꝗ nullus hō generabit̄: ⁊ tñ arguit̄ in celarēt: ergo argumentū in celarēt nō est bonū.

¶ Respōdetur. Ibi arguit̄ a minus amplo ad magis amplū ex parte minoris extremitatis: nam iste terminus homo in minori recipitur ad presens: in ꝯclusione vero per verbū futuri temporis stat pro presentibus ⁊ futuris.

Darij 3. Darij tertius modus ꝯstat ex maiore vniuersali affirmatiua ⁊ minore particulari affirmatiua particularē affirmatiuam directe ꝯcludētibus: vt omne animal est substātia: quidam homo est animal: ergo quidam homo est substantia.

¶ Sicut de barbara et celarent dictum est: ita ⁊ de Darij dicatur. Et syllogismus in Darij perfectus est ⁊ euidens: quia regulat̄ per dici de omni: antecedens patet. Quicquid dicitur de subiecto complete distributo debet dici de quolibet sumpto sub eo: sed in syllogismo in darij maior extremitas predicatur de medio complete distributo in maiori ꝓpositione: ⁊ minor extremitas sumitur sub medio in minori ꝓpositione: ergo maior extremitas debet dici de minori in conclusione.

¶ Arguitur. Non sequitur. Omnis essentia diuina est generās: ⁊ filius est essentia diuina: ergo filius est generans: premisse sunt vere ⁊ conclusio falsa tamē arguitur in Darij. ¶ Respondet̄. Q̄ si medium in maiori complete distribuit̄ valet syllogismus ⁊ tunc conclusio adeo falsa sicut maior. Si vero medium incompleta distributione distribuit̄ maior est vera sed non valet syllogismus cum medium in nulla premissarum complete distribuatur.

Ferion 4. Ferion quartus modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua: ⁊ minore particulari affirmatiua: particularē negatiuam directe cōcludentibus: vt nullū animal est lapis: quidā homo est animal: ergo quidam homo non est lapis.

¶ Iste est quartus modus prime figure: ⁊ est vniuersalis negatiuus. Nam modoꝝ prime figure directe concludentiū duo dicunt̄ vniuersales scz: barbara: ⁊ celarēt primus affirmatiuus: alter negatiuus: ⁊ duo sunt particulares: scz Darij ⁊ Ferion: primus affirmatiuus: secundus negatiuus. Et attendit̄

ſyllogiſmus eſſe vniuſalis particularis affirmatiuus vel negatiuus ſi cō-
cluſio eſt vniuſalis particularis. ꝛc. vt Ferion particulare negatiuam facit
concluſionem: ideo ſyllogiſmus in Ferion eſt particularis negatiuus perfe-
ctus qui immediate ſicut celarent regulatur per dici de nullo.
¶ Arguit. Non ſequitur. Nullum animal eſt genus: ꝛ ſubſtantia eſt animal
ergo ſubſtantia non eſt genus: ꝛ tamen arguitur ibi in Ferion: ergo. ꝛc.
¶ Reſpondet. Ibi arguitur a ſuppoſitione materiali ad perſonalē: ratione
termini animal: qui in maiori ſupponit materialiter: ꝛ in minori perſonaliter
ergo non oportet valere argumentum necꝫ eſt in Ferion.

Penes ꝯcluſionem attendit q̄litas ꝛ quātitas ſyllogiſmi.

Baralipton quintus modus cōſtat ex duabus vniuerſali-
bus affirmatiuis: particularē affirmatiuā indirecte ꝯcludē
tibus: vt omne animal eſt ſubſtantia: oīs homo eſt animal:
ergo quedā ſubſtantia eſt homo. Et reducit ad primū mo-
dum prime figure per ꝯuerſionē cōcluſionis per accidēs.

Baralipton. 5.

¶ Quintus modus prime figure qui eſt primus modus indirecte ꝯcludens
dicitur Baralipton: nō tamen eſt modus perfectus cum non immediate re-
guletur per dici de omni: ſi enim regularetur per dici de omni oporteret q̄
illud quod dicitur de medio complete diſtributo in maiori ꝓpoſitione dicat
de minori extremitate in ꝯcluſione: ſed ſic nō eſt in Baralipton: vnde Bara-
lipton modus eſt imperfectus ꝛ reducitur ad Barbara vt docetur in textu.
Et vltima vocalis in Baralipton ſcz oīhil facit ad ſyllogiſandū: nam vt
ſuperius dictum eſt in omni modo ex pluribus & tribus vocalibus conſti-
tuto tantum prime tres vocales ſyllogiſmi diſpoſitionem denotant.
¶ Arguit Pe. Hiſ. ponit tres modos indirecte cōcludentes: ꝯuenientes in
premiſſis cum tribus modis directe ꝯcludentibus: ergo a ſimili debuit po-
nere alī quē modum indirecte ꝯcludentem ꝯuenientem in premiſſis cū quar
to modo. ¶ Secundo arguit. Non ſequitur. Omne pictum eſt imago: ꝛ oīs
homo eſt pictus: ergo imago eſt homo: tamen eſt in Baralipton.
¶ Ad primum dicitur. Q̄ non eſt ſimile: eo q̄ nullus modus concludens
directe poteſt aliquid concludere indirecte niſi concluſio eius poſſit abſo-
lute conuerti: ſed trium modorum concluſiones poſſunt abſolute conuerti:
concluſio vero de Ferion (cum ſit particularis negatiua) non poteſt ab-
ſolute conuerti: quia argueretur a non diſtributo. ꝛc. et ideo auctor non po-
ſuit modum indirecte concludentem correſpondentem Ferion.
¶ Ad ſecundū dicit. Q̄ minor extremitas terminus homo equiuocat. ꝛc.

Cur baralipton ſit modus imperfectus.

Celantes ſextus modus cōſtat ex maiore vniuerſali negati
ua. ꝛ minore vniuerſali affirmatiua: vniuerſalē negatiuā in-
directe cōcludentibus: vt nullum animal eſt lapis: oīs homo
eſt animal: ergo nullus lapis eſt homo. Et reducit ad ſecun-
dum modum prime figure: cōcluſione conuerſa ſimpliciter.

Celantes 6.

¶ Sextus modus prime figure Celantes in premissis a Celarent nō differt ideo ꝛ per simplicem conclusionis cōuersionem ad Celarent reducitur.
¶ Arguitur. Non sequitur. Omne animal substantia nō est: ꝛ oīs homo est animal: ergo nulla substantia est hō: ꝛ tñ arguit in Celantes: ergo Celantes non est ꝯsequentia formalis. ¶ Respondetur. Q ibi arguatur a non distributo ad distributum ratione termini substātia in maiori ꝛ conclusione: ideo necꝫ oportet valere syllogismū: ꝛ ex consequenti necꝫ est in Celantes.

Dabitis 7. Dabitis septimus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua: et minore particulari affirmatiua: particularem affirmatiuā indirecte ꝯcludentibus: vt omne animal est substantia: quidā homo est animal: ergo quedam substantia est homo. Et reducitur ad tertiū modū prime figure conclusione conuersa simpliciter.

¶ Dabitis septimus modus prime figure in premissis a Darij nō differt cum modus sit imperfectus indirecte concludens habet reduci ad Darij ꝑ simplicem conclusionis conuersionem.
¶ Arguit. Non sequit ꝫr. Omne individuum alicuius speciei est asinus: et ioannes est individuum alicuius speciei: ergo asinus est ioannes: et tñ est in Dabitis. ¶ Respondetur. Q arguatur a suppositione materiali ad personalem: ratione termini ioannes in minori et conclusione.

Fapesmo 8. Fapesmo octauus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua ꝛ minore vniuersali negatiua: particularē negatiuā indirecte cōcludentibus: vt oē aīal est substātia: nullus lapis est animal: ergo quedā substātia nō est lapis. Et reducitur ad quartū modū prime figure maiore cōuersa per accidēs: ꝛ minore simpliciter: ꝛ per transpositionē premissarū.

¶ Fapesmo octauus prime figure modus in premissis non cōtinet aliquem modo perfectum ideo per simplicē ꝯclusionis ꝯuersionē nō potest reduci ad aliquē modū pfectū (sicut tā dicti tres modi impfecti) de hoc postea videbit.
¶ Arguit. Nō sequit in Fapesmo. Oīs homo falsē est asinus: ꝛ nullus equus est homo: ergo asinus falsē nō est equus. ¶ Rñdetur. Q argumentū nō sit in Fapesmo cum sit ex puris negatiuis: nam maior est negatiua ratione termini falsē qui formaliter includit negationem.

Frisesmoꝝ 9. Frisesmorū nonus modus cōstat ex maiore particulari affirmatiua: ꝛ minore vniuersali negatiua: particularē negā

tiuꝫ indirecte cõcludentibus: vt quoddã animal eſt ſubſtã-
tia: nullus lapis eſt anial: ergo quedã ſubſtantia nõ eſt lapis
Et reducit iſte modus ad quartũ modũ ꝓme figure maioꝛe
t minoꝛe cõuerſis ſimpliciter: t ꝑ tranſpoſitionẽ premiſſaꝝ
¶ Ultimus modus prime figure Friſeſmoꝛ quattuoꝛ conſtat vocalibus tñ
tantum prime tres faciunt ad formã ſyllogiſticã (vt prius dictum eſt) t iſte
imperfectus modus reducitur t perficitur per Ferion vt videbitur.
¶ Arguit. Friſeſmoꝛ nõ regulatur per dici de oñi vel ꝑ dici de nullo: cũ
maioꝛ ſit particularis affirmatiua: ergo nõ eſt conſequẽtia ſyllogiſtica t forma-
lis. ¶ Reſpondet. Licet Friſeſmoꝛ ỹmediate nõ regulet ꝑ dici de oñi vel
per dici de nullo regulat tñ mediate ſcz per reductionem eius ad Ferion.

# De ſecunda figura.

SEquitur ſecunda figura cuius tales dantur regule. In
ſecunda figura maioꝛe exiſtente particulari nihil ſequi- Regula 1.
tur. Item in ſecunda figura ex puris affirmatiuis nihil ſe- Regula 2.
quitur. In ſecunda figura ſemper cõcluditur negatiue. Regula 3.
¶ Poſtq̃ auctoꝛ determinauit de prima figura t de eius regulis ac modis Continuatio.
conſequenter determinat de ſecunda figura que eſt. Quando medium pre-
dicatur in ambabus premiſſis. Et illius figure tres in textu ponit regulas
ꝓ quibus nota (vt ſequitur.)

Intelle-
ctus t ra-
tio regule

Prime. In ſecunda figura maioꝛe exiſtente par-
ticulari nihil ſequitur formaliter: ſyllogiſtice: in modo a Pet.
Hiſ. poſito. Cuius hec ratio eſt: qꝛ argueretur a non diſtributo
ad diſtributũ: ex parte maioꝛis extremitatis: que in maioꝛi non
diſtribuereꝫ t in concluſione diſtribueretur: vt quoddã animal
eſt homo: t nullus aſinus eſt homo: igit nullus aſinus eſt aial. Notabile.
Si tamen arguatur expoſitoꝛie vel reductiue ad expoſitoꝛium:
vel ſi medium accipiatur collectiue in ambabus: vel concludat
indirecte: vel medium in vna premiſſarum diſtribuatur t preca
ueatur ne arguatur a non diſtributo. tc. valet ſyllogiſmus etiã
maioꝛi exiſtente particulari bene ſequitur: exempla faciliter ha
beri poſſunt.

Secũde. In ſcõa figura ſyllogiſtice nihil ſequitur
ex puris affirmatiuis. Ratio: qꝛ medium in nulla premiſſarum
diſtribueretur: vt nõ ſequitur: omnis homo eſt animal: t omnis
aſinus eſt animal: ergo omnis homo eſt aſinus.

Tertie. In ſcõa figura ſemp concludit negatiue
t hoc dũmodo mediũ in nulla premiſſaꝝ diſtribuat: ſingulari-
ſetur: aut cũ relatiuo ideꝫptitatis ſumatur in minoꝛi.

Cesare 1. Secunda figura quattuor habet modos. Cesare primus modus cōstat ex maiore vniuersali negatiua et minore vniuersali affirmatiua: vniuersalē negatiuam directe cōcludentibus: vt nullus lapis est animal: oīs homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Et reducitur iste modus ad secundū modum prime figure maiore conuersa simpliciter.

¶ Textus presens ad talem sensum intelligit. Quattuor sunt termini communiter vsitati non coincidētes in significādo: ꝑm rationes suas formales oēs syllogismos secunde figure directe concludēdo significātes: et hoc capiendo syllogismū ꝓ premissis tantū: et isti quattuor termini: Cesare: Camestres: Festino: Baroco. Et syllogismi secunde figure non sunt perfecti et euidentes cum non regulentur per dici de omni vel dici de nullo: fiunt tamen perfecti et euidentes per syllogismos prime figure ad quos reducuntur.

¶ Arguit primo. Cesare et camestres habēt casū ꝑmissas: ergo non sunt modi distincti: sequentia tenet qz syllogismi distinguuntur per premissas. ¶ Arguitur secūdo. Non sequit in Cesare: nullum corruptū est aliquid: sed omnis res est aliquid: ergo nulla res est corrupta.

¶ Respondetur ad primū q̄ in Cesare et camestres sunt eedem premisse materialiter non tamē formaliter: quia non sunt eodem modo disposite et differunt per transpositionē earum. ¶ Ad secundum dicitur q̄ arguitur a minus amplo ad magis amplum cum distributione magis ampli ex parte minoris extremitatis.

Camestres 2. Camestres secundus modus constat ex maiore vniuersali affirmatiua: et vniuersali negatiua minore: vniuersalē negatiuam directe cōcludentibus: vt omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. Et reducit iste modus ad secundū modū prime figure minore et cōclusione cōuersis simpliciter et per transpositionē premissarū.

¶ Arguit. Nō sequitur in Camestres. Cuiuslibet ꝯtradictionis altera pars est vera: et nullum falsum est verum: ergo nullum falsum est ꝯtradictionis altera pars. ¶ Respondet q̄ ibi arguit a non distributo ad distributū: ratione termini pars: nam in maiori non distribuitur: et in conclusione distribuit.

Festino. 3. Festino tertius modus constat ex maiore vniuersali negatiua: et minore particulari affirmatiua: particularē negatiuam directe ꝯcludentibus: vt nullus lapis est animal: quidā

homo eſt aīal: ergo quidā homo nō eſt lapis: ⁊ reducit̄ iſte modꝰ ad q̄rtū modū p̄me figure maiore ꝯuerſa ſimpliciter.

¶ Arguit̄. Nō ſequit̄ in Feſtino. Nullū aīal eſt generandū: ⁊ aliquis hō eſt generādus: ḡ aliquis homo nō eſt aīal: nō eſt formalis ꝯſequentia vt patet.

¶ Reſpondet̄ ꝙ terminus homo in minori ſtat pro p̄ſentibus ⁊ futuris ſed in concluſione tantū pro preſentibus: ergo nō oportet valere ꝯſequentiā.

Baroco quartus modus conſtat ex maiore vniuerſali affirmatiua: ⁊ minori particulari negatiua: particularē negatiuam directe ꝯcludentibus: vt oīs homo eſt animal: quidam lapis nō eſt animal: ergo quidam lapis nō eſt homo. Et reducitur ad primū modū prime figure per impoſſibile. Reducere autē per impoſſibile eſt ex oppoſito cōcluſionis cum altera premiſſarū inferre oppoſitū alterius premiſſe. Sumatur enī oppoſitū cōcluſionis: ſcz oīs lapis eſt homo cum maiore huius: ſ. cum iſta oīs homo eſt animal: infertur oppoſitum contradictoriū minoris ⁊ ſic arguit̄: oīs homo eſt animal: oīs lapis eſt homo: ergo omnis lapis eſt animal. Baroco 4. Reducere p̄ impoſſibile.

¶ Arguit̄. Non ſequitur in Baroco. Omnis homo vel aſinus eſt aſinus: et riſibile nō eſt aſinus: ergo riſibile non eſt homo vel aſinus. ¶ Reſpondetur ſi totum diſiunctum diſtribuitur tunc bene valet: ſi autem ſolum pars tunc non valet: quia tunc arguitur a non diſtributo ad diſtributum.

## De tertia figura.

Sequitur de tertia figura cuius tales dantur regule. In tertia figura minore exiſtente negatiua nihil ſequitur Item in tertia figura cocluſio debet eſſe particularis. Tertia figura ſex habet modos. Regula 1. Regula 2.

¶ Poſtq̄ auctor determinauit de ſecūda figura ⁊ de eius regulis ac modis ꝯſequēter h̄ de tertia figura (que eſt qñ mediū ſubijcit̄ in ambabus p̄miſſis) det̄minat: ⁊ ponit primo duas regulas in p̄nti textu deinde in ſequēti enūerat tertie figure ſex modos. quos Ualla ca. 52. tertij dialectices nō putat eē ponēdos: ⁊ dicit tertiā figuram nihil in ſe habere ſanitatis: hoc tamen dicto Ualle nō obſtāte Pe. Hiſ. ex rationibus dictis circa quinq̄ vltimos prime Continuatio. Ualla.

figure modos: non inconuenienter tertiã figurã suis cum modis hic ponit.

¶ Prima regula intelligitur sic. Minore existente negatiua nihil sequitur in tertia figura syllogistice in modo a ꝑe. dif. posito. Et hoc dummodo concluditur directe: ꝛ de modo loquẽdi ꝯsueto: ꝛ dũmodo maior extremitas fuerit terminus cõmunis: non distributus per signũ vniuersale affirmatiuũ: ꝛ dũmodo maiori extremitati in cõclusione non addit relatiuũ ideptitatis: ꝛ p aliquã illaꝝ clausulaꝝ potest aliquid sequi minori existẽte negatiua: sed demptis his casibus nihil sequit: vt iurta regulã non sequitur omnis homo est animal: ꝛ nullus hõ est asinus: ergo asinus nõ est animal.

¶ Secunda regula intelligit. In tertia figura semp cõcluditur particulariter arguendo syllogistice in modo a ꝑe. dif. posito: quia argueret a non distributo ad distributũ: qđ si ꝓcauet potest etiã cõcludi vniuersaliter: qñdo scz concludit conclusio de modo loquendi incõsueto: vt oĩs homo est animal: ꝛ nullus homo est asinus: ergo oĩs asinus animal nõ est.

Darapti 1. Darapti primus modus constat ex vniuersali affirmatiua maiore ꝛ vniuersali affirmatiua minore: particularem affirmatiuã ꝓcludentibus directe: vt oĩs homo est substãtia: oĩs homo est animal: ergo quoddã anĩal est substãtia: ꝛ reducit ad tertiũ modum prime figure minore ꝓuersa per accidẽs.

¶ Textus presens eo modo licut de secunda figura dictum est intelligitur scz ꝙ ter sunt termini. ꝛc. omnes syllogismos tertie figure directe cõcludendo significantes ꝛ hoc capiendo syllogismũ pro premissis tantum: et syllogismi tertie figure non sunt perfecti et euidentes ideo reducunt ad syllogismos perfectos prime figure vt videbitur.

¶ Arguit. Non sequitur in Darapti. Cuiuslibet homis oculus est dexter ꝛ cuiuslibet hominis oculus est sinister: ergo sinistrum est dextrum: premisse possunt esse vere tamẽ conclusio est falsa. ¶ Ridetur medium in nulla premissarum cõplete distribuitur: ergo non oportet valere syllogismum.

Felapton 2. Felapton secundus modus constat ex vniuersali negatiua maiore: ꝛ vniuersali affirmatiua minore: particularẽ negatiuã directe cõcludentibus: vt nullus homo est lapis: oĩs homo est animal: ergo quoddã animal non est lapis: ꝛ reducit ad quartũ modũ prime figure minore cõuersa per accidẽs.

¶ Arguitur. Non sequitur in Felapton: nullus equus est certus: ꝛ omnis equus est irrationalis: ergo ceruus non est irrationalis. premisse sunt vere conclusio falsa. ¶ Respondet. Ibi arguitur a non distributo ad distributũ ratione termini irrationale: ergo non oportet bonum esse syllogismum.

Disamis 3. Disamis tertius modus cõstat ex particulari affirmatiua

maiore: ⁊ vniuersali affirmatiua minore particularez affirmatiuam directe ꝯcludẽtibus: vt quidã homo est substantia omnis homo est animal: ergo quoddã animal est substãtia: ⁊ reducit̃ ad tertiũ modum prime figure maiore ⁊ cõclusione cõuersis simpliciter: ⁊ per transpositionẽ premissarum.

¶ Arguitur. Non sequitur in Disamis. Alicui homini inest sanitas: ⁊ omni homini inest albedo: ergo quedam albedo est sanitas. Neqꝫ sequit̃. A quodam homine videtur equus: ⁊ ab omni homine videtur lapis: ergo a quodã lapide videtur equus. ¶ Respondetur. In vtroqꝫ male concluditur sed in primo debet sic concludi: ens cui inest albedo est ens cui inest sanitas: sed in secundo sic: ergo a quo videtur lapis: ab eodem videtur equus: ꝙ autem sic debeat concludi patet resoluendo premissas.

Datisi quartus modus ꝯstat ex vniuersali affirmatiua maiore: et ꝑticulari affirmatiua minore ꝑticularẽ affirmatiuã directe ꝯcludentibus: vt oĩs homo est substantia: quidã hõ est animal: ergo quoddã animal est substãtia: ⁊ reducit̃ iste modꝰ ad tertiũ modũ prĩe figure minore ꝯuersa simpliciter. Datisi 4.

¶ Arguit̃. Non sequit̃ in Datisi. Alicuius speciei omne indiuiduũ est asinus: et alicuius speciei indiuiduũ est homo: ergo hõ est asinus: tñ premisse sunt vere ꝯclusio falsa: igit̃. ¶ Respondet̃. Mediũ sit nulla premissarum cõplete distribuit̃ ⁊ determinatiõi in minori deberet addi relatiuũ idẽptitatis sic: ⁊ alicuius speciei eiusdẽ indiuiduum est homo: tũc bene valeret. ⁊c̃.

Bocardo quintus modus ꝯstat ex maiore particulari negatiua: ⁊ minore vniuersali affirmatiua particularẽ negatiuam directe ꝯcludẽtibus: vt quidam hõ nõ est lapis: oĩs hõ est aĩal: ergo quoddã aĩal nõ est lapis: ⁊ reducit̃ ad primum modũ p̃me figure ꝑ ĩpossibile. Sumat̃ enĩ oppositũ ꝯdictoriũ ꝯclusionis cũ altera premissaꝝ: ⁊ infert̃ oppositũ alteriꝰ premisse: vt om̃e aĩal est lapis: oĩs hõ est aĩal: ergo oĩs hõ est lapis. Hec enĩ cõclusio facta per impossibile in primo modo prime figure cõtradicit maiori ꝯuertenti, s. tertie figure. Bocardo 5.

¶ Arguitur. Non sequit in Bocardo: asinus bois non currit: z cuilibet bois asinus currit: ergo currens non est currens. ¶ Respondetur negando minorem qz totum medium in nulla premissarum distribuitur.

Ferison 6. Ferison sextus modus constat ex maiore vniuersali negatiua: z minore particulari affirmatiua: particularē negatiuam directe ꝯcludentibus: vt nullus homo est lapis: quidā homo est animal: ergo quoddā animal nō est lapis. Et reducit ad quartū modū prime figure minore ꝯuersa simpliciter. ¶ Arguit. Nō sequitur in Ferison. Nullus homo est asinus: z alicuius hominis asinus est asinus: ergo asinus non est asinus. ¶ Respondet. Medium premissa affirmatiua non est totale extremum. zc.

Regle de syllogismis ꝯcludētibus indirecte particularē negatiuā

Syllogismoz concludentiū particularē negatiuā indirecte tales dantur regule. Nullus syllogismus ꝯcludens particularē negatiuā indirecte potest eam ꝯcludere directe. Et cōcludens directe potest ꝯcludere indirecte. Item prima figura cōcludit oīa genera propositionū: scilicet vniuersalē: particularem: affirmatiuā: z negatiuā. Secunda figura ꝯcludit particularē negatiuā z vniuersalē negatiuā. Tertia ꝯcludit particularē affirmatiuā z negatiuā. Versus. Barbara/Celarent/Darij/Ferion/Baralipton/Celantes/Dabitis/Fapesmo/Frisesmoz̄/Cesare/Camestres/Festino/Baroco/Darapti/Felapton/Disamis/Datisi/Bocardo/Ferison. In his quattuoz versibus predictis sunt nouēdecim dictiones nouēdecim modis deseruientes: ita q̄ per primā dictionē intelligit primus modus prime figure: z p secundā secūdus modus. zc. Vnde primi duo versus deseruiūt oībus modis prime figure. Tertius vero versus p̄ter vltimā eius dictionem defuit modis secūde figure: ita q̄ prima dictio deseruit

Que ꝓpōnū genera prima figura ꝯcludat.

Que ꝓpōnū genera secūda figura ꝯcludat.

Ter. fig. q̄ ꝓpōnū gña ꝯcludat

Decē et nouem modi oīm figurax his versib⁹ enumerant.

primo modo: ⁊ secūda secūdo mō: ⁊ sic de alijs. Vltima vero dictio tertij versus cum alijs dictionibus quarti versus deseruit modis tertie figure. Sciendū ꝙ per has vocales scz a.e.i.⁊.o. intelligunt quattuor genera propositionū: ita ꝙ ꝑ hanc vocalē a. intelligit vniuersalis affirmatiua: ⁊ per e. vniuersalis negatiua: ⁊ per i. particularis affirmatiua: et per o. particularis negatiua: ⁊ in qualibet dictiōe sunt tres sillabe Et aliud residuum est superfluum nisi m. vt postea patebit. Et per primā illarum sillabarū intelligit maior propositio ⁊ per secundā minor: ⁊ per tertiam conclusio. Verbi gratia. Prima dictio. s. barbara habet tres sillabas in quarū qualibet ponit a. ⁊ per a. ter positū significat ꝙ primus modus prime figure cōstat ex duabus ꝓpositionibus vniuersalibus affirmatiuis vniuersalē affirmatiuā concludentibus. Et ita intelligit de alijs dictionibus ſm vocales ibi positas.

Quid ꝑ q̄ttuor vocales a.e.i.o designet.

Quid ꝑ modorum sillabas designetur.

¶ Postq̄ auctor deiminauit de forma ꝯūi oīm syllogismoꝝ ī oībus figuris ꝯūter ꝑ vberiori declaratiōe eoꝝ q̄ dicta sunt ponit quedā notabilia que de se sunt clara nulla egēt explanatiōe. Sed qr sepius de syllogismo expositorio mētio facta est: ideo videndū quid sit: ⁊ quomodo teneat eius ꝯsequētia.

Continuatio.

Syllogismus expositorius. Est syllogismus cuius mediuz est terminus singularis vel cōis singulariter tētus ⁊ vniuoce sic se habens: ꝙ a qualibet premissarum ad vnam de omni valet ꝯsequentia. Et est duplex: scz.

- Expositorius virtualiter. Est syllogismꝰ cuius mediū est terminꝰ cōmunis restrictus in vna premissaꝝ ꝑ relatiuū idēptitatis: vt iste hō est anīal ⁊ ioānes est idem animal: ꝫ ioannes est iste homo.
- Expositoriꝰ formaliter. Est cuiꝰ mediuz est terminus ſris singulariter et vniuoce tētus: ⁊ talis syllogismus expositorius ē duplex. s.
  - Perfectus. Est qui manifeste regulat per aliqd̄ principiū regulatiuū syllogismoꝝ expositorioꝝ: vt sunt syllogismi expositorij tertie figure. De principijs syllogismoꝝ expositorioꝝ regulatitiuis inferius videbitur.
  - Imꝑfectꝰ. Est qui nō manifeste regulat per aliqd̄ principium syllogismoꝝ expositorioꝝ regulatiuū: vt sunt syllogismi expositorij prime ⁊ secūde figurarū.

Nōbile. 1.

Sequit de duobus principijs syllogismoꝝ expositoriorum regulatiuis: quoniã expositorij nõ possunt regulari nec per dici de omni: nec dici de nullo: cum non sint de medio cõmuni: ideo expositorij alia duo habent principia. ꝛc.

Mõbile 2. ¶ Primũ principiũ syllogismoꝝ expositoriorꝝ regulatiuũ. Conuenit syllogismis expositorijs affirmatiuis ꝛ est hoc. Quecunq; uni ꝛ eidem sunt eadem inter se sunt eadem: hoc in proposito sic intelligit. Quicunq; duo termini verificant de tertio aliquo termino singulari singulariter et vniuoce tento etiam affirmant de se inuicem: vt si isti duo termini currens et homo verificantur de tertio termino singulari scilicet petro in premissis etiam verificabunt de se inuicem in conclusione: vt petrus est currens: petrus est homo: ergo homo est currens.

¶ Secundũ principium syllogismoꝝ expositoriorꝝ negatiuoꝝ regulatiuũ est hoc. Quorũcunq; duoꝝ alterum alicui est idem cui reliquum est diuersum illa inter se sunt diuersa. i. Quicũq; duo termini sic se habent q; vnus affirmat de tertio singulari singulariter ꝛ vniuoce tento de q alter negatur illi de se inuicem negant: vt petrus non est asinus: ꝛ petrus est rationalis: ergo rationale nõ est asinus. Et per illas duas maximas tenent oẽs modi arguendi expositorie: et ista principia conueniunt immediate syllogismis expositorijs tertie figure: ideo tales dicunt pfecti ꝛ manifeste regulantur: sed aliarum figuraꝝ dicunt imperfecti ꝛ reducunt ad tertiam figuram.

Mõbile 3. Ad syllogismum expositorium requirunt tres ꝓditiones

Prima. Q; medium sit terminus singularis vel terminus cõmunis singularisatus.

Secũda. Q; medium teneat singulariter ꝛ vniuoce: q; non sequit. Joannes est homo: ꝛ ioannes est individuum: ergo homo est individuũ: nam ioannes in minori non tenetur singulariter. Nec sequit: hoc est homo: demonstrando ioannem: ꝛ hoc est asinus: demonstrando brunellũ ergo asinus est homo: quia medium equiuocat.

Tertia. Q; a qualibet premissarũ ad vnã de omni. i. ad ꝓpositionem vniũsalem valeat ꝙsequentia. Et ideo nõ sequit. Dec essentia diuina est pater: ꝛ hec essentia diuina est filius: ergo filius est pater: cuꝫ premisse sint vere conclusio falsa: ergo deest hec conditio: q; non sequit: hec essentia diuina est pater: ergo oẽ; quod est hec essentia diuina est pater: quia filius est essentia diuina. ꝛc.

Cõz. ¶ Corolarie sequit ex dictis. Q; in qualibet figura et quolibet modo potest fieri bonus syllogismus expositorius ꝑm formã dispositã in tali figura ꝛ modo. Et in hoc debent seruari ꝓditiones generales seruande in alijs syllogismis de medio cõmuni vt in barbara sic arguendo. Omne qõ est ioannes est substantia: sed oĩs hõ est ens quod est ioannes: ergo oẽs homo est substãtia: ꝛ ꝓportionabiliter potest fieri in alijs modis etiã aliarum figuraꝝ. Et dicitur superius notanter ꝑm formam: q; premisse dicti syllogismi de facto non sunt quante sicut denotat premissas esse illius modi barbara: q; maior est singularis sufficit tamen q; formam habeat vniuersalem.

¶ Cõtra dicta arguitur primo. Non sequitur in prima fi

gura. Hoc ego careo: ⁊ pecunia est hoc: igitur ego careo pecunia: premisse de facili sunt vere: cōclusio vero falsa: tñ arguitur expositorie in prima figura.
¶ Arguitur secundo. Non sequitur expositorie in secunda figura. Ante diluuium non fuit Noe: sed Adam non fuit Noe: ergo Adam non fuit ante diluuium: tamen premisse sunt vere: conclusio falsa.
¶ Arguitur tertio. Non sequitur expositorie in tertia figura. Hec essentia diuina est pater: ⁊ hec essentia diuina est filius: ergo filius est pater.
¶ Respondet̄. Ad primū dicitur ꝙ arguat̄ a nō distributo ad distributū ratione termini pecunia qui in minori nō distribuit̄: sed in cōclusione per verbum careo quod includit negationē. ¶ Ad secundū dicit̄. Qꝛ latenter ibi arguit̄ a non distributo ad distributū: nam subiectū maioris est hoc totum ens ante diluuiū quod nō distribuit̄ in maiori sed in ꝯclusione
¶ Ad tertium dicit̄ ꝙ nō sit syllogismus expositorius cum desit tertia conditio ad bonitatē syllogismi expositorij requisita: quia subiecto premissarū non potest addi hoc complexū. Omne quod est manente veritate earum.

Et sciendum est ꝙ quattuor dictiones primi versus incipiunt ab his cōsonantibus. b. c. d. ⁊ f. et omnes alie dictiones sequentes: et per hoc intelligendū est ꝙ omnes que incipiunt per dictionem inchoatam per. b. debent reduci ad primum modū prime figure: et omnes que incipiunt per dictionem inchoatam per. c. ad secundū: et per. d. ad tertium: et per f. ad quartū. Item vbicunq; ponitur. S. in illa dictione significat̄ ꝙ propositio intellecta per vocalem immediate precedentem debet conuerti simpliciter: ⁊ propositio intellecta per vocalem immediate precedentē istam litteram. P. debet conuerti per accidens: et vbicunq; ponitur. M. debet fieri transpositio in premissis. Est enim trāspositio in premissis facere de maiore minorem: ⁊ econuerso. Et vbicunq; ponitur. C. significatur ꝙ modus intellectus per illam dictionem in qua ponitur debet reduci per impossibile. Vnde versus. Simpliciter vult. S. verti. P. vero per acci. M. vult trāsponi. C. per impossibile duci. Seruat maiorē: variatq;

Documēta gñalia ꝓ syllogismorum reductiōe.

Versus ꝓ syllogismoꝝ reductione.

secūda minorē. Tertia maiorem variat: seruatq; minorē.

Continuatio. ¶ In precedentibus auctor noster determinauit de oībus figuris ⁊ modis omnium figurarum decem ⁊ nouem ponendo modos quoꝝ quattuor primi tantum perfecti alij oēs imperfecti existunt: ideo ⁊ ad primos quattuor modos perfectos prime figure reduci habent: de quoꝝ reductione (specialiter. Quomodo quiuis modoꝝ habeat reduci) ostendit Pe. His. circa singulos modos omnium figurarum. Nunc vero cōsequenter in presenti textu de reductione syllogismorum in genere generalia ponit documenta que de se in textu patent pro quibus tamen (vt sequitur) etiam nota.

Notabile. Reducere syllogismū. Est bonitatem vnius syllogismi minus notam: per bonitatem alterius magis notam ostēdere. Et cōtingit dupliciter Reducere: scz.

Cōuersiue. Est reducere virtute cōuersionis ⁊ trāspositionis premissarū ad intentionem versiculoꝝ in textu S. vult simpliciter verti. ⁊c. Et sic oīs imꝑfectus syllogismus ad perfectū reducit: qui incipit a sua littera: vt Baralipton ad Barbara Celantes ad Celarent. Darapti ad Darij ⁊ et sic de alijs modis preter Bocardo et Baroco quibus nō conuenit reductio conuersiua.

Per impossibile. Est ex opposito ꝯclusionis primi syllogismi cum vna premissaꝝ inferre oppositū alterius ꝑmisse: de hoc in textu ponunt versiculi. Seruat maiorem. ⁊c. Et oēs quindecim modi impertecti sic reduci possunt tñ ꝓprie tantū Bocardo ⁊ Baroco sic ⁊ nō alia reductione habēt reduci.

Cōꝝ. ¶ Corollarie sequitur ex dictis. Q: omnes syllogismi imꝑfecti sufficiēter: probant reductione ꝯuersiua preter syllogismos in Bocardo ⁊ Baroco qui non possunt aliter nisi per impossibile reduci ⁊ probari: in reliquis vero modis imꝑfectis. Reductio per impossibile non est necessaria cum sufficienter conuersiue probari possint (vt docuit noster auctor circa singulos modos in textu) q̄uis ex superhabūdanti omnes imperfecti modi ꝑ impossibile reduci possint tamen pluralitas (sine necessitate) est vitanda: ideo de syllogismorum reductionibus hec sufficiant.

De inutilibus ꝯiugationib⁹. De his Arist. 1. Priorum. Sed quia Aristoteles in prioribus ostendit cōiugationes in quibus non sequitur conclusio ex premissis esse inutiles per inuentionem terminoꝝ in quibus non tenet huiusmodi coniugatio: ideo vtilis est inuentio talium terminorum. Vbicunq; etiam fiat inutilis cōiugatio contra regulas syllogismorum prius assignatas. Accipiendi igitur sunt duo termini diuersi scilicet due species sub vno genere differentia: vel proprio: vel accidente: vt homo: asinus: animal: vel

duo termini quoꝝ alter de altero predicetur siue conuertibiliter siue non: cum extraneo vtriusqꝫ vt homo: risibile: lapis. Vel homo: animal. lapis. vel accipiẽdi sunt duo termini quorum alter de altero predicet siue cõuertibiliter siue non cum superiore ad vtrũqꝫ: vt homo: risibile: substãtia: vel homo: animal substantia. Per hanc enim regulã disiunctiuã cuicunqꝫ generi applicetur siue substantie: siue quantitati: siue alicui aliorum semper inueniũtur termini per quos inutilis cõiugatio demonstrabit non tenere. Et tales terminos appellat Aristotiles in prioribus terminos in quibus non. Et nota q̃ inuenire terminos in quibus nõ est acceptis tribus terminis facere coniugationem in qua premisse sunt vere ꝛ cõclusio falsa manente eadem qualitate ꝛ quãtitate propositionum. Verbi gratia: hic est inutilis cõiugatio: nullus homo est asinus: nullus lapis est homo: ergo nullus lapis est asinus: ꝛ isti sunt termini in quibus sic. Contra hanc inutilem coniugationẽ accipiũtur termini in quibus non per secundum membrũ regule homo: risibile: asinus. Arguitur sic. Nullus asinus est homo: nullum risibile est asinus: ergo nullum risibile est homo: ꝛ sic: premisse sunt vere ꝛ conclusio est falsa: manente eadem qualitate ꝛ quantitate propositionũ in vtraqꝫ cõiugatione ꝛ vtrobiqꝫ manente eadem figura.

Inuenire terminos in ḡbus nõ

¶ Hic in fine quarti tractatus postq̃ Pe. Hisp. determinauit de figuris: et modis omniũ figurarum qui secũ Aristo. coniugationes siue conbinationes vtiles vocantur: hic breuiter agit de cõiugationibus inutilibus. Et dicit auctor in textu q̃ sm Aristo. in libro Priorum coniugationes ostendũtur inutiles per inuentionẽ terminoꝝ in quibus non tenent huiusmodi coniugationes ꝛ ad inueniendũ tales terminos in textu tres ponunt modi seu regule vnde (vt sequitur) nota.

Continuatio.

Möbile. 1. **Cõiugatio logicalia.** Est premissarũ conbinatio. Et est duplex: scz.

**Vtilis.** Est conbinatio premissarum ex qua conclusio sequitur syllogistice et formaliter: vt barbara: darij. Et generaliter oñe argumentũ quod est in modo ⁊ figura dicitur coniugatio vtilis.

**Inutilis.** Est conbinatio premissarum ex qua conclusio nõ sequit syllogistice ⁊ formaliter: vt arguendo ex puris negatiuis: ex puris particularib⁹ ⁊ generaliter arguendo cõtra regulas circa figuras assignatas coniugatio est inutilis: vnde vt sequitur tres sunt modi coniugationum inutilium.

Möbile. 2. **Tres modi** ponunt in textu ad ostendẽdum aliquã formam syllogismi non esse vtilem.

**Primus.** Accipiẽdi sunt termini diuersi contenti sub vno genere: vt isti duo termini homo ⁊ asinus cõtinentur sub animali: ⁊ ex his conbinatio facta ex ambab⁹ particularibus est inutilis: vt nõ sequit. Quidã homo est animal: ⁊ quidã asinus est animal: ergo quidã asinus est homo.

**Secũdus.** Accipiẽdi sunt termini duo quorũ vnus predicat de alio siue hoc sit conuertibiliter siue nõ conuertibiliter: cum vno tertio termino extraneo. i. qui vere negatur de his duobus terminis: vt homo: risibile lapis: quia non sequit ex puris negatiuis: null⁹ homo est lapis: ⁊ nullum risibile est lapis: ergo nullum risibile est homo.

**Tertius.** Accipiẽdi sunt duo termini quorum vnus predicatur de alio: cũ tertio termino qui est superior ad vtrum q̃ illoꝝ: vt homo: risibile: substãtia: per istos enim terminos in tertia figura non potest inferri conclusio vniuersalis: quia nõ sequitur: omis homo est risibilis: ⁊ omnis homo est substãtia: ergo omnis substantia est risibilis.

Möbile. 3. ¶ Sciendũ. Q conbinationes syllogistice capiunt penes cõbinationem quattuor vocaliũ: quattuor ⁊ genera ꝓpositionum designantiũ scz. a. e. i. o. Et quia iste vocales possunt coniungi sedecies: ergo in qualibet figura sunt sedecim coniugationes alique vtiles: alique inutiles. Quomõ autem dicte vocales coniungant sedecies patet in figura sequenti.

| AA. | II. | AI. | IA. |
|---|---|---|---|
| Utilis: vt barbara: baralipton: darapti. | Inutilis: q̃ ex puris particularibus nihil sequitur. | Utilis: vt darij: dabitis: datili. | Utilis: vt disamis. |
| **EE.** | **OO.** | **EO.** | **AE.** |
| Inutilis: ga ex puris negatiuis nihil sequitur. | Inutilis: ga ex puris negatiuis et particularib⁹ nihil sequitur. | Inutilis: ga ex puris negatiuis ⁊c. | Inutilis: q̃ argueretur a nõ distributo a distrib. rone maioris extremitatis. |

| AE | IO. | AO. | IE. |
|---|---|---|---|
| Utilis: vt fapeſmo: cameſtres. | Inutilis: qz ex puris particularibus. ꝛc. | Utilis: vt baroco. | Utilis: vt friſeſmozum. |

| EA. | OI. | OA. | EI. |
|---|---|---|---|
| Utilis: vt celarent: celantes: ceſare: felapton. | Inutilis: qz ex puris particularibus. ꝛc. | Utilis: vt bocardo. | Utilis: vt ferion: feſtino: feriſon. |

¶ Poſtremo eſt ſciendum. Qz cum pzeſens quartus tract. correſpondeat pzioribus Ariſtotelis qui et de poteſtatibus ſyllogiſmozum in ſecundo Pzioꝝ determinat: ꝛ pariter Pe. hiſ. de aliquibus ſyllogiſmozum poteſtatibus modos poſuerit non immerito de illis (vt ſequitur) notandum eſt. Mobile. 4.

¶ Poteſtas ſyllogiſmi. Eſt ꝓprietas accidẽtalis cõueniens ſyllogiſmo gratia forme ſyllogiſtice valens ad veritatis euidentiam: ꝛ falſitatis oſtenſionem. Et ſunt ſex. Unde verſus. Plu. falſum circu. conuerſ. per impoſ. ꝛ oppo. Quas (vt ſequitur) nota.

¶ Pzima poteſtas. Eſt poſſe plura cõcludere. Et hoc capiendo ſyllogiſmũ pzo pzemiſſis tantum: vt ſyllogiſmus in barbara concludit primo vniuerſalem affirmatiuã: ſecundo particularem illius vniuerſalis: et tertio conuertentem illius particularis: ꝛ ſic ꝯcludit tres concluſiones.

¶ Secũda. Eſt ex falſis ſyllogiſare verum: vt omnis homo eſt rudibilis: ꝛ oĩs aſinus eſt homo: ergo oĩs aſinus eſt rudibilis. Omnis lapis eſt homo: ꝛ omne riſibile eſt lapis: ergo omne riſibile eſt homo.

¶ Tertia. Eſt circulariter ſyllogiſare. i. eſt ex concluſione ſyllogiſmi dati cum cõuerſa vnius pzemiſſe inferre aliam pzemiſſam vt ſi ſic arguatur. Omne animal rationale eſt riſibile: ꝛ omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt riſibilis: et tunc arguitur ſic circulariter ponendo concluſionem pzo maiozi: ꝛ conuertendo minozem ſimpliciter: concludẽdo maiozem pzioris ſyllogiſmi ſic arguendo. Omnis homo eſt riſibilis: et omne animal rationale eſt homo: ergo omne animal rationale eſt riſibile. Sed quando minoz ſyllogiſatur tunc ſumitur concluſio pzo minoze: et cum conuertente maiozis infertur minoz. Et hec poteſtas ſolum fit in terminis conuertibilibus.

¶ Quarta. Eſt conuerſiue ſyllogiſare. i. eſt ex oppoſito concluſionis cum altera pzemiſſarum inferre oppoſitũ alterius pzemiſſe: vt omnis homo eſt riſibilis: ꝛ lapis non eſt riſibilis: igitur lapis nõ eſt homo: reſpectu cuius ſequens dicitur ꝓuerſiuus: omnis homo eſt riſibilis: ꝛ omnis lapis eſt homo: igitur omnis lapis eſt riſibilis. Et dicitur ſyllogiſmus cõuerſiuus a conuerſione in oppoſitam qualitatem: conuertit enim concluſionem in contrarium vel contradictozium.

¶ Quinta. Eſt ex oppoſitis ſyllogiſare. i. eſt ex pzemiſſis cõ

trarijs vel contradictorijs inferre conclusionem in qua idem negatur de seipso: vt nulla disciplina est studiosa: et omnis disciplina est studiosa: ergo nulla disciplina est disciplina.

¶ Sexta. Est p impossibile syllogisare. i. est ex opposito cõtradictorio veri proterue negati cum manifeste vero inferre manifeste falsum a quo nos trãsferimus ad probandã conclusionem finaliter intentam et proterue negatam: vt si quis proterue negaret illam. Omnis homo est animal: formabitur talis syllogismus ad impossibile. Omne sentitiuũ est animal: et homo non est animal: ergo homo non est sentitiuus: vbi conclusio est falsa: ergo aliqua premissarũ non maior: quare minor: et quia minor est falsa: ergo sua cõtradictoria est vera que est ꝓpositio finaliter intenta.

## ¶ Sequuntur Regule generales: circa Syllogismum obseruande.

1. ¶ Prima regula. In omni syllogismo cathegorico totales extremitates debent ingredi conclusionem.

Unde non sequitur. { Quilibet asinus est hominis: et / Omne ridibile est asinus: ergo / Omne ridibile est homo. } quia ens hominis est maior extremitas et hoc totum non ponitur in conclusione.

Nec sequit. { Oẽ risibile vel ridibile est asinꝰ: et / Respondens est risibilis: ergo / Respondens est asinus. } qz deberet sic cõcludi ergo: respondens vel ridibile est asinus.

2. ¶ Secunda regula. In nullo syllogismo medium vel aliqua extremitatum debet equiuocari.

Unde non sequitur. { Omnis canis est latrabilis: et / Sidus celeste est canis: ergo / Sidus celeste est latrabile. }

Nec sequitur. { Omne animal est genus: et / Omnis homo est animal: ergo / Omnis homo est genus. }

3. ¶ Tertia regula. In omni syllogismo cathegorico oportet medium ad minus in vna premissarum esse totale extremum.

Unde non sequitur. { Cuiuslibet hominis anima est immortalis: et / Equus est hominis: ergo / Equi anima est immortalis. }

Nec sequitur. { Illius hominis oculus est dexter: et / Illius hominis oculus est sinister: ergo / Oculus dexter est oculus sinister. }

4. ¶ Quarta regula. In omni syllogismo cathegorico de medio communi oportet medium complete distribui.

Unde non sequitur. { Omnis homo est animal: ⁊ Omnis asinus est animal: ergo Asinus est homo.

Nec sequitur. { Omnis essentia diuina est pater: ⁊ Filius est essentia diuina: ergo Filius est pater.

Nec sequit̃. { Omne animal fuit in arca noe: et Respondens est animal: ergo Respondens fuit in arca noe. } qꝛ animal mediũ incomplete distribuitur tantuꝫ pro speciebus singuloꝝ: Si vero distribueret̃ pro singulis indiuiduis tunc argumentum bene valeret ⁊ esser maior adeo falsa sicut conclusio.

¶ Quinta regula. In nullo syllogismo arguendũ est a non distributo ad distributum. 5.

Unde non sequitur. { Nullus religiosus est omnis monachus: et Omnis monachus est religiosus: ergo Nullus monachus est monachus.

Nec sequitur. { Nullum subiectũ est predicatum: et Cuiuslibꝫ ꝓpõis cathegorice ẽ sbiectũ: igitur Nullius ꝓpositionis cathegorice est predicatum. } qꝛ ens subintellectũ distribuit̃ ĩ ꝯclusione ⁊ non in minori.

Nec sequitur. { Nullum verum est falsum: et Cuiuslibet ꝯdictionis altera pars est vera igitur Nullius ꝯtradictionis altera pars est falsa. } qꝛ altera pars in minori non distribuit̃: sed in ꝯclusione.

¶ Sexta regula. In nullo syllogismo debent variari proprietates logicales scilicet: Suppositio. Ampliatio. Appellatio. Restrictio. Alienatio. 6.

Unde nõ sequit̃. { Omne homo est species: et Petrus est homo: igitur Petrus est species } qꝛ arguit̃ a suppositõe materiali ad personalẽ ratiõe termini homo in maiori et minori.

Nec sequitur. { Omni tpe risibile est oĩs hõ: et Presens tẽpus est tẽpus: igit̃ In presenti tẽpore risibile est omnis homo. } qꝛ arguit̃ a suppositione ꝯfusa tm̃ ad determinatã ratione termini risibile in maiori ⁊ conclusione.

Nec sequitur. { Nullum mortuum est viuum: et Omnis homo est viuus: ergo Nullus homo est mortuus. } quia homo in minori nõ ampliatur: sed in cõclusione.

Nec sequitur. { Omnis canis dñm suũ cognoscit: ⁊ Iste canis est canis: igitur Iste canis cognoscit dñm sum. } qꝛ ibi variat̃ appellatio rationis.

Nec sequit. [Quilibet hō est masculus: ꝛ / Agnes est homo: igitur / Agnes est masculus.] qz homo in maiori restringit ad standuz pro viris tñ: in minori vero stat irrestricte.

Nec sequit. [Dis homo mortuus nō est alal: ꝛ / Joannes est homo: igitur / Joannes non est animal.] qz ibi variat alienatio: nā hō in maiori alienat: ī minori vero nō alienat

7. ¶ Septima regula. Obliquus distributus aut singulariter tentus captus pro medio in vna premissarum in alia debet mutari in suum rectum secum eiusdem numeri.

Unde non sequitur. [Cuiuslibet hominis oculus est dexter: ꝛ / Siniſter oculus est hominis oculus: igitur / Siniſter oculus est dexter.]

Nec sequitur. [Petri asinus currit: et / Equus est petri: igitur / Equus currit.]

8. ¶ Octaua regula. In prima figura non debet esse plus vel minus predicatū minoris q̄ fuit distributū a parte subiecti in maiori.

Unde non sequitur. [Nullus denarius valet grossum: et / Omnis florenus valet denarium: igitur / Nullus florenus valet grossum.]

Nec sequitur. [Nullus asinus videt equum: et / Omnis homo videt asinum: igitur / Nullus homo videt equum.]

9. ¶ Nona regula. Si medio distributo in maiori addit determinatio obliqualis cōmuniter tenta nō distributa eidem determinationi in minori debet addi relatiuum idemptitatis.

Unde non sequitur. [Alicuius speciei omne individuum est asinus: ꝛ / Respondens est individuum alicuius speciei: igitur / Respondens est asinus.]

Nec sequitur. [Hominis quelibet pars est in scolis: et / Omne caput est hominis pars: igitur / Omne caput est in scolis.]

10. ¶ Decima regula. Determinatio addita copule in aliqua premissarum debet etiam addi in alia.

Unde non sequitur. [Omnis homo essentialiter est substantia: ꝛ / Homo est albus: igitur / Substantia essentialiter est alba.]

Nec sequitur. [Omnis homo adequate est risibilis: ꝛ / Petrus est homo: igitur / Petrus adequate est risibilis.]

¶ Vndecima regula. In quolibet ſyllogiſmo eadem debet eſſe habitudo terminorꝝ. Et hoc intelligendū eſt quo ad ſitum: quo ad caſum ⁊ quo ad determinationes ſyllogiſmorum. 11.

Vnde non ſequitur.
Hominis aſinus non eſt aſinus: et
Quilibet aſinus eſt aſinus hominis: igitur
Aſinus non eſt aſinus.

Hec ſequitur.
Omnem equum videt homo: et
Brunellus eſt equus igitur
Brunellus eſt homo videns.

Hec ſequitur.
Omne creans eſt deus: ⁊
Quelibet diuina ꝑſona ꝓtingēter eſt creans: igit Quelibet diuina perſona contingenter eſt deus.
qz nō eſt eadē habitudo in concluſione enim non debet poni determinatio non poſita in maiori.

¶ Duodecima regula. In nullo ſyllogiſmo medium in premiſſa in qua non diſtribuitur debet ſtare pro pluribus: cꝫ in illa in qua diſtribuitur. 12.

Vnde non ſequitur.
Omnis homo mortuus eſt clericus: et
Ruſticus eſt homo: igitur
Ruſticus eſt clericus.

Hec ſequitur.
Quilibet homo eſt vir: et
Mulier eſt homo: igitur
Mulier eſt vir.

¶ Tredecima regula. In quolibet ſyllogiſmo cathegorico negatiuo oportet medium in premiſſa affirmatiua eſſe totale extremum. 13.

Vnde non ſequitur.
Omne riſibile vel ridibile eſt aſinus: ⁊
Nullus aſinus eſt riſibilis: igitur
Ridibile vel aſinus nō eſt aſinus.
qz riſibile mediū in ꝑmiſſa affirmatiua non eſt totale extremū.

Licet alij plures alias ſyllogiſmorum ponant regulas: oēs tamen non poſite in dictis regulis comprehenduntꝰ.

# Tractatus quartus Pe. Hiſ. de ſyllogiſmis foeliciter explicit.

# Tractatus Quintus.

## In exordium tracta. quinti Pe. Hi. Notabilia.

Subiectū ꝑsentis tract. De hoc Tatar. 1.q.1. Top.

PResens tractatus a materia cōsiderata inscribitur sic. Tractatus quintus summularuꝫ Pe. Hisp. de syllogismo dialectico: vnde habetur subiectum attributionis illius tracta. syllogismum dialecticum esse: et eius passio circūscribitur hoc completo generatiuū opinionis: contrahitur enim syllogismus in proposito ad materiam probabilem opinionis generatiuā probabiliter: vnde circa principium quarti tract. dictum est: syllogismum dialecticum esse ex cōmunibus ⁊ probabilibus. Et eius sunt duplicia principia. s. materialia et regulatiua. Materialia sunt propositiones dialectice et earum termini: sed regulatiua sunt loci dialectici. i. maxime dialectice per quas dialectica confirmatur argumentatio: ⁊ quamuis de locis dialecticis in presenti tract. agatur cum auctor etiam diffiniat locum. Locus tamen non est subiectum illius tractatus: quia tractatur in presenti minus principaliter de loco in quantum sez est sedes: et fundamentum syllogismi dialectici.

Syllogismi dialectici duplicia sunt principia.

¶ Presens tracta. diuiditur in sex cap. In quorum primo agitur de argumentatiōne et speciebus eius. In secundo diffinitur locus et diuiditur. In tertio agitur de loco a substantia. In quarto de locis a concomitantibus substantiam. In quinto de locis extrinsecis. In sexto de locis medijs.

¶ Contra dicta arguitur sic. Argumentatio dialectica est subiectum huius tractatus ergo non syllogismus dialecticus: antecedens patet: quia argumentatio est quid communissimum et primo notum. ⁊c.

¶ Ad argumentum dicitur. Licet argumentatio sit quid communissimum in presenti tractatu: non tamen est terminus principaliter in illo tractatu consideratus: non enim consideratur in presenti tractatu de argumentatione nisi vt per eius noticiam deuenire possumus in noticiam syllogismi dialectici: agitur. ⁊c.

Tractatus iste quintus diuiditur in quinq; vltimis cap. secundum formam figure sequentis.

Maxima: quid ſit diffinitiue habes cap. ſecundo.

Locus prima ſui diuiſiõe vt habeť. 2. cap. eſt duplex. ſ. Locus

Differentia maxie ꝛ vt dicto 2. ca. habeť iſte locus ē triplex. ſcz.

Locus intrinſecus de q ꝛ eius diuiſiõe habeť cap. 3. et iſte locus eſt duplex. ſcz.

Locus a cõmitãtibus ſubſtantia: de q agiť ca. 4. Et eſt octoduplex: ſcz.

Locus a ſubſtãtia vt habeť ca. 3. eſt triplex: ſ.

Locus a diffinitiõe ad diffinitum ꝛ econtra.
Locus a deſcriptione ad deſcriptum: et econtra. ꝛc̃.
Locus a nominis interpretatione ad interpretatum ꝛ econtra. ꝛc̃.

Locus a toto et eſt ſexduplex: ſcz.

Locus a toto vñ.
Locus a toto integrali.
Locus a toto in quãtitate
Locus a toto in modo.
Locus a toto in loco.
Locus a toto in tempore.

Locus a parte: ꝛ eſt ſexduplex: ſcz.

Locus a parte ſubiectiua.
Locus a parte integrali.
Locus a parte ī quãtitate
Locus a parte in modo.
Locus a parte in loco.
Locus a parte in tẽpore.

Locus a cauſa: ꝛ ẽ q̃duplex: ſcz.

Locus a cauſa efficiente.
Locus a cauſa materiali.
Locus a cauſa formali.
Locus a cauſa finali.

Locꝰ ab effectu eſt q̃duplex: eo modo vt de loco a cauſa eſt dictũ.
Locus a generatione ad generatũ et econtra a generato. ꝛc̃.
Locus a corruptiõe ad corruptũ ꝛ eꝫ
Locus ab vſibus.
Locus a cõmuniter accidẽtibus.

Locus extrinſecus (vt habeť) cap. 5. diuidiť p.

Locum ab oppoſitis qui prima parte dicti cap. diuidiť per locum a relatiue oppoſitis per locum a cõtrarijs: per locum a priuatiue oppoſitis: ꝛ per locum a diſparatis.
Locum a maiori: a minori: a ſimili: a proportione: a tranſſumptione: ab auctoritate: de quibus locis vide ſecundã partem. 5. cap.

Locus medius ẽ triplex: ſcz.

Locus a cõiugatis.
Locus a caſibus.
Locus a diuiſione.

De his locis vide ca. ſextũ.

# Tractatus Quintus.

## De locis dialecticis cap. primū.

Ratio dicit sex modis.

RAtio dicitur multis modis. Primo modo ratio idem est q̄ diffinitio vel descriptio: vt hic: vniuoca dicūtur: quorum nomen est cōmune: z ratio substantie scōm illud nomē est eadem. Secundo modo est quedam virtus anime. Tertio modo idem est q̄ oratio ostendens aliquid sicut sunt ꝓpositiones vel rationes disputantiū. Alio modo idem est q̄ forma materie: vt in cultello ferrū est materia: dispositio vero inducta in ferro est forma. Alio modo idem q̄ essentia cōmunis predicabilis de pluribus: vt essentia generis vel speciei vel differētie. Alio modo idem est q̄ medium inferens cōclusionem: z hoc modo sumitur ratio in diffinitiōe argumēti que talis est. Argumentū est ratio rei dubie faciēs fidem: idest medium probans conclusionē. Conclusio enim debet cōfirmari per argumentū. Est aūt cōclusio argumēto vel argumentis probata propositio: sed anteq̄ probetur tunc est dubitabilis: z est questio. Questio sic diffinitur. Questio est dubitabilis propositio. Medium est quod habet duo extrema. Argumētatio est argumenti per orationem explicatio .i. oratio explicans argumentū. Differt autem argumētum a medio: z ab argumentatione: quia medium dicitur eo q̄ habet duo extrema Argumentum autem addit supra medium virtutem probandi conclusionem: vnde ad hoc q̄ sit argumentū exigitur q̄ sit medium z q̄ habeat virtutem pro-

Argumēti diffi.

Cōclusionis diffinitio.

Diffi. questiōis

Medij diffinitō

Argumētatiōis diffinitio.

Argumentū medium: z argumētatio inter se differunt.

bandi conclusionē. Argumentatio aūt dicitur totalis oratio composita ex premissis et conclusiōe: ⁊ in illa manifestat virtus argumēti: aliquādo enim tota oratio potest inferre vniuersalē affirmatiuā aliquādo non: nisi particularem affirmatiuam: aliquādo vniuersalē negatiuā: aliquādo particularem negatiuam: ⁊ sic manifestatur tota virtus argumēti cum ostendit supra quam conclusionem potest ipsum argumentum: ⁊ supra quam non potest: quod quidē fit in argumentatione vt prius patuit.

¶ Postq̄ auctor tract. quarto determinauit de syllogismo simpliciter dicto incontracte sumpto: consequenter tract. quinto determinat de syllogismo dialectico ad materiam probabilem contracto: ⁊ quia auctor hunc tractatū sumpsit ⁊ extraxit ex Topicorum lib. Cristotelis ⁊ Boetij: ideo sicut ipsi quedam premittunt communia sic ⁊ auctor noster pro generali syllogismi dialectici noticia premittit in prima parte illius cap. Quid sit argumentum: qd conclusio: quid questio: quid medium: ⁊ quid sit argumentatio: ⁊ quomodo ista inter se conueniunt ⁊ differunt: sed qr argumentum diffinitur per rationem: ideo primo auctor ponit acceptiones sex: huius termini ratio que de se patent in textu: pro alijs vero notabilibus in textu positis: vt sequitur sex veniunt notanda. Continuatio.

¶ Diffinitio argumenti sic intelligit. Argumentū est ratio. .i. medium siue antecedens alicuius consequentie rei dubie. i. de re dubia faciens fidem i. generans assensum verum de conclusione prius dubia. Dicit generans assensum verum ad differentiā argumenti sophistici ⁊ syllogismi procedentis ex euidenter falsis ad conclusionē euidenter falsam. Et capit fides in dicta diffinitione large pro assensu conclusionis siue sit generatus per rationem: siue per auctoritatem: ⁊ non capitur stricte fides in proposito pro noticia generata per solam auctoritatem dicentis ⁊ libero arbitrio voluntatis sine aliqua ratione sicut assensus quem habemus de ista propositione: deus est trinus ⁊ vnus: fides tunc vocatur. Nōbile 1. Fides in diffinitione argumēti capit large.

Conclusio capitur dupliciter: scz.

- Large: pro omni consequente siue vero siue falso in bona consequentia illato: ⁊ sic dicitur in omni syllogismo est conclusio.
- Stricte: pro propositione omni ex premissis probantibus illata. Et ita capitur cum describitur dicta diffinitione que sic intelligit. Conclusio est oratio illata ex aliqua premissa vel aliquibus premissis ipsam probante vel probantibus. Nōbile 2.

Möbile 3. **Questio** capitur dupliciter. ſ.

Large: pro omni ꝓpõne ſumpta cum ſigno queſtiuo: ſiue illa propoſitio ſit vera: ſiue falſa: ſiue ꝓbabilis: ſiue nõ vt ibi tũc eſt queſtio. Vtrum quodlibet eſt vel nõ eſt: vtrum homo eſt aſinus. Et ſic queſtio non capitur in propoſito.

Alio modo queſtio capitur ſtricte: pro ꝓpoſitione dubia ſumpta cum ſigno queſitiuo que per aliquã argumẽtationem poteſt fieri euidens ꝛ manifeſta: ꝛ hoc modo capitur in diffinitione queſtionis: que ſic intelligitur queſtio eſt dubitabilis ꝓpoſitio. ſ. ſumpta cum ſigno queſitiuo ꝛ que nata eſt fieri euidens per aliquem proceſſum.

Möbile 4. **Medium** ſecũde intẽtionalit capit dupliciter ſcz.

Vno modo pro termino bis ſumpto in premiſſis ante concluſionẽ: et ſic capitur in quarto tractatu.

Alio modo capitur pro totali antecedente: ꝛ ita capitur in dicta expoſitione diffinitionis argumenti: ideo tertius ſic intelligatur: medium eſt quod habet duo extrema. i. eſt antecedens ex duobus extremis cõpoſitũ intelligendo per extrema duas premiſſas: vel vnam propoſitionẽ que ſit antecedens alicuius conſequentie.

Möbile 5. ¶ Argumẽtatio in ꝓpoſito capit pro omni bona conſequẽtia cuius antecedens eſt probatiuum conſequentis: et ſolum pro tali. Et ſecũdum hunc modum intelligat diffinitio argumentationis in textu poſita.

Möbile. 6. **Differũt medium: argumentum: et argumentatio.**

Medium: dicit abſolute in quantũ habet duo extrema: non curando an tale ſit probatiuũ vel non.

Argumentũ: addit ſupra medium virtutẽ probandi concluſionẽ: qz dicit tantũ de antecedente ꝓbatiuo. Et ſic omne argumentũ eſt medium ꝛ non econtra.

Argumẽtatio: eſt oratio cõpoſita ex antecedente ꝛ conſequente: ꝛ ita argumentum eſt pars argumẽtationis vt patet ex dictis.

¶ Contra dicta arguitur. Diffinitio argumẽtationis non conuenit omni contento ſub diffinito: ergo non bona: antecedẽs patet: quia non conuenit ſyllogiſmo demõſtratiuo: qz ſyllogiſmus demõſtratiuus non generat fidem de re dubia ſed ſcientiã. Similiter dicta diffinitio non conuenit argumẽto ſophiſtico: nec argumẽto ſyllogiſtico ꝓcedente ex euidẽter falſis. ¶ Reſpondetur. Negando antecedens prime partis argumenti. Et cum dicitur ſyllogiſmus demonſtratiuus non generat fidem negatur prout fides capitur pro aſſenſu omni vero: ꝛ ſic ſcientia eſt fides. Ad ſecundam partem argumenti dicitur concedendo diffinitionem argumentationis non conuenire argumento ſophiſtico: nec ſyllogiſmo cuius premiſſe ſunt euident r falſe: quia vt prius eſt dictum nullum illoꝝ eſt argumentatio cum antecedens non ſit probatiuum conſequentis.

Quattuor argumẽtatiõis ſpẽs. Vide de his Ariſt. 2. priorũ. 3. tract.

Argumẽtationis quattuor ſunt ſpecies. ſ. ſyllogiſmus: inductio: entbymema: ꝛ exemplũ. Diffinitio autem ſyllogiſmi

dicta eſt prius. Inductio eſt a ſingularibus ſufficienter enu/ meratis ad vniuerſale progreſſio : vt ſocrates currit: plato currit: ⁊ ſic de alijs: ergo omnis homo currit. Inductionis diffinitio.

Enthymema eſt ſyllogiſmus imperfectus ideſt oratio in qua nō omibus premiſſis poſitis infertur feſtinata concluſio: vt omne animal currit: ergo omnis homo currit. In hac enim argumētati/ one includitur hec ꝓpoſitio, omnis homo eſt animal: que ſi poneretur perfectus eſſet ſyllogiſmus. Enthymematis diffinitio.

Ariſtoteles ſic diffi/ nit enthymema. Enthymema eſt ex ycotibus ⁊ ſignis: ycos idem eſt ꝙ ꝓpoſitio probabilis. Signū vt hic ſumitur idem eſt ꝙ demonſtratiua ſeu neceſſaria ꝓpoſitio vel ꝓbabilis: et hoc inferēdo. Signū vt hic ſumitur dicit neceſſitatem illa/ tionis: ycos autē dicit probabilitatē ipſius propoſitiōis in ſe ſm quam probabilitatē ꝓpoſitio dicitur eſſe vera. Vnde licet in enthymemate ſit tantū vna ꝓpoſitio inferens ⁊ alia illata: tamē ſm ꝙ propoſitio inferēs apparet omnibus eſſe vera vel pluribus ſic dicitur ycos: quia iam eſſet probabilis: vt quilibet diligit diligentē ſe: ſcōm aūt ꝙ ipſa infert con/ cluſionem de neceſſitate ſic eſt ſignum: ⁊ ſic eadem ꝓpoſitio eſt ycos ⁊ ſignum ſcōm aliud ⁊ aliud. Enthymematis diffi. ſm Ariſt. 2. Priorum.

Si quis obijciat ꝙ en/ thymema debeat ſic diffiniri. Enthymema eſt ex ycote et ſigno cum tantum ſit vna ꝓpoſitio inferens que eſt ycos et ſignum ſecundū diuerſa. Obiectio.

Ad hoc ſic dicendum eſt ꝙ licet ſit vna ꝓpoſitio inferens actu: tamē habet in ſe virtutem dua/ rum ꝓpoſitionum: quia habet in ſe virtutē propriam ⁊ illius que ſubintelligitur: ⁊ ſic eſt vna ſcōm ſubſtantiā ⁊ due ſcōm Obiectiōis ſo/ lutio.

virtutem: et ideo dicitur in plurali numero ex ycotibus et signis: z non ex ycote et signo. Sciendum q̄ omne enthymema debet reduci ad syllogismum. In enthymemate enim sunt tres termini sicut in syllogismo: et duo illorum sunt in conclusione: et sunt maior extremitas: et minor extremitas: alius autem non ponitur in conclusione z est medium: illarum autem extremitatū altera sumitur bis et altera semel. Ex extremitate ergo tantum semel sumpta et ex medio fiat vna propositio scōm exigentiam modi et figure: et sic habetur syllogismus verbi gratia: in hoc enthymemate: omne animal currit. ergo omnis homo currit: homo z currit sunt due extremitates: et animal est medium: seo illa extremitas: scilicet homo sumpta est tantū semel: ex ipsa ergo z ex medio fiet vna propositio: scilicet omnis homo est animal: z tunc erit perfectus syllogismus: sic omne animal currit: omnis homo est animal: ergo omnis homo currit. Exemplum est quando vnum particulare probatur per aliud propter aliquod simile repertū in ipsis: vt Parisienses pugnare contra Rothomagēses malū est: ergo Turonenses pugnare contra Pictauenses malum est: quia vtrobiq; est pugnare affines contra affines.

Enthymema reducitur ad syllogismum.

Exēpli diffini.

Continuatio.

¶ Habita diffinitione argumentationis ipsam consequenter auctor secunda parte illius cap. in quattuor diuidit species, s. syllogismum inductionem enthymema z exemplum. Syllogismū Pe. Dis. hic non diffinit sed remittit se ad tract. quartum: alias vero tres argumentationis species hic diffinit: z pro illarum specierum diffinitionibus quedam ponit notabilia z argumentatio quando in dictas diuiditur species debet capi (vt supra dictum est) p̄ pro bona ꝫsequētia cuius antecedens est probatiuum consequentis: z pro euidentia textus sequentia tria habes notabilia.

Incõpleta ⁊ impfecta. Et hec a philoſopho ſecundo Priorum ⁊ primo Topicorꝫ ſic diffinitur. Inductio eſt a ſingularibus ad vniuerſale ꝓgreſſio ⁊ ſic non eſt cõſequentia neceſſaria ⁊ formalis.

Duplex eſt inductio: quedam eſt inductio.

Completa ⁊ pfecta: ⁊ hec diffinit in textu: que diffinitio ſic intelligit. Inductio eſt ſcz ꝓſequentie progreſſio ſcz illatiua vel probatiua a ſingularibus ſufficiẽter enumeratis ad vniuerſale ſcz ſuum ⁊ immediatũ: ⁊ tunc eſt ꝓſequentia neceſſaria ſi fit per ſingularia determinata: ⁊ formaliſi fit per vaga ſingularia: quid ſit ſingulare determinatũ. ⁊c. vide tract. ſecũdo circa diffi. inuidui folio. 48. Et differentiam inter inductionẽ deſcenſum: ⁊ aſcenſum: vide tract. ſuppoſitionũ Marſ. queſt. decima.

Notabile 1. De inductione latius Tatar. ⁊ Prior. 68.

¶ Enthymema in ꝓpoſito capit ſtrictiſſime pro argumentatione in qua ex vna ſola ꝓpõne cathegorica in antecedẽte expreſſa inferꝫ ꝓclusio: cui ꝓpoſitioni ſi aliqua premiſſarũ adderet erit bonus ſyllogiſmus: exemplũ habes in textu: ⁊ ſm illam acceptionẽ enthymematis intelligat diffinitio in textu poſita: ⁊ hoc modo ꝙuerſiones equipollentie ⁊ argumẽtationes hypothetice nõ ſunt enthymemata cũ non poſſint reduci ad ſyllogiſmũ Nam oĩa enthymemata et ſolum talia que ex vna ſola ꝓpoſitione expreſſa inferunt ꝓclusionem reducunt ad ſyllogiſmũ. vnde reducere enthymema ad ſyllogiſmũ: eſt antecedenti enthymematis addere vna ꝓpoſitionem virtute cuius totum antecedens de neceſſitate infert ꝓſequens quod de neceſſitate non ſemp ſequitur ad antecedẽs enthymematis. Et ad cognoſcendum que premiſſa deficiat: aduerte ꝙ ſi terminus qui eſt predicatũ in ꝓclusione ponitur in antecedente deficit minor: ſed ſi ille terminus qui eſt ſubiectũ conſequentis ponatur in antecedẽte deficit maior. Exemplũ primi: vt in hoc enthymemate: omne animal eſt ſubſtantia: ergo oĩs homo eſt ſubſtantia: reducitur ad ſyllogiſmum addendo iſtam minorem: omnis homo eſt animal. Exemplum ſecundi: vt in hoc enthymemate omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia: reducitur ad ſyllogiſmum addendo illam maiorem omne animal eſt ſubſtantia. reducitur itaqꝫ dicto modo enthymema ad ſyllogiſmum tanꝫ imperfectum ad perfectũ ⁊ ob hoc quidam enthymema trũcatum vocant ſyllogiſmũ: alij impfectum ſyllogiſmũ. Unde ⁊ Valla cap. vltimo ſue dialectices ſic inquit. Enthymema philoſophi (quãdo ipſi vtũtur) imperfectum ſyllogiſmum: quãdo apud oratores etiam Rethoricum ſyllogiſmum vocauerunt: ſcilicet putantes aut nunquã vti ſyllogiſmo oratorem: aut vti non poſſe: de quo (ſi libet vide plura dicto loco.

Mõbile 2.

De enthy. Tat. 69. li. 2. Prior

Reducere entimema ad ſyllogiſmum.

Quõ cognoſcatur ꝙ premiſſa deficiat in enthimemate.

Valla.

¶ Exemplũ in textu capit ſtricte prout eſt ex vno particulari ad aliud particulare probandũ argumẽtatio probatiua ꝓpter ſimilitudinem in eis repertã. ⁊ particulare hic capit large: vt etiã ſe extendat ad indefinitam ⁊ ſingularem. Et exemplũ nõ eſt bona nec probatiua ꝓſequentia niſi exprimat terminus ſimilitudinis: et ſic hic non eſt bonum exemplũ. Viennẽſes ſunt diuites: ergo Budenſes ſunt diuites: ſed hic eſt bonum exemplum. Viennenſes ſunt diuites: ergo Budenſes ſunt diuites: quia habent vtriqꝫ bonum portũ danubij. Exemplum reducitur ad ſyllogiſmũ accipiendo terminum importantem ſimilitudinem pro medio: ⁊ predicatum ꝓclusionis pro

Mõbile 3.

De exẽplo latiꝰ Tatar. 62. lib. 2 Prior. et. 69.

Quõ exemplus reducatad ſyllogiſmum.

maiori extremitate ꝛ subiectū pro minori extremitate vt dictū exemplū. Viennenses sunt diuites: ergo Budēses sunt diuites: qz vtrigz habēt bonū portum danubij: sic reducit. Bēs habētes bonum portū danubij sunt diuites: sed Viennēses habent bonum portū danubij: ergo Viennēses sunt diuites

Galle. de exemplis quomodo eis vtantur oratores. vide cap. lvij. Lau. Galle.

¶ Cōtra dicta arguit primo sic. Hic est progressio a singularibus ad vniuersale. Petrus currit: paulus currit: ioannes currit: ꝛ sic de alijs. ergo oīs asinus currit: ꝛ tamen ibi non est inductio cum non sit argumentatio probatiua nec illatiua: ergo diffinitio inductionis est insufficiēs.

¶ Secundo arguitur sic. Hic est enthymema. Socrates currit: ꝛ plato disputat: ergo socrates currit: ꝛ tamen non est reducibile ad syllogismum: ergo male dicitur q enthymema reducatur ad syllogismum.

¶ Tertio arguitur sic. Ad probationē conclusionis nō sufficit noticia antecedentis: sed bonitas consequentie: sed in exemplo non est bonitas ꝯsequentie: ergo per exemplum nihil probari potest.

¶ Ad primum dicitur. Qz in dicto argumento non arguatur ad vniuersale suum: sed ad vniuersale aliorum singulariū: ideo nō oportet valere consequentiam.

¶ Ad secundū dicitur. Negando consequentiā quia hoc intelligitur de enthymemate cuius antecedēs est vna propositio cathegorica.

¶ Ad tertium: dicitur. Licet in exemplo nō sit bonitas ꝯsequentie formalis: tamen est bene materialis cōsequētie bonitas: ꝛ hoc sufficit ad propositum.

# Cap. Secundum.

Loci diffinitio. QVia autem argumentū per locū confirmat: ideo danda est diffinitio loci: prout locus hic sumit. Locus est sedes argumenti: vel id a quo ad ꝓpositam questionem cōueniens trahitur argumentū: quid autem sit questio dictū

Corolarium. est. Et sciendū q ꝓpositio/questio: cōclusio/ꝛ enunciatio fm substantiam idem sunt. Differūt aūt fm rationes: diuersas enī habēt rationes siue diffinitiones: vt prius patuit: scōm enī q dubitabilis est: est questio: put vero iam probata est per argumentū est cōclusio: prout vero ponit pro alio in premissis est ꝓpositio: quia propositio dicit scōm q est in premissis ad probandū conclusionē. Enūciatio aūt est scōm q significat eē vel nō esse: vt socrates currit socrates nō currit

Habito de diffinitione loci sequit diuisio ipsius loci. Locus aũt diuidit in locum maximã ⁊ in locũ differentiã maxime. Diuisio loci.

Locus maxima idem est q ipsa maxima. Maxima est propositio qua non est altera prior neq notior: vt omne totum maius est sua parte. Idem de quocũq predicatur diffinitio ⁊ diffinitũ: ⁊ de quocunq predicat species: de eodem predicatur genus. Locus maxima

Locus differẽtie maxime. differẽtia maxime est illud quo vna maxima differt ab alia: vt iste maxime de quocũq predicatur species ⁊ genus: ⁊ de quocunq predicatur diffinitio ⁊ diffinitum: differũt per terminos ex quibus cõponuntur. Vna enim componitur ex genere ⁊ specie. Altera ex diffinitione ⁊ diffinito. vnde isti termini simplices dicuntur differentie maxime. Est sciendum q tam locus maxima q locus differentia maxime dicit locus: quia vterq confert firmitatem ⁊ robur argumẽto. Vnde ꝓportionabiliter sumitur hic locus ad locum in rebus naturalibus: quia sicut ille seruat res omnes inesse: sic similiter hic locus confirmat argumentũ.

Locus in ꝓposito capit metaphorice.

Item locus differẽtia maxime diuidit per locum intrinsecũ extrinsecum: ⁊ medium. Locus intrinsecus est quãdo sumit argumentũ ab his que sunt de substãtia rei: vt in diffinitione: vt si dicatur: animal rationale mortale currit: ergo homo currit. Locus extrinsecus est quãdo sumitur argumentum ab his que omnino separata sunt a substantia rei: vt ab oppositis: vt si queratur vtrum socrates sit albus ⁊ probetur: socrates nõ est niger: ergo socrates est albus. Locus medius est quando sumitur argumentum ab his que partim

Locꝰ differẽtia maxime diuidit
Locꝰ intrinsecꝰ

Locꝰ extrinsecꝰ

Locus medius

conueniũt cum terminis in questione positis ꝛ partim differunt ab eis sicut vniuoca ꝛ denominatiua que dicũt conugata: vt si queratur vtrum iusticia sit bona: et probetur sic: iustum est bonum: ergo iusticia est bona.

Continuatio. ¶ Postq̃ Pe. His. cap. primo determinauit de argumentatione ꝛ speciebus eius: ꝓsequenter hic cap. secundo tractat de locis dialecticis in quibus fundantur argumẽtationes dialectice. Et in ꝓsenti textu tria facit. Primo diffinit locum ꝛ ex diffinitione vnum infert corolariũ. Secundo diuidit locum in locum maximam ꝛ locum differentia maxime: diffiniendo et diuisionis membra. Tertio locum differentia maxime subdiuidit per locum intrinsecum: extrinsecum: et medium: declarando ꝛ hec tria diuisionis membra: ꝓpter euidentia totius huius cap. sequentem nota diuisionem cum vno notabili ꝛ duobus corolarijs.

Diuisio loci. **Locus** (vt habes in textu) est sedes argumenti. i. oratio cõfirmatiua argumẽti dialectici. Vel est id. qđ. i. vel est habitudo terminoꝝ ratione cuius talis oratio habet veritatẽ ꝓ ꝓmã clausulam diffinitionis tangitur locus maxima: ꝛ per secundã locus differentia maxime. Est enim locus duplex. scz.

**Locus maxima.** Est oratio cõfirmatiua argumenti dialectici. i. est quedam regula siue propositio per se nota confirmatiua argumenti dialectici: exemplũ habes in textu.

**Locus differẽtia maxime.** Est illud per quod. qđ. i. sunt termini vel habitudo terminoꝝ ex quibus componitur maxima: exẽplum habes in textu ꝛ videbis quoq; sequenti corolario. Et locus differentia maxime diuidit per locum intrinsecum: extrinsecum: ꝛ medium.

**Locus intrinsecus** (vt in textu dicit. Est quãdo sumit. qđ. i. qñ terminus inferẽs ꝛ illatus idẽ important ꝙuertibiliter: vel nõ ꝙuertibiliter: vel vnus ꝓdicat rem inexistentem alteri aliquo modo essendi in: ꝛ terminus inferẽs dicit terminus positus in antecedẽte ꝛ nõ in ꝓsequente ꝛ terminus illatus dicit terminus in ꝓsequente positus: ꝛ nõ antecedẽte: vt arguendo sic: petrus est hõ: ergo petrus est aial: ibi sumit argumentũ ab illo termino homo qui ꝙuenit intrinsece cũ termino illato. s. animali: de loco intrinseco et eius diuisione latius cap. 3. et. 4.

**Locus extrinsecus** per oppositũ dicit qñ terminus inferẽs ꝛ illatus non idem. qđ. Exemplum habes in textu: latius de loco extrinseco ꝛ eius diuisione. 5. cap.

**Locus medius.** Est quãdo terminus inferens ꝛ terminus illatus partim ꝙueniũt partim differunt: exemplum habes in textu. vide latius per totum. 6. cap.

Circa argumentū dialecticum querit dupliciter: ſcz.

Vnde locus: quod nihil aliud eſt querere q̄ que eſt habitudo termini inferentis ad illatum: ⁊ reſponderetur a diffinitione ad diffinitum: a ſpecie ad genus. ⁊c. i. terminus inferens habet ſe vt diffinitio reſpectu termini illati. ⁊c.

Notabile.

Da maximā: ⁊ per hoc querit maxima argumenti confirmatiua per quā tenet ꝓſequētia. Et nihil aliud eſt q̄ dare regulā per quā complete terminat argumētum: quia reſponſio ad primum queſitum (vt ex predictis patet) non complete confirmat argumentum.

¶ Corolarie ex dictis ſequit primo. locum et ſedem in propoſito capi ſecunde intentionaliter pro oratione confirmatiua. ⁊c. vt dictus eſt: ⁊ hoc methaphorice ad ſimilitudinē loci ⁊ ſedis realium: quia in tali oratione confirmatiua quieſcit argumentū ſicut contentū in cōtinente: ⁊ ſedens in ſede intellectus enim dubitās de probatione alicuius argumenti reperto loco per quem tenet tale argumentū dubitare ceſſat ⁊ quieſcit.

Corolariū. 1. Locus ⁊ ſedes hic ſcē intētionaliter capiunt.

¶ Corollarie ex dictis ſequitur ſecundo qualem habeant inter ſe differentiam. Locus maxima: ⁊ locus differentia maxime: differunt enim ſicut perfectum ⁊ imperfectum ⁊ ſicut completū ⁊ incompletum: nam locus maxima explicite complete ⁊ perfecte confirmat argumentum dialecticum: ſed locus differentia maxime implicite ⁊ incomplete confirmat argumentum: vt cum arguitur. homo currit: igitur animal currit: probatur primo conſequentia per locum a ſpecie ad genus. Sed quia dubitari poteſt qualis ſit habitudo ſpeciei ad genus: ideo additur maxima que ſecundo probat et confirmat argumentum: ſcilicet illa de quocunq; vere predicatur ſpecies de eodem etiam vere predicatur ſuum genus: ⁊ illa facit ceſſare dubitationem. Et ex hoc patet q̄ argumentum dialecticum implicite fundatur in loco differentia maxime: explicite vero fundatur in loco maxima.

Corollariū. 2. de differentia inter locū maximā et locū differētiam maxime.

¶ Contra dicta arguitur primo ſic. Argumentū et locus idem ſunt: ergo locus non eſt ſedes argumenti: antecedēs patet quia in hoc argumento: homo currit: ergo animal currit: homo eſt argumentū: eo q̄ habet virtutem inferendi concluſionem: ⁊ eſt locus eo q̄ eſt ſpecies includens habitudinem ad animal: quod eſt genus.

¶ Secundo arguitur ſic: contra diuiſionem loci. Bone diuiſionis membra non debent coincidere: ſed loci diuiſionis membra coincidunt: ergo. ⁊c. Minor probatur quia locus differentia maxime continetur in loco maxima.

¶ Tertio arguitur contra ſubdiuiſionem loci differentie maxime ſic. Locus maxima nō diuiditur per locum intrinſecum extrinſecum ⁊ medium (vt patet in textu) ergo nec locus differentia maxime: tenet conſequentia quia nō videtur maior ratio de vno q̄ de alio.

¶ Ad primum dicitur. Q̄ argumentum et locus idem ſint ſubiecto: non tamen formaliter cum dicant intentiones ſecundas ſpecie differentes.

¶ Ad ſecundum dicatur ſimiliter locum differentia maxime ſolum materialiter ꝓtineri in loco maxima: ſed non formaliter cum locus differentia maxime formaliter dicat terminoꝝ habitudinem in qua fundatur argumentum dialecticū. Sed locus maxima dicit propoſitionē ex illis terminis ꝓſtitutā.

¶ Adtertium dicitur: negando antecedens ⁊ ad probationem dicitur concedendo Pe. His. nō posuisse diuisionem loci maxime: sed propter hoc non sequitur locum maximā non diuidi posse: nam ab auctoritate negatiue non valet consequētia: vel potest dici diuisionem loci maxime satis intelligi per diuisionem loci differentie maxime.

## Cap. Tertium.

Diuisio loci intrinseci. Locus a lubstātia qd sit ⁊ quō diuidatur.

Item locus intrinsecus diuiditur per locū a substantia: ⁊ per locum a concomitātibus substantiā. Locus a substantia est quando sumitur argumentuz ab his que sunt de substantia terminoꝝ in questione positorum: et ille locus diuiditur per locum a diffinitione: a descriptione: et a nominis interpretatione. Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei per essentialia. Locus a diffinitione est habitudo diffinitionis ad diffinitum: ⁊ continet quattuor argumenta: et quattuor maximas. Primo subijciendo diffinitionem affirmatiue: vt animal rationale currit: ergo homo currit. Maxima: quicquid predicatur de diffinitione et de diffinito. Secūdo predicando diffinitionem affirmatiue: vt socrates est animal rationale mortale: ergo socrates est homo. Maxima: de quocunqꝫ predicatur diffinitio ⁊ diffinitū. Tertio subijciendo diffinitionē negatiue: vt animal rationale mortale nō currit: ergo homo nō currit. Maxima: quicquid remouetur a diffinitione etiam remouet̄ a diffinito. Quarto predicando diffinitionem negatiue: vt lapis non est animal rationale mortale: ergo lapis nō est homo. Maxima: a quocunqꝫ remouetur diffinitio et diffinitum. Locus a diffini-

Diffinitō describitur. Locus a diffinitione.

Locꝰ a diffinito

to eſt habitudo ipſius ad ſuam diffinitionem. Et continet quattuor argumenta et quattuor maximas: ſicut locus a diffinitione. Primo ſubijciendo diffinitum affirmatiue: vt homo currit: ergo animal rationale mortale currit. Maxima quicquid predicatur de diffinito et etiam de diffinitione. Secundo predicando diffinitum affirmatiue: vt ſocrates eſt homo: ergo ſocrates eſt animal rationale mortale. Maxima de quocunq; predicatur diffinitum et diffinitio. Tertio ſubijciendo diffinitum negatiue: vt homo nõ currit: ergo animal rationale mortale non currit. Maxima quicquid remouetur a diffinito et etiam a diffinitione. Quarto predicando diffinitum negatiue: vt lapis non eſt homo: ergo lapis non eſt animal rationale mortale. Maxima a quocunq; remouetur diffinitum et etiam diffinitio.

Et ſciendum q̃ locus ſemper debet denominari a termino inferente et non ab illato: vt quando diffinitio eſt inferens eſt locus a diffinitione. Quando vero diffinitum eſt inferens eſt locus a diffinito. Deſcriptio eſt oratio ſignificans eſſe rei per accidentalia: vt animal riſibile eſt deſcriptio hominis vel ſic. Deſcriptio eſt oratio conſtans ex genere et proprio: vt animal riſibile. Locus a deſcriptione eſt habitudo deſcriptionis ad deſcriptum: et quattuor continet argumenta et quattuor maximas ſicut locus a diffinitione: et fomentur hic eodem modo argumenta et maxime ſicut ibi: niſi q̃ ibi ponatur diffinitio et diffinitum: hic vero deſcriptio et deſcriptum. Interpretatio eſt duplex: quedam

Locus denominatur a termino inferente.

Deſcriptio diffinitur.

Locus a deſcriptione.

Interp̃tatio eſt duplex.

est enim que non conuertitur cum interpretato suo: vt lapis pedem est interpretatio huius nominis lapis. Alia est que conuertitur cum interpretato suo: vt amator sapientie est interpretatio huius nominis philosophus: et hoc modo sumitur hic et diffinitur sic. Interpretatio est expositio vnius nominis minus noti per aliud nomen magis notum vel per integram orationem. Locus a nominis interpretatione est habitudo interpretationis ad interpretatum. Et continet tot argumenta et tot maximas sicut locus a diffinitione. Primo subijciendo interpretationem affirmatiue: vt amator sapientie currit: ergo philosophus currit. Maxima quicquid predicatur de interpretatione: et de interpretato: vel fit a parte predicati: vt socrates est amator sapientie: ergo est philosophus. Maxima: de quocunq; predicatur interpretatio et interpretatum: negatiue sic a parte subiecti: vt amator sapientie non currit: ergo philosophus non currit. Maxima quicquid remouetur ab interpretatione et etiam ab interpretato. A parte predicati sic. socrates non est amator sapientie: ergo non est philosophus. Maxima: a quocunq; remouetur interpretatio: et etiam interpretatum: z eodem modo intelligitur de interpretato sicut de diffinito.

Interptatio describitur.

Locus ab interpretatione.

Continuatio.

¶ Posq; auctor diffinitionem et diuisionem loci posuit: consequenter presenti cap. tertio diuidit locum intrinsecum in locum a substantia et in locum a concomitantibus substantiam: et locum a substantia subdiuidit in tria membra que presenti cap. absoluit: pro quo sequentem nota diuisionem.

Locus intrinsecus est duplex: scz.

Locus a substantia. Est quādo sumitur argumentum. ꝛc̄. vt habet̄ in textu. i. qñ terminus inferens et illatus idē important ꝯuertiliter sicut sunt diffinitio ꝛ diffinitū: descriptio ꝛ descriptū: interp̄tatio ꝛ interp̄tatū: ideo ꝛ ille locus diuidit̄ ꝑ locū a diffinitiōe: ꝛ descriptiōe: ꝛ a noīs interpretatione.

Locus a diffinitiōe quid sit et quid sit diffinitio patet in textu. Et capitur ibi diffinitio pro: diffinitiōe quid ditatiua. Et per locum a diffinitione etiam intelligitur locus a diffinito et ad eum reducitur locus a synonymis: ꝛ locus a differētia ad speciē ꝛ ecōtra et quot argumenta et quot maximas contineat patet in textu.

Locus a descriptiōe quid sit ꝛ descriptio quid sit: ꝛ quot argumēta et quot maximas ꝯtineat habes in textu: ꝛ per locū a descriptione intelligit̄ quoq; locus a descripto ad quē reducitur locus a ꝓpria passione ad subiectum.

Locus ab interpretatiōe quid sit ꝛ quō sumat̄ interp̄tatio in ꝓposito: ꝛ quot argumenta: ꝛ quod ꝯtineat maximas: habes in textu. Et per locum a nominis interpretatione intelligit̄ locus ab interpretato: ꝛ ab exponētibus ad expositam: ꝛ econtra. Et interpretatio proprie dicta non videtur differre a diffinitione quid nominis.

Loci intrinseci diuisio.

Locus a cōcomitantibus substantiā: de hoc videbitur per totum cap. sequens.

¶ Contra dicta arguit̄: primo contra locum a diffinitione sic: nō sequit̄. Animal rationale est diffinitio: ergo homo est diffinitio: ꝛ tamē arguitur a diffinitione ad diffinitum: igitur.

¶ Secundo non sequitur per locum a descriptione: homo est species: ergo animal risibile est species: quia antecedens est verum ꝛ consequens falsum: ꝛ tamen ibi arguitur per locum a descripto: igitur.

¶ Tertio. Non sequitur a nominis interpretatione: rusticus est amator sapientie: ergo rusticus est philosophus: antecedēs probatur: quia omnes homines natura scire desiderant: vt primo habetur metaphisice: ꝛ sic antecedēs est verum ꝛ consequens falsum.

¶ Ad prima duo argumēta dicendum: argumēta presentiū locoꝝ tenere ceteris paribus: ad bonitatē consequentie requisitis: ita ꝙ nulla proprietas logicalis variet̄: sed cum ibi arguatur a suppositione materiali ad personalem non oportet valere consequentiam.

¶ Ad tertium dicitur: rusticum quidem desiderare sapientiā sed non amare: quia desideriū est rei absentis: amor autem rei presentis ꝛ habite: quare dictum argumentū bene valet cum antecedēs sit adeo falsum sicut ꝯsequens.

# Cap. quartum.

# Tractatus Quintus.

Locus a cõcomitãtibus substantiã diuidit.

Totũ diuidit.

Totũ vniũsale.

Pars subiectiua

Locꝰ a toto vniuersali.

Locus a specie siue a parte subiectiua.

SEquit de locis a cõcomitantibus substantiã que sum qñ sumit argumentũ ab his que ꝓsequunt terminos in que stione positos. Et diuiditur: quia alius est locus a toto: alius a parte: alius a causa: alius ab effectu: alius a generatiõe: alius a corruptiõe: alius ab vsibus: alius a cõmuniter accidẽtibus. Locus a toto diuidit sicut ipsum totũ. Est enim quoddam totũ vniuersale: aliud totũ integrale: aliud totũ in quãtitate: aliud totũ in modo: aliud totũ in loco: aliud totũ in tpe: z scõm hoc multiplex est locus a toto: q alius est locus a toto vniuersali: alius a toto integrali: z sic de alijs. Et similiter diuidit locus a pte: totũ vniuersale vt hic sumit est qlibet superius substãtiale sumptũ ad suũ inferius in linea ꝓdicamẽtali: vt aial ad hominẽ: z hõ ad socratẽ. Pars subiectiua dicit quodlibet inferius sub toto vniuersali sumptũ. Locus a toto vniuersali siue a genere: est habitudo ipsius totius vniuersalis ad suam partẽ subiectiuã siue ad suã speciem: z est semp destructiuus ꝓdicando totum: vt lapis non est aial: ergo lapis nõ est homo. Maxima a quocũq; remouetur genus siue totũ vniuersale: ab eodẽ remouet species siue pars subiectiua. Locus a specie siue a parte subiectiua est habitudo ipsius ad genus siue ad suũ totũ vniuersale: et est semp cõstructiuus: z tenet duo argumenta z quas maximas. Primo subijciẽdo speciẽ affirmatiue: vt homo currit: ergo animal currit. Maxima: quicquid predicatur de specie siue parte subiectiua: hoc etiã predicatur de genere siue de toto vniuersali. Secũdo predicando speciẽ affirmatiue: vt

vt ſocrates eſt hō:ergo ſocrates eſt aīal. Maxima de quocunq; predicaī ſpecies ſiue pars ſubiectiua de eodē predicaī genus ſiue totū vniuerſale. Totū integrale eſt quod eſt compoſitum ex partibus habētibus quantitatē:z pars eius dicitur pars integralis. Pars integralis eſt que cū alijs conſtituit totum. Locus a toto integrali eſt habitudo totius integralis ad ſuam partem:z eſt ꝓſtructiuus ſemper: vt domus eſt:ergo paries eſt. Maxima poſito toto integrali ponitur z quelibet eius pars. Locus a parte integrali eſt habitudo ipſius ad ſuum totum:z eſt ſemp deſtructiuus: vt paries non eſt:ergo domus nō eſt. Maxima: deſtructa parte integrali deſtruitur et ſuum totum. Totum in quantitate eſt vniuerſale ſumptum vniuerſaliter: vt omnis homo: nullus homo. Pars in quantitate eſt quodlibet inferius contentum ſub illo toto vniuerſali: vniuerſaliter ſumpto. Locus a toto in quantitate eſt habitudo ipſius ad ſuā partē:z eſt ꝓſtructiuus z deſtructiuus. Cōſtructiuus ſic: oīs hō currit:ergo ſocrates currit. Maxima: quicqd predicaī de toto in quātitate z etiā de q̄libet eius parte: vel ſic ſi vniuerſalis ē vera: q̄libet eius particularis erit vera. Deſtructiue ſic: nullus hō currit:ergo ſocrates nō currit. Maxima quicquid removeī a toto in quātitate z a qualibet eius a parte. Vel ſic ſi vniuerſalis eſt falſa: quelibet eius particularis erit falſa. Locus a partibus in quātitate eſt habitudo oīm partiū in quātitate ſimul ſumptarū ad ſuū totū:z tenet conſtructiue z deſtructiue. Cōſtructiue ſic: ſocrates currit: plato currit:

Totū integrale.

Pars integralis

Locus a toto integrali.

Locus a parte integrali.

Totū ī q̄ntitate

Pars in quantitate.

Locus a toto in quātitate.

Locus a partibus ī quātitate.

ꝛ sic de alijs: ergo oīs hō currit. Maxima quicquid predicat de partibus in quantitate simul sumptis ꝛ de suo toto. Destructiue sic: Socrates nō currit: plato nō currit: ꝛ sic de alijs ergo nullus hō currit. Maxima: quicquid remouet a partibus in quātitate simul sumptis ꝛ ab ei⁹ toto: vel sic: si ꝯlibet singularis nō est vera: sua vniuersalis nō erit vera.

Totū in modo.

Totū in modo est vniuersale sumptū sine determinatiōe: vt homo.

Pars in modo

Pars in mō est vle sumptū cū determinatiōe nō diminuēte vt hō est albus: ꝛ eodē mō sumit argumentū in hoc loco sicut in loco a genere ad speciē.

Totum in loco.

Totū in loco est dictio comprehendēs oēm locum aduerbialiter: vt vbi nusqz.

Pars in loco.

Pars in loco est dictio cōprehendēs aliquē locū aduerbialiter: vt ibi hic.

Locus a toto in loco.

Locus a toto in loco est habituꝺo ipsius ad suā partē: ꝛ tenet cōstructiue ꝛ destructiue. Constructiue sic: deus est vbiqz: ergo deus est hic. Maxima: cuicūqz cōpetit totum in loco ꝛ quelibet eius pars. Destructiue sic. Cesar est nusqz: ergo nō est hic. Maxima: quicquid remouet a toto in loco ꝛ a ꝯlibet eius parte.

Locus a parte in loco.

Locus a parte in loco est habituꝺo ipsius ad suū totum: ꝛ est semp destructiuus: vt cesar nō est hic: ergo nō est vbiqz. Maxima: cuicūqz nō cōpetit pars ī loco nec eius totū.

Totū in tēpore.

Totū in tēpore est dictio cōprehendens oīe tēpus aduerbialiter: vt semp nunqz.

Pars in tpe.

Pars in tpe est dictio cōprehendēs aliquod tēpus aduerbialiter: vt nunc: heri: cras.

Exempla aūt sumantur hic sicut a toto in loco.

Continuatio. ¶ Habitis locis a substantia cōsequenter pretenti cap. quarto auctor determinat de locis a concomitātibus substantiam. Et presens cap. in tres diuiditur partes in quarum prima hic tractat de locis a toto ꝛ a parte ſm diuisionem totius et partis.

Locus a cõcomitantibus ſubſtãtiam. Eſt qñ ſumit argumentuz. ꝛc. i. qñ terminus inferens ꝛ illatus idez importãt nõ conuertibiliter: ꝛ vnuz eſt verificabile. de alio ſm aliquẽ modũ eſſendi in: ꝛ quõ diuidatur habes in textu: tñ ſcõm primam partem huius cap. diuiditur tantũ per locum a toto: et per locum a parte.

Locus a toto diuidit ſicut totũ vnde totũ diuidit in totũ vniuerſale totũ integrale: totum in quãtitate: totũ in modo: totuz in loco: ꝛ totũ in tẽpore: ꝛ ſcõm hoc diuiditur locus a toto.

Locus a parte diuidit ſicut pars nam quedã eſt pars ſubiectiua quedã integralis: quedã in quãtitate: quedam in modo: quedam in loco: quedaz in tpe: ꝛ ſcm hoc diuiditur locus a parte.

Locus a toto vniuerſali. i. a ſuperiori eſſentiali: quid ſit habes in textu: ꝛ eſt a parte rei argumentum a ſuperiori ad inferius de quo qualiter veniat arguendum tam conſtructiue. i. affirmatiue q̃ deſtructiue. i. negatiue: vide ſextam regulam materialem ipſius Marſ. prima parte conſequentiarũ.

Locus a toto integrali q̃o ſit habes in textu: de hoc vide regulam tertiam conſequentiarũ materialium Marſilij.

Locus a toto in quãtitate: de hoc regula tertia ſequentiarũ formalium Marſ.

Locus a toto in modo: de hoc regula octaua ſequentiaruz materialiũ Marſ.

Locus a toto in loco: quibus ſeruatis conditionibus teneat inferius videbitur.

Locus a toto i tpe: de quo inferius hic videbitur.

Diuiſio loci a comitantibus ſubſtãtiam.

Locus a parte ſubiectiua: eſt a parte rei argumentũ ab inferiori ad ſuperius de quo quinta regula ſequentiaꝝ materi. Marſ.

Locus a parte integrali: de hoc vide regulã quartã conſequentiarum materialiũ Marſ.

Locus a parte in quãtitate de hoc videbit in vno ſequenti corolario.

Locus a parte i modo: de hoc vide regulã ſeptimam conſequentiarum materialiũ Marſ.

Locus a parte in loco: de hoc inferius hic videbit.

Locus a parte in tẽpore: de hoc inferius hic videbit.

¶ Corolarie ex dictis ſequitur. Locum a toto vniuerſali ꝛ locum a toto in quãtitate nõ diuerre: cũ in vtroq; arguat ab vniuerſali vniuerſaliter ſumpto: locus tñ a parte ſubiectiua ꝛ locus a parte in quãtitate

Corolariũ 1.

differūt in primo enī est habitudo partis ad suum totum: in secundo vero est habitudo oīum partiū simul sumptarū ad suum totū. Et locus a partibus in quātitate tenet duabus seruatis conditionibus. Prima ꝯditio ꝙ cetera maneant paria: ꝛ partes sufficienter enumerentur cū illa clausula ꝛ sic de alijs vel simili. Secūda conditio: ꝙ si totum in quātitate sumatur in antecedēte cum termino supponēte determinate: tūc in antecedente addatur relatiuū idēptitatis. vnde nō sequit: caput habet socrates: ꝛ caput habet plato ꝛ sic de alijs ergo caput habet omnis homo cum antecedēs sit verum ꝛ consequens falsum. Sed debemus arguere sic: caput habet socrates: ꝛ idez caput habet plato: ꝛ sic de alijs: ergo caput habet omnis homo.

Locus a partibus in quātitate tenet duabus seruatis ꝯditionibus.

Corolariū. 2.

¶ Corolarie secundo sequit. Locū a toto in loco construictiue siue affirmatiue nō tenere nisi tribus seruatis ꝯditionibus. Prima ꝙ totū in loco distribuat. vnde nō sequit: socrates est alicubi: ergo socrates est hic. Secūda ꝯditio ꝙ ponat ꝯstantia partis in loco: ideo nō sequit: socrates est vbiq; ergo socrates est Vienne: cum antecedēs posſit esse verum sine cōsequente si Vienna destrueret. Tertia ꝯditio: ꝙ nō arguatur cum his verbis incipit ꝛ desinit: vnde nō sequitur: socrates incipit esse vbiq;: ergo socrates incipit esse hic. Et ꝓportionabiliter dicatur de loco a toto in tpe. Negatiue vero locus a toto in loco tenet prima seruata conditione ꝙ scz arguat cum distributione totius in loco: vt sic arguendo. Papa est nullibi: ergo papa nō est hic. Sed locus a parte totius in loco tenet constructiue a partibus eius sufficienter enumeratis: vt bene sequit: deus est hic: ꝛ ibi: ꝛ sic de alijs: ergo deus est vbiq. Sed destructiue arguendo oportet ponere constantiam partis in loco: ꝛ oportet cauere ꝙ totum in loco non distribuatur in ꝓsequente: vt bene sequitur: piper non crescit hic: ꝛ ille locus est: ergo piper non crescit vbiq. Similiter dicatur de loco in tpe: vt per locum a toto in tēpore: bene sequit affirmatiue. Celum semp mouetur: igitur celum iam mouetur. Et negatiue: celum nunq; stat: igitur celum iam non stat. Etiam bene sequitur per locuz a parte in tpe affirmatiue: socrates fuit hodie ꝛ heri: ꝛ sic de alijs: ergo socrates fuit semp. Negatiue: celum non stetit hodie: igitur celum non stetit semp. Et Pe. Dis. in textu dicit locum a parte in loco esse semp destructiuū: ꝛ hoc est verū quando partes in antecedēte sufficienter non enumerant: sed partibus in antecedēte sufficiēter enumeratis: valet etiā arguendo affirmatiue per locum a partibus in loco: ꝛ a partibus in tpe: vt in exēplis predictis patet. Et argumenta contra predictos locos: habes prima parte ꝓsequentiarum Mars. circa regulas locis correspondentes.

Locus a toto in loco quō teneat negatiue.

Locus a parte totius in loco quō teneat.

Causa est ad cui⁹ esse sequit aliud fm naturā. Et diuidit in causaz materialē/formalē/efficientē/ꝛ finalē. Causa efficiēs est a qua primo fit motus ad hoc ꝙ fiat aliquid: vt domificator est primus mouēs ꝛ operās: vt fiat domus: ꝛ faber vt fiat cultellus. Loc⁹ a causa efficiēte est habitudo ipsius cause efficiētis ad suū effectū: ꝛ est ꝓstructiu⁹ ꝛ destructiu⁹. Cō

Causę diffinitio ꝛ eius diuisio. Causa efficiēs.

Locus a causa efficiente.

ſtructīe tenet ſic: domificator eſt bon⁹: ergo dom⁹ eſt bona. Maxima: ſi cauſa efficiens eſt bona: ipſum qō fit bonum eſt. Deſtructiue ſic: domificator nō eſt bonus: ergo domus nō eſt bona. Maxima: cuius cauſa efficiēs nō eſt bona: ipm qō fit nō eſt bonum: z econuerſo tenet locus ab effectu ad cauſam efficientem. Materia eſt ex qua cum alio aliquid fit: et eſt duplex: quedā enī eſt pmanēs: z quedā eſt trāſiens. Permanens vt in cultello ferrum. Tranſiens vt in pane farina z aqua: z diffinitur etiā ſic materia. Materia eſt que tantū eſt in potētia. Locus a cauſa materiali eſt habitudo ipſius ad ſuum effectum: z eſt cōſtructiuus z deſtructiuus. Cōſtructiuus ſic: ferrum eſt: ergo arma ferrea poſſunt eſſe. Maxima: poſita cauſa materiali poſſibile eſt eius effectum poni. Deſtructiue ſic: ferrū nō eſt: ergo arma ferrea non poſſunt eſſe. Maxima. remota cauſa materiali permanente tantum remouetur z eius effectus. Locus ab effectu cauſe materialis tenet cōſtructiue ſic: arma ferrea ſunt: ergo ferrum eſt. Maxima: poſito effectu cauſe materialis permanētis ponitur eius cauſa. Locus ab effectu cauſe materialis trāſeūtis tenet cōſtructiue: vt vitrum vel panis eſt: ergo filit vel farina fuit. Materia enī tranſiens nō manet: ſed tranſfertur in aliam materiam. Maxima: poſito effectu materie tranſeuntis neceſſe eſt ipſam materiam pręfuiſſe. Forma eſt que dat eſſe rei z cōſeruat rem ineſſe. Locus a cauſa formali eſt habitudo ipſius cauſe formalis ad ſuum effectum: et tenet conſtructiue: z deſtructiue. Conſtructiue ſic: albedo eſt: ergo

Materie diffinitio.

Locus a cauſa materiali.

Locus ab effectu cauſe materialis.

Forme diffinitō

Locus a cauſa formali.

album est. Maxima: posita causa formali ponit & eius effect⁹ Destructiue sic: albedo non est: ergo album nō est. Maxima: remota causa formali remouet & eius effectus. Econtra vero est de effectu cause formalis. Finis est gra cuius aliquid fit. Locus a causa finali est habitudo ipsius ad suuz effectū: & est cōstructiuus & destructiuus. Cōstructiue sic: beatitudo est bona: ergo virtus est bona. Maxima: cuius finis bonus est ipsum quoqz bonū est. Destructiue sic: pena nō est bona: ergo peccatū nō est bonum. Maxima: cuius causa est mala, ipsum quoqz malum est. Econuerso autē est de loco ab effectu cause finalis. Generatio est progressio a nō esse ad esse. Locus a generatiōe est habitudo ipsius generatiōis ad suū generatū & est cōstructiuus & destructiuus. Cōstructiue tenet sic: generatio domus est bona: ergo dom⁹ est bona. Maxima: cuius generatio est bona ipm quoqz bonū est. Destructiue sic: generatio latronum est mala: ergo latro est malus. Maxima: cuius generatio est mala: ipsum quoqz generatum malum est. Ecōuerso aūt est de loco a generato. Corruptio est progressio ab esse ad non esse. Locus a corruptione est habitudo corruptionis ad corruptum: & est cōstructiuus & destructiuus. Cōstructiue sic: corruptio antichristi est bona ergo antichristus est malus. Maxima: cuius corruptio est bona ipsum corruptū malum est. Destructiue sic: corruptio domus est mala: ergo domus est bona. Maxima cuius corruptio mala est ipsum quoqz bonum est et econuerso est de loco a corrupto.

Finis diffinitio

Generationis diff.

Locus a generatione.

Corruptionis diffinitio.

Locus a corruptione.

¶ In hac ſecunda principali parte quarti cap. poſtq̃ auctor determinauit de locis dialecticis a toto et a parte: conſequenter hic determinat de locis a cauſa ad effectum ꝛ econtra ſcom quattuor cauſarum genera: et de locis a generatione ꝛ corruptione. Continuatio.

Cauſa eſt ad cuius eſſe ſequit aliud ſm naturã diffinitio ſic itelligit. Cauſa ẽ ad cuiꝰ eſſe. ſ. reale: vel itentionẽ eiꝰ ſeq̃t aliud. i. effectus. Dr̃ vel intentionez ꝓpter cauſam finalem que nõ habet eẽ reale ſed ſolũ ſm intentionem. Et q̃ttuor ſunt cauſe: ſcz.

Efficiens diffinitur in textu ꝛ eſt duplex: ſcz.
- In potẽtia vt domificator dicitur cauſa domus in potẽtia: quia habet artem ad faciendum domum.
- In actu: vt domificãs: qui iam actu facit domum. Möbile 1.

Materialis hic capit large ꝓ omni illo ex quo aliquid fit ſiue illud ſit pars illius ſiue non ꝛ eſt duplex: ſcz.
- Permanẽs que ſub ꝓpria ſpecie pmanet in compoſito: vt in ſcamno lignum.
- Trãſiens que ſub ꝓpria ſpecie nõ remanet: vt in pane farina ꝛ aqua.

Formalis diffinit̃ in textu que tamẽ diffinitio potiſſime forme ſubſtãtiali conuenit in ꝓpoſito tamen de forma agitur in genere: tamen a forma accidentali ſumitur ꝓprie locus a cauſa formali qui ſit ꝓprie inter abſtractum et concretum.

Finalis per finem diffinitur in textu: finis enim intentione mouet efficiens: eſt enim finis primũ in intentione ꝛ vltimum in executione.

¶ Pro loco a cauſa efficiente ad ſuum effectum et econtra nota hunc locum tenere reſpectu iſtorum predicatorum eſt: fit: vel erit: bonũ vel malum ſm exigentiã vel habitudinẽ cauſe ad effectum. Si enim ſit cauſa in potentia arguitur reſpectu huius verbi poteſt poſiri in cõſequente. Si vero ſit cauſa in actu tunc arguitur reſpectu huius verbi ſit vel erit. Exemplum vt domificator eſt: ergo domus poteſt eſſe: domificans eſt: ergo domus ſit vel erit: ꝛ reliqua exempla vide in textu. Unde ad arguendum reſpectu illorum predicatorꝫ bonum ꝛ malum a cauſa efficiente ad effectum ꝛ econtra alique requiruntur conditiones. Prima q̃ bonum ꝛ malum in antecedente dicant bonitatem cauſe efficientis in conſequente bonitatem effectus ꝛ non mozalem. Secunda conditio q̃ operet̃ ſm artem meliori modo quo poteſt ꝛ non habeat aliquod impedimentũ. Tertia q̃ nõ ſit defectus ex parte materie vel inſtrumentorꝫ ꝛ aliorꝫ ad bonitatem effectus requiſitorꝫ. Möbile 2.

¶ Pro loco a cauſa materiali ad effectum et econtra aduerte arguendum eſſe ſm exigentiam ꝛ habitudinem ipſius materie ad effectum: affirmatiue enim valet tam in materia permanente quã tranſeunte ab hoc verbo eſt ad hoc verbum poteſt: vt ferrum eſt: ergo arma ferrea ſunt vel eſſe poſſunt: farina et aqua ſunt: ergo panis eſt vel eſſe poteſt. Tenet etiam negatiue in cauſis permanentibus: vt ferrum non eſt: ergo arma ferrea non ſunt. Dicitur permanẽtibus: quia in tranſeuntibus nõ ſequitur: aqua ꝛ farina non ſunt: ergo panis nõ eſt. Sed ab effectu cauſe materialis affirmati- Möbile 3.

ue ⁊ in materia permanenti valet ab esse ad esse in presenti: vt bene sequitur. Arma ferrea sunt. ergo ferrum est: sed in materia transeunte valet ab esse materie ad esse effectus in preterito: vt panis est: ergo aqua et farina fuerunt. Sed negatiue ab effectu ad causam non tenet: vt non sequitur: cultellus nõ est: ergo ferrum non est.

Nõbile 4. Ad locũ a causa formali ⁊ ecõtra tres requirũtur ꝯditiones.

¶ Pro loco a causa formali ⁊ ecõtra nota aliquas ꝯditiones a causa formali ad effectum ⁊ econtra arguendo requisitas. Prima ꝙ talis forma sit sufficiens denominare suum subiectũ: quia non sequitur: demonstrando dentes: in ethiope: albedo ethiopis est: ergo album est. Secũda conditio ꝙ circa causam formalem vel effectum non sit factum miraculum: quia demonstrando sacramentũ altaris: nõ sequitur: album nõ est: igitur albedo non est: ibi enim forma non derelinquitur sue proprie nature sed subsistit ibi miraculose sine subiecto virtute diuina. Tertia ꝯditio: ꝙ talis forma ꝯueniat subiecto formaliter ⁊ non effectiue: quia non sequitur ab effectu ad causam: sol est calidus ergo in sole est caliditas.

Nõbile 5.

¶ Pro loco a causa finali ad effectum ⁊ econtra aduerte ꝙ ille locus solum tenet respectu illorum predicatoꝝ bonũ ⁊ malum vel equiualentiũ. Et quando causa finalis non potest esse sine tali effectu: ⁊ quando finis per aliud medium acquiri non potest: vnde non sequitur. Sectio nõ est igitur securis non est. Creator est bonus: igitur creatura est bona. Sanitas non est mala: ergo ebrietas qua acquirebatur non fuit mala. Quomodo vero iuxta presentem locum sit arguendum habes in textu.

Nõbile 6.

¶ Pro loco a generatione ad genitum: ⁊ a corruptione ad corruptum ⁊ econtra: nota ꝙ generatio ⁊ corruptio hic capiũtur large prout generatio est acquisitio rei siue illa sit substãtialis siue accidentalis. Et corruptio dicitur deperditio talis rei. ⁊c. Et loci a generatione et corruptione ⁊ econtra valent respectu illorum predicatorum bonum et malum que non dicunt bonitatem vel maliciam moris vel nature: sed cõmuniter dicunt bonitatem vel maliciam finis: sic ꝙ generatio illius est bona que consequitur finem: ad quem est ordinata.

¶ De quattuor primis locis a causis ad effectus ⁊ econtra vide prima parte consequẽtiarum Marsilij quattuor consequentiarum materialium regulas scz vndecimam ⁊ alias tres immediate sequentes et argumenta contra easdem habes ibidem.

¶ Contra dicta arguitur non sequitur: a generato ad generationem: latro est malus: ergo latronis generatio est vel fuit mala: quia potest optimam habuisse generationem: ergo. ⁊c.

¶ Secũdo arguitur. Non sequit̃. Corruptio christi fuit bona: ergo christus fuit malus: ergo locus a corruptione ad corruptum nõ tenet affirmatiue.

¶ Ad primũ dicitur: ꝙ quãuis latro possit habere bonã generationem bonitate nature ⁊ modi generationis nõ tamen bonitate finis: generatio enim dicitur bona bonitate finis quando genitum consequit̃ suũ finem ad quem eius generatio ordinatur: sic aũt non est de latrone.

¶ Ad secundum dicitur: quamuis christi corruptio siue mors fuerit bona quo ad nos scz inquantum per hanc sumus liberati: fuit tamen mala scdm se quia destructiua christi in proposito vero argui debet de bonitate rei ꝑm se et non per accidens.

Vſus vt hic ſumitur eſt operatio rei ſiue exercitium ipſius: vt equitare eſt operatio equi.z ſecare ſecuris. Locus ab vſibus eſt habitudo ipſius operatiõis ad id cuius eſt operatio ſiue vſus:z eſt cõſtructiuus z deſtructiuus. Cõſtructiue ſic: equitare eſt bonum: ergo equus eſt bonus. Maxima: cuius vſus bonus eſt:ipſum quoq; bonum eſt. Deſtructiue ſic:occidere hominẽ malũ eſt:ergo occiſor eſt malus. Maxima: cuius vſus malus eſt:ipſum quoq; vſitatum malũ eſt: econtra eſt de loco ab vſitato. Cõmuniter accidentia ſunt duplicia: quedã enĩ ſunt que aliquãdo ſe conſequunt: z aliquãdo nõ: vt comptus z adulter:z ab his nõ ſumitur locus dialecticus ſed ſophiſticus:alia ſunt quorum vnum ſemp ſequit ad aliud:vt penitere ſequitur deliquiſſe: et ab his ſumitur locus dialecticus:z tenet conſtructiue z deſtructiue. Conſtructiue ſic:iſte penitet:ergo deliquit. Maxima.ſi cõmuniter accidẽtium poſterius ineſt z primũ infuit. Deſtructiue ſic: iſte nõ deliquit.ergo nõ penitet. Maxima:ſi cõmuniter accidentiũ prius non ineſt:z poſterius non inerit.

Diffinitio vſus

Locus ab vſibꝰ

Cõiter accidẽtia ſunt duplicia.

¶ In hac vltima et tertia parte illius cap. determinat auctor de duobus vltimis locis intrinſecis a concomitantibus ſubſtantiam: ſcilicet de loco ab vſibus:et loco a communiter accidentibus. Vnde pro preſenti textu vt ſequitur habes vnum notabile de vſibus:et vnam cõmuniter accidentium diuiſionem.

Continuatio.

¶ Pro loco ab vſibus:nota vſum hic capi pro operatione ad quam res per ſe ordinatur:exempla habes in textu. Et illud q per ſe ordinatur ad talem vſum vocatur vſitatum:vt equus dicitur vſitatum de equitare:z ſecuris:de ſecare. Dicitur notanter per ſe quia licet homo quandoq; ſit ordinatus ad ſecare hoc tamẽ non eſt per ſe:ſed per accidens: ideo homo non dicitur vſitatum. Et locus ab vſibus ad vſitatum z econtra tenet reſpectu iſtorum predicatorum bonum z malum. Et denominat ille locus ab vſibus in plurali quia vnius rei poſſunt eſſe multi vſus: vt equi equitare: trahere currum:arare agrum:et huiuſmodi.

Nota quid in p poſito ſit vſus.

Diuisio cõiter accidentium.

Cõmuniter accidẽtia sunt que se cõcomitant: vel vnum ꝓsequit alterũ circa idem subiectum: et sunt duplicia: quia.

Quedam sunt que contingenter sese sequunt: vt in homine pulchro bonum: ꝛ in homine magno fortitudo: ꝛ ab istis accidentibus non sumitur locus dialecticus sed sophisticus: quia dialectice non sequitur: iste est errabũ dus nocte: ergo est fur.

Quedam necessario sese consequũtur: ꝛ talia accidentia sunt duplicia: quedaz enim.

Conuertibiliter ꝛ pro eodem tempore sese consequũtur: vt in homine risibile: flebile: et in brutis habere cornua: et non habere dentes in mandibula superiori: sic etiam interpositio terre diametraliter inter solem ꝛ lunam est causa eclipsis lune. Et in istis accidentibus arguitur respectu eiusdem copule.

Non conuertibiliter ꝛ pro diuersis temporibus sese consequũtur: vt penitere ꝛ peccare: ꝛ in istis accidentibus non arguit respectu eiusdẽ copule: quia non sequit: ille penitet: ergo peccat: sed debet cõcludi: ergo peccauit.

¶ Arguitur primo nõ sequit ab vsibus. Equitare est actio: ergo equus est actio: nec sequitur. Equitare est bonum: ergo equus est bonus: potest enim equus esse vilis nullius precij sic antecedens verum ꝛ cõsequens falsum. ¶ Arguitur secundo non sequitur a communiter accidentibus: deum penituit fecisse hominem: igitur deus peccauit.

¶ Ad primum argumentũ dicitur quo ad partem primam argumenti q arguendum sit respectu predicatoꝝ bonum ꝛ malum: sed ad secundã partem argumenti dicendũ in loco ab vsibus bonum dicere bonitatem vtilitatis ꝛ malũ malicia detrimenti. ꝛc. ¶ Ad secundũ argumentũ dicitur q penitere vno modo capit large pro displicentia habere vel per modũ displicentis ꝛ sic deus penituit ꝛ tunc consequens non sequit ad dictũ antecedens: alio modo penitere capit stricte pro displicentia habere ꝓpter peccatum: ꝛ sic capiendo antecedens est adeo falsum sicut consequens.

# Cap. Quintum.

Diuisio loci extrinseci.

Sequitur de locis extrinsecis: quid aũt sit locus extrinsecus dictum est prius. Locoꝝ autem extrinsecoꝝ: alius est ab oppositis: alius a maiori: alius a minori: alius a simili: alius a proportione: alius a trãssumptione: alius ab auctoritate. Itẽ oppositoꝝ quattuor sunt species. s. relatio: ꝓtrarietas: priuatio ꝛ cõtradictio. Relatiue opposita sunt quoꝝ alter

sine altero nō potest esse. Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuoꝝ ad aliud. Et est cōstructiuus ꝛ destructiuus. Constructiuus sic: pater est: ergo filius est: et filius est: ergo pater est. Maxima posito vno relatiuoꝝ necessario ponit ꝛ reliquū. Destructiue sic: pater nō est: ergo filius nō est ꝛ ecōuerso. Maxima: remoto vno relatiuoꝝ remouet et reliquū. Locus vero a relatiue oppositis tenet solū destructiue sic: socrates est pater platonis: ergo nō est filius eius. Contrarietas est cōtrariorum oppositio: vt albi ꝛ nigri. Contrariorum quedā sunt mediata vt album ꝛ nigrū inter que sunt medij colores. Quedā vero immediata: vt sanū ꝛ egrum circa animal. Locus a cōtrarijs est habitudo vnius cōtrariorum ad reliquum: ꝛ tenet constructiue ꝛ destructiue. Constructiue sic: hoc animal est sanū: ergo non est egrū. Maxima: posito vno cōtrariorum remouet reliquū. Destructiue tenet tantū in cōtrarijs imediatis cū ꝓstātia subiecti: vt hoc aīal nō est sanū: ergo est egrū. Maxima: remoto vno ꝯtrariorum imediate oppositoꝝ ponit reliquū subiecto manēte. Que aūt sunt priuatiue opposita dictū est prī. Locus a priuatiue oppositis est habitudo priuationis ad habitū vel habitus ad priuationē ꝛ tenet cōstructiue: vt iste est videns: ergo non est cecus: vel est cecus. ergo nō est videns. Maxima: posito vno priuatiue oppositoꝝ circa aliquod subiectū ab eodē remouet reliquū Destructiue nō tenet nisi cum ꝓstantia subiecti ꝛ cum tempore determinato a natura: catulus enī non dicitur videns neq; cecus ante nonū diem. Et puer non dicitur edentulus

Locus a relatiuis.

Contraria sunt duplicia.

Locus a ꝯrijs.

Locus a priuatiue oppositis.

ante tẽpus determinatũ a natura. Cõtradictio est oppositio cuius scdm se nõ est dare medium. Locus a cõtradictorie oppositis est habitudo vnius cõtradictorie oppositoꝝ ad reliquum: vt socratem sedere est verum. ergo socratẽ nõ sedere est falsum. Maxima: si vnũ contradictorioꝝ est verũ: reliquum erit falsum. Sunt autem alia opposita que dicũtur disparata que non sunt opposita scdm aliquod genus predicte oppositiõis: sed sunt diuersa: vt homo ⁊ asinus: ⁊ a talibus sumitur sic argumentũ: socrates est homo: ergo nõ est asinus. Maxima: de quocunqꝫ dicitur vnum disparatoꝝ abstractiue ab illo eodem remouetur et reliquum. Dicitur notanter abstractiue: quia si concretiue sumerẽtur tunc nõ sequeretur: qꝛ nõ sequitur hoc est albũ: ergo nõ est quantũ sed bene sequitur hoc est albedo: ergo nõ est quantitas.

Locꝰ a ꝯdictorie oppositis.

Locus a disparatis.

¶ Habitis locis intrinsecis a substantia ⁊ a concomitantibus substantiam: consequẽter Pe. His. determinat quinto hoc cap. de locis extrinsecis diuidendo primum locum extrinsecũ scdm septem locos dialecticos. Et diuidit presens cap. in tres partes principales in quarum prima hic agit de locis ab oppositis diuidendo locum ab oppositis scdm quattuor oppositionũ genera in que oppositio tertio tract. in pꝰstpredicamẽtis folio. 80. est diuisa de quibus ibidem vide ⁊ tract. primo circa ꝓpositionum oppositiões folio. 18. Et pro textus pñtis enidentia sex sequẽtia animaduerte notabilia.

Differũt inter se.

Nõbile 1.

Scot. in. 1. dist. 3. q. 7.

Locus a relatiuis. Est habitudo vnius relatiui ad reliquum: ⁊ (vt in textu dicitur) tenet tam affirmatiue q̃ negatiue respectu huius verbi est secundi adiacentis vel tertij adiacentis ⁊ respectu alicuius transcendẽtis: exẽpla primi habentur in textu: exẽpla secũdi: aliquid est pater: ergo aliquid est filius ⁊ econtra: similiter aliquid nõ est pater: ergo aliquid non est filius.

Locus a relatiue oppositis. Est habitudo vnius relatiue oppositi ad reliquum. Et pro illo loco hec ponitur regula. Si vnum relatiue oppositorum vere affirmat̃ de aliquo singulari singulariter ⁊ vniuoce tento: tũc alterum debet vere negari ab eodem: vt petrus est pater pauli: ergo petrus nõ est filius pauli.

Cõtraria quomõ deſcribãt vide in poſtpredicamẽtis folio. 80. ⁊ de multiplici cõtrarietate circa quartã ꝓprietatẽ ſubſtantie folio. 64. Et cõtraria ſunt duplicia.

Immediata ſunt inter que nõ cadit medium eiuſdem rationis quorum neceſſe eſt alterũ ineſſe ſuo ꝓprio ſuſceptibili vt ſanum ⁊ egrum reſpectu animalis.

Mediata ſunt inter que mediat aliquid eiuſdem rationis quox non neceſſe eſt alterum ineſſe ſuſceptibili: vt album ⁊ nigrum inter que ſunt colores medij rubeus: flauus. ⁊c. calidum ⁊ frigidus inter que tepidum eſt medium.

Möbile 2.

¶ Pro loco a cõtrarijs ponũtur due regule. ¶ Prima ab affirmatione vnius contrariox de aliquo ſubiecto ad negationẽ alterius de eodem ſubiecto valet conſequentia: dũmodo addaꝫ iſta clauſula: pro qualibet parte tẽporis preſentis ſi copula ſit pñtis temporis: ſi ſit preteriti addatur preteriti: ſi futuri addatur futuri: vt ſocrates pro qualibet parte tẽporis preſentis eſt albus: ergo ſocrates non eſt niger. Et dicta clauſula neceſſarie additur: quia non ſequitur ſocrates fuit albus: ergo ſocrates nõ fuit niger: poſito eum heri fuiſſe album ⁊ pridie nigrum. Et dictam regulam vide prima parte conſequentiarũ Marſ. ⁊ eſt vigeſima materialis regula Marſilij.

Möbile 3. Regule due ꝓ loco a ꝯrijs.

¶ Secunda regula. A negatione vnius contrariox immediatorum ab aliquo ſubiecto ad affirmationem alterius de eodem ſubiecto eſt bona conſequentia ponendo conſtantiam ſubiecti: vt bene ſequitur: ſocrates eſt ⁊ non eſt ſanus: ergo eſt eger. Dicitur notanter contrariox immediatorum: quia in contrarijs mediatis non valet: vt non ſequit: ſocrates eſt ⁊ nõ eſt niger: ergo eſt albus: ⁊ ſm illas regulas arguitur per locum a contrarijs tam mediatis ꝙ immediatis. Et pro complemento regularum ad arguendum a contrarijs ſequentes nota conditiones. Prima ꝙ arguatur cum copula de preſenti: quia non ſequitur: petrus fuit ſanus: ergo petrus non fuit eger. Secũda: ꝙ vtrumq; contrariorum: predicetur in recto: ⁊ vtrumq; ſit totale predicatum: vnde non ſequitur. Petrus videt ſanum: ergo non videt egrum. Tertia ꝙ arguatur reſpectu ſubiecti cui contraria poſſunt ineſſe: ideo non ſequitur. Lapis non eſt ſanus: ergo eſt eger.

Cõditiões tres pro loco a ꝯrijs requiſite.

¶ Pro loco a priuatiue oppoſitis: nota dictas duas regulas de contrarijs poſitas per omnia ad locum a priuatiue oppoſitis eſſe applicandas: et vbi in regulis dicitur contrariorum: hic dicatur priuatiue oppoſitorum. Exemplũ regule prime ſocrates in qualibet parte tẽporis preſentis eſt videns: ergo ſocrates non eſt cecus. Exemplũ regule ſecunde: ſocrates non eſt videꝫ: ⁊ ſocrates eſt: ergo ſocrates eſt cecus. Arguitur itaq; per locum a priuatiue oppoſitis ſcõm dictas regulas.

Möbile 4.

¶ Pro loco a ꝯtradictorie oppoſitis nota eum tenere tam in ꝓpoſitionibus ꝯtradictorijs: ꝙ in terminis cõtradictorie oppoſitis: et in ꝓpoſitionibus contradictorijs debet argui reſpectu horum predicatox verum ⁊ falſum: vt habes in exemplo tertius: vbi arguitur ab affirmatiua ad negatiuam. Exemplũ vbi arguitur deſtructiue a negatiua ad affirmatiuam: vt ſocratem non currere eſt falſum: ergo ſocratem currere eſt verum: quendam hominem non currere eſt falſum: ergo omnem hominem currere eſt verum. Sed pro loco a contradictorie oppoſitis terminis duas nota regulas.

Möbile 5.

Due regule p loco a ꝺictozie oppositis termi nis.

¶ Prima ab affirmatione vnius contradictoziozū incompleroꝝ ad negationem alterius est bona cōsequentia: vt socrates est homo: ergo socrates nō est non homo. Et si ꝯsequentia debet esse formalis oportet argui respectu alicuius subiecti singularis singulariter tenti: in ꝓpōnibus deinesse: ꝛ q totū predicatū infinitē: ꝛ q copule in antecedēte addaꝫ ista particula in qualibet parte tēporis presentis/preteriti/vel futuri/ꝛ hoc scōm copule exigentiam. ¶ Secunda regula. A negatione vnius contradictoziozꝝ incompleroꝝ de aliquo subiecto ad affirmationē alterius posita constantia subiecti est bona consequentia: vt bene sequitur. Socrates non est non homo: ꝛ socrates est: ergo socrates est homo. Vide latius hos modos arguendi apud Aristotelem primo Perihermeniarū.

Möbile 6.

¶ Pro loco a disparatis nota cum locum tantū valere affirmatiue: scōm hanc regulam ab affirmatione vnius disparatoꝝ de aliquo subiecto ad negationem alterius est bona cōsequentia: vt bene sequit. Socrates est homo: ergo socrates nō est asinus. Et hec regula tantū se extendit ad concreta ꝛ abstracta predicamēti substātie. q; non oportet in ꝯcretis accidentiū valere: vt nō sequitur. Lac est album: ergo lac non est dulce: cū antecedens possit esse verū fine ꝯsequente de loco a disparatis: vide prima parte ꝯsequentiarum Marsi. regulā. 22. consequentiarum materialiū.

¶ Contra dicta arguit primo sic. In omni loco dialectico terminus inferēs debet includi in termino illato: sed vnū oppositoꝝ non includitur in alio: cum vnū dicat negationē alterius: ergo ab oppositis nō sumitur locus dialecticus. ¶ Secūdo arguit: nō sequit: simile est: ergo dissimile est: ꝛ tū arguitur a relatiue oppositis: ergo. ꝛc. Similiter non sequit prius est: ergo posterius est: ergo locus a relatiue oppositis non valet.

¶ Ad primum dicitur. Licet vnum oppositoꝝ nō existat in alio: tamen habet virtutem inferendi aliud cum affirmatio vnius sit negatio alterius: non autem requiritur in omni loco dialectico terminū illatum esse in termino inferente vel econtra scōm existentiā vel essentiam: sed sufficit q; sit in eo secundū virtutem illationis. ¶ Ad secundū dicitur q; locus a relatiuis valeat tantum in relatiuis disquiparantie: et similiter in illis quorum nullum est terminus ampliatiuus: et per hoc patet responsio ad argumentū. Argumenta contra alios quattuoꝝ dictos locos: quere apud Marsi. circa regulas materiales/sedecimam/vigesimam/ et sequentes prima parte consequentiarum.

Maius vt hic sumitur est qō supponit alicui in potentia ꝛ virtute: minus est quod ei supponitur. Locus a maiori est habitudo ipsius maioris ad minus: ꝛ est semp destructiuus. vt rex nō potest expugnare castrū: ergo nec miles. Maxima si id quod magis videtur inesse nō inest: nec id quod minus videtur inesse inerit. Locus a minori est habitudo minoris ad maius: ꝛ est semper constructiuus: vt miles potest expu-

Locꝰ a maiori.

Locꝰ a minori.

gnare castrum: ergo z rex. Maxima: si id quod minus videt inesse inest z id quod magis videtur inesse inerit. Similitudo est rerum differentiū eadem qualitas. Locus a simili est habitudo vnius similiū ad reliquū: z tenet cōstructiue z destructiue. Cōstructiue sic: sicut risibile inest homini: ita hinnibile inest equo: sed risibile inest homini vt ppriū: ergo hinnibile inest equo ut proprium. Maxima: de similibus idem est iudiciū. Destructiue sic: sicut risibile inest homini: ita hinnibile inest equo: sed risibile non inest homī vt genus: ergo nec hinnibile inest equo vt genus. Maxima: de similibus idē est iudiciū. Proportio est rerum differentiū eadem habitudo. Locus a ꝓportiōe est habitudo vnius ꝓportionabiliū ad reliquum: vt sicut se habet rector nauis ad nauem: ita se habet rector scolariū ad scolas: sed in naui regēda eligēdus est rector nō sorte sed arte: ergo in scolis regēdis eligēdus est rector nō sorte sed arte. Maxima: de ꝓportionabilibus idē est iudiciū. Differt aūt iste locus a loco a simili: qz in loco a simili sumit cōparatio ꝑ similitudinē inherētie: vt sicut risibile inest homini: ita hinnibile inest equo. In loco autem a ꝓportione nō attendit similitudo inherentie: sed cōparatio habitudinis: vt sicut se habet rector nauis ad nauem: ita se habet rector scolarium ad scolas. Transsumptio est duplex. Quedā enī est qñ dictio vel oratio vnū significās trāssumit ad significandum: aliud propter similitudinē aliquam in eis repertam: vt hec dictio ridere transsumit ad significādum florere cum dicitur pratum ridet. Similiter oratio trans-

Locus a simili.

Locus a ꝓportione.

Transsumptio est duplex.

sumitur cum dicit littus aratur. i. opera perditur sicut solet dici cum quis in vanum laborat ꝛ hec trāssumptio pertinet ad sophisticum. Alia est quādo nomen magis notum sumit pronomine minus noto: vt si debeat probari q philosoph⁹ non inuidet: ꝛ fiat trāssumptio ad hoc nomē sapiens: ꝛ ista

Locus a transsumptione.

transsumptio pertinet ad dialecticū. Locus a trāssumptione est habitudo trāssumptionis ad transsumptū: vt sapiens nō inuidet: ergo philosophus nō inuidet. Maxima quicquid alicui cōuenit sub nomine magis noto eidem ꝓuenit sub nomine minus noto. Differt aūt iste locus a loco a nominis interpretatione: quia in loco a nominis interpretatiōe accipitur diffinitio siue expositio nominis: vt si exponat hoc nomen philosophus per hoc quod est amator sapiētie. In loco autē a transsumptiōe nō accipitur expositio siue descriptio nominis: sed pro vno nomine minus noto accipitur aliud nomen magis notum per quod faciliter potest probari ꝓpositum. Auctoritas vt hic sumitur est iudiciū sapientis in sua scientia: vnde iste locus solet denominari a rei iudicio.

Locus a transsumptiōe differt a loco: ab interpretatione.

Locus ab auctoritate.

Locus ab auctoritate est habitudo auctoritatis ad illud qō per eam probatur. Et tenet cōstructiue solum: vt astronomus dicit celum esse volubile: ergo celum est volubile. Maxima: vnicuiq; experto in sua scientia credendum est.

Continuatio.

¶ Postq; auctor prima parte huius cap. tractauit de locis extrinsecis ab oppositis ꝛ disparatis: cōsequenter hic in secunda hac ꝛ vltima parte determinat de alijs sex locis extrinsecis: scilicet a maiori: a minori: a simili: a proportione: a transsumptione: ꝛ ab auctoritate: vnde (vt sequitur) ex ordine notabilia quinq; habes.

Nōbile 1.

¶ Pro locis a maiori ꝛ a minori nota maius in ꝓposito capi pro illo quod excedit aliud in potentia vel virtute vt rex comitem. Mi-

nus vero dicitur quod exceditur in potētia vel virtute: vt comes a rege exceditur. Et locus a maiori tenet tantū negatiue. Sed locus a minori tenet tātum affirmatiue: vt habes in textu: ⁊ exempla vide ibidem et scdm diuersas cōparationes diuersimode scdm dictos locos arguimus.

Pro loco a simili: nota similitudinem capi dupliciter.

Vno modo pro conuenientia alicuius rei cum alia re in qualitate: ⁊ sic in textu describitur: capitur ⁊ sic quinto Metaphisice vbi ponitur differētia inter eadem similia ⁊ equalia. Nōbile. 2.

Alio modo capitur pro totali apparentia verificationis alicuius predicati de aliquo subiecto: et sic capitur hic similitudo ⁊ secundū hunc locum arguimus affirmatiue ⁊ negatiue scdm comparationem subiectorum ⁊ predicatorum, ⁊ c̄.

¶ Pro loco a ꝓportione nota in textu proportionē describi large: sic vt non solū in quantitate: sed etiā in ponderibus: in potentijs: in sonis: ⁊ alijs rebus inuenitur. Et ideo locus a proportione cōtinetur in loco a simili sicut inferius in suo superiori propterea ⁊ Aristo. secundo Topicoꝝ nō enumerat locū a ꝓportione cum in loco a simili includat sic ꝙ omnis locus a proportione est locus a simili ⁊ non econtra: ⁊ quomodo isti loci inter se differant habes in textu. Et ꝓportio capitur hic pro ꝓportionabilitate. i. pro comparatione vnius proportionis ad aliam. Et per istum locum potest quoq; argui a permutata proportione: que argumētatio tenet scdm quantitatem discretam. i. in numeris. Est autem proportio permutata quando antecedentia alicuius ꝓportionis sequuntur se reciproce: vt sic arguēdo. Sicut se habent quattuor ad duo: ita se habent sex ad tria: ergo sicut se habent quattuor ad sex: ita se habent duo ad tria: sed quattuor ad sex est proportio sesquialtera: ergo duo ad tria est proportio sesquialtera. Nōbile. 3. Scot. dist. 36. ꝑmi in sol. 2. ar. Proportio permutata.

¶ Pro loco a transsumptione aduerte hunc locum proprie esse intrinsecum cum terminus inferens ⁊ illatus supponant pro eodem: sed ꝑm maiorem nocioritatem signi est locus extrinsecus (vt vult Boetius) et cum hic consideretur maior nocioritas probatiua ex parte nominis ⁊ nō ex parte rei significate: ideo inter locos extrinsecos locus a trāssumptione enumeratur: quomodo per hunc locum arguat habes in textu: bene enī sequit. Studiosus est sapiens: ergo studiosus est philosophus. Nōbile. 4.

¶ Pro loco ab auctoritate nota hunc locum solum tenere affirmatiue duabus seruatis conditionibus. Prima ꝙ auctor nō erret: quare non sequitur. Aristoteles censuit mundum fuisse ab eterno: igitur mūdus fuit ab eterno. Plato posuit vniuersalia realia: igitur vniuersalia realia sunt ponenda: quia dixerunt talia sine sufficienti experientia et euidentia. Secunda conditio est ꝙ oppositum dicti auctoris non habeat euidentiorē rationem: quare non sequitur Aristo. posuit tantum octo spheras celestes: ergo tantum octo sunt orbes celestes: sunt enim euidētiores rationes apud Astronomos ponendi plures ꝙ octo orbes celestes: ⁊ dictis duabus seruatis conditionibus affirmatiue ab auctoritate bene sequitur. Astronomus dicit solem esse maiorem tota terra: igitur sol est maior tota terra. Philosophus censet tantum tria esse principia rerum naturalium: igitur tantum tria sunt principia rerum naturalium. Nōbile. 5. Ad locū ab auctoritate duē requirunt ꝯditiones.

Corolariū

¶ Ad locum ab auctoritate reducit locus a cōmuni fama: vt cōmunis fama dicit hoc: ergo hoc est verum. ¶ Corolarie sequit: locū ab auctoritate non sufficientē habere efficatiam nisi fit ab illo qui mentiri nō potest: sicut deus: vnde ꝛ locus ab auctoritate humana fine ratione euidenti est debilis: sed ab auctoritate sacre scripture est firmissimus: talis enim superat omnez rationē humanam: quia ſm beatum Augustinū maior est illius scripture auctoritas cū totius humane rationis capacitas: in cuius obsequiuz ſm Paulum apostolum quiuis fidelium suum debet captiuare intellectum.

¶ Contra dicta arguitur primo sic. Non sequitur per locū a maiori: deus non potest peccare: ergo homo non potest peccare. Similiter sic. Rex non potest portare pondus centum librarum: ergo nec̄ miles. ¶ Secundo arguit: non sequit per locū a simili: sicut oculus est in corpore: ita auris est in corpore: sed oculo corporis videtur: igit aure corporis videt. ¶ Tertio non sequitur per locum a proportione: sicut se habent ista propositio: nullus homo est animal: ad illam: nullum animal est homo: sic se habet illa: aliquod animal nō est homo: ad illam: aliquis homo non est animal: sed prima infert secundā per quersionem: ergo tertia infert quartā per quersionē ¶ Quarto non sequitur per locum a transsumptione: sapiens est participiū ergo philosophus est participiū. ¶ Quinto non sequitur per locum ab auctoritate: quicquid apparet est: sed sol apparet bipedalis: ergo sol est bipedalis: antecedens patet antiquorum auctoritate.

¶ Respōdetur ad primū argumentū q̄ ibi magis arguat per locum a minori cū maiori: ideo non sequitur negatiue. ¶ Ad secundum dicitur hic non argui inquantum similia sed prout dissimilia: quoniā inter similia sepius sunt multe differentie: ideo locus a simili debilis est: quia similitudo (vt cōmuniter dicitur) sepe claudicat. ¶ Ad tertium dicitur q̄ non arguatur ea parte qua tales ꝓpositiones habent ꝓportionem ad inuicē: sed ea parte qua non conueniunt. etiam locus a proportione ꝓprie tenet in ꝓportione quātitatiua. ¶ Ad quartum dicit: q̄ non arguat in sensibus in quibus sunt transsumptio ꝛ transsumptū. ¶ Ad quintū dicitur antiquos in hoc errasse ꝛ quantū ad hoc eorum auctoritatem nihil valere.

# Sequitur de locis mediis.

Diuisio loci medij.

QVid aūt sit locus medius dictū est prius. Locoꝝ medioꝝ alius a ꝯiugatis: alius a casibus: ꝛ alius a diuisione.

Coniugata ꝛ casus differūt.

Coniugata ꝛ casus differūt sic: quia vnuocū siue principale siue abstractū qđ idem est dicit coniugatū cum suo denominatiuo: vt iusticia ad iustū: albedo ꝛ albū. Casus aūt dicunt ea q̄ cadunt a principali: vt iustum ꝛ iuste a iustitia. Et differentiā hanc assignat Aristoteles in ſcđo Topicoꝝ. Locus a

Locus a ꝯiugatis.

coniugatis eſt habitudo vnius coniugatoꝝ ad reliquum: vt iuſtitia eſt bona: ergo iuſtum eſt bonum. Maxima quicquid conuenit vni coniugatoꝝ conuenit ⁊ reliquo ⁊ ſi vnum coniugatorum ineſt: ineſt ⁊ reliquum. Locus a caſibus eſt habitudo vnius caſus ad reliquum: vt iuſtum eſt bonum: ergo quod iuſte fit bene fit. Maxima: quod vni caſui cõuenit: cõuenit ⁊ reliquo: ⁊ ecõuerſo ſumitur argumentũ a caſibus ⁊ a coniugatis. Locus a caſibus.

Diuiſionũ: alia fit per negationẽ: vt ſocrates eſt homo aut non homo. ſed non eſt non homo: ergo eſt homo. Maxima: ſi aliqua duo condiuidant aliquod tertium poſito vno remouetur reliquum. Alia aũt fit non per negationem: ⁊ hec fit ſex modis: tribus per ſe: ⁊ tribus per accidens. Prima diuiſio per ſe eſt generis in ſpecies: vt animalium aliud homo: aliud brutum. Secunda eſt totius integralis in ſuas partes: vt domus: alia pars eſt paries: alia tectum: alia fundamentũ. Tertia vero eſt vocis in ſignificata: vt canis: alius latrabilis: alius piſcis marinus: alius ſydus celeſte. Locus a diuiſione vel diuiditur.

Diuiſionũ vero per accidẽs. Prima eſt ſubiecti in accidẽtia vt animaliũ: aliud ſanũ: aliud egrũ. Secũda diuiſio eſt accidentis in ſubiecta: vt ſanoꝝ: aliud brutũ: aliud homo. Tertia eſt accidẽtis in accidẽtia: vt ſanoꝝ: aliud calidũ: aliud frigidum. Locus a diuiſiõe eſt habitudo vnius condiuidentiũ ad reliquũ: vt ſi ſocrates eſt aĩal: aut eſt aĩal rationale aut irrationale: ſed nõ eſt irrationale: ergo rationale. Maxima poſito vno membroꝝ diuidentiũ in aliquo ſubiecto: remouetur reliquũ: ⁊ ſimiliter in qualibet alia diuiſione. Locus a diuiſione.

Continuatio. ¶ Postq̃ Pe. His. per quinq̃ cap. tractauit de locis intrinsecis ⁊ extrinsecis: ꝯsequẽter cap. vltimo ⁊ sexto determinat de locis medijs diuidendo locum medium in locum a coniugatis: a casibus: ⁊ a diuisione.

Nõbile 1. ¶ Pro loco a ꝯiugatis nota hunc locum tenere tam affirmatiue q̃ negatiue: vt albedo est color: ergo album est coloratum: album non est coloratum: ergo albedo non est color. Et debet presens locus intelligi dũmodo non sit factum miraculum circa formam abstracti ⁊ q̃ sit sufficiẽs denominare suum subiectũ: ꝓpter primum dictum argumentũ albedo est color. ⁊c. non valet supposito q̃ non sit nisi albedo in sacramẽto altaris ꝓpter secundũ dictum argumentũ iterum non valebit supposito: q̃ non sit albedo nisi remissa: his tamen ablatis casibus dictum argumentum bene valet.

¶ Debet etiã per hunc locũ argui in ꝯcretis ⁊ abstractis per se: q̃ nõ sequit̃ albũ est dulce: ergo albedo est dulcedo: iustus est albus: ergo iustitia est alba nec sequitur: albedo non est dulcedo: ergo album non est dulce.

¶ Item aliqui addunt per istum locum affirmatiue non esse arguendum in vltimate abstractis: ideo non sequitur: homo est animal: ergo humanitas est animalitas: ⁊ vocant vltimate abstractũ quod abstrahit a supposito proprio vt humanitas: animalitas: eo q̃ talia abstracta nunq̃ possint de aliquo verificari nisi forte de seipsis.

Nõbile 2. ¶ Pro loco a casibus nota casum in ꝓposito dici nomẽ adiectiuum: ⁊ suum aduerbiũ: ⁊ vniuersaliter cõcreta diuersaꝝ partium orationis venientia ab vno abstracto dicunt̃ casus: vt iustus: iuste: a iusticia. fortis fortiter a fortitudine. Et dicuntur a cadendo: quia cadunt ab vno abstracto a quo suam habent significationem. Et locus a casibus tenet affirmatiue et negatiue: vt iustus est virtuosus: ergo iuste fit virtuose: fortis nõ est debilis: ergo quod fortiter fit: nõ debiliter fit. Debet tamẽ affirmatiue argui in predicatione essentiali: quia non sequitur album est dulce: ergo quod albe fit dulciter fit. Et dicitur locus a casibus in plurali numero: quia in antecedẽte ponuntur plures casus.

Nõbile. 3. Reguie due ꝓ loco a diuisione ¶ Pro loco a diuisione nota duas regulas scd̃m quas per hunc locum arguitur. ¶ Prima ab affirmatione diuisi de aliquo subiecto cum negatione alterius membri de eodem subiecto vel omniũ dempto vno ad affirmationem alterius est bona ꝯsequentia. Exemplũ primi. Socrates est animal: ⁊ nõ est irrationalis: ergo est rationalis. Exemplũ secũdi. Homo est predicabile: ⁊ nõ est genus: nec differentia: nec propriũ: nec accidens: ergo est species. ¶ Secũda regula ab affirmatione alicuius membri de eodẽ subiecto ad negationem alterius membri: vel aliquoꝝ membrorum est bona consequentia dummodo membra diuidentia non coincidant adinuicem: vt socrates est ⁊ est rationalis: ergo nõ est irrationalis. Dicitur dummodo mẽbra. ⁊c. q̃ non sequit̃. Felicitas humana est bona: ⁊ est delectabilis: ergo nõ est honesta: nam illa membra delectabile ⁊ honestum que diuidunt bonum possunt coincidere adinuicem.

¶ Contra dicta arguitur primo. Nõ sequitur a cõiugatis. Omnis scientia est bona: ergo omnis sciens est bonus. ¶ Scd̃o nõ sequitur per locũ a casibus: prudẽs est albus: ergo qd̃ prudẽter fit albe fit. ¶ Tertio non sequitur per locũ a diuisione. Respondens est cornutus vel nõ cornutus sed respondens non est cornutus: ergo respondens est cornutus. Similiter: homo est asinus vel nõ asinus: sed homo non est asinus: igit̃ hõ est asinus.

¶ Ad primũ argumentũ dicitur: ipsum valere si cõsequens intelligitur cum reduplicatione vtriusq; sic: ergo omnis sciens inquantum sciens est bonus. ⁊c. ¶ Ad secundũ dicitur q̃ arguendũ sit in predicatis per se vel in predicatione essentiali: sed ibi arguit̃ in predicatis per accidens et predicatione accidentali: ideo non oportet valere argumentum.
¶ Ad tertium dicitur non bene concludi sed deberet sic cõcludi: respondẽs est non cornutus: homo est non asinus: quia membra diuidentia sunt cornutus ⁊ non cornutus: asinus ⁊ non asinus: quare vno negato alterum (vt dictum est) debet inferri affirmatiue.

# Tractatus quintus de locis dialecticis foeliciter explicit.

Sextus tractatus est de syllogismo sophistico: qui est eius subiectum attributionis: cuius propria passio est generatiuum assensus falsi vel erronei: ⁊ fallatia non est subiectum huius scientie est tamen cõfirmatiua syllogismi sophistici: sicut locus est confirmatiuus argumenti dialectici. Et quid presens cõsideret tractatus ex diuisione eius patet. Diuiditur enim per nouem cap. in quorum primo agitur de syllogismo sophistico: ⁊ de alijs syllogismis: pariter de disputatiõe ⁊ quattuor eius speciebus: ⁊ de quinq; metis: quid vero in alijs octo cap. tractet̃ sequẽti habes figura.

Subiectũ illius tractatus.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Fallatia vt habetur. 2. ca. diuidit̃ in fallatiam. | In dictione: que s̃m triplex multiplex diuidit̃ per fallatiã. | Equiuocationis. | De quibus ⁊ eorũ modis tractatur cap. | 3. |
| | | Amphibologie. | | 4. |
| | | Compositionis. | | 5. |
| | | Diuisionis. | | |
| | | Accentus. | | |
| | | Figure dictionis | | |
| | Extra dictionẽ: q̃ sunt septẽ. s. fallatia. | Accidentis. | De quib⁹ ⁊ eorũ modis tractat̃ cap. | 6. |
| | | Scdm quid ad simpliciter. | | 7. |
| | | Ignorãtia elenchi. | | |
| | | Petitiõis principij | | |
| | | Consequentis. | | 8. |
| | | Scdm non causam vt causam. | | 9. |
| | | Scdm interrogationes pl'es vt vnam. | | |

De nũero falla. vide questionẽ Tatar. 1. Elenc. 94. D.

Quō scientia sophistica dicat̄ sciētia: sequēti patet notabili.

Sophistica scientia capitur dupliciter

Vno mō: ꝑ habitu ꝯclusionis acquisito per vsuꝫ argumētationis sophistice: cuiusmodi esset habitus ꝯclusionis huius paralogismi. Om̄e qd̄ currit habet pedes: ⁊ aqua currit ergo aqua habet pedes: ⁊ sic sophistica non est vera scientia.

Alio mō: pro habitu ꝯclusionis ꝑ demōstrationē acquisito in qua ꝯclusione demonstrat̄ passio syllogismi sophistici de syllogismo sophistico. Et talis est vera scientia que docet formare sophisticas argumentationes ⁊ eas rite soluere.

¶ Contra dicta arguitur. Nullus syllogismus sophisticus est subiectū attributionis: igitur syllogismus sophisticus non est subiectum attributionis: per ꝯsequens male dictum est syllogismū sophisticum esse subiectum attributionis illius tractatus. ¶ Respōdetur dicendo argumentū nō tenere: cum in eo cōmittatur fallatia figure dictionis: arguitur enī a suppositione personali ad materialē: ratione termini syllogismus sophisticus.

# Cap. Primum.

Diuisio syllogismi.

Syllogismoꝝ alius est demōstratiuus: alius dialecticus: alius sophistic⁹ siue litigiosus. Syllogismus demōstratiuus est qui ex primis veris ⁊ inmediatis est syllogisatus aut ex talibus que per aliqua prima et vera principiū sue cognitionis sumpserūt. Dialecticus ex ꝓbabilibus est syllogisatus. Sophisticus vt diffinit̄ ab Aristotele in Elenchis est qui apparet esse syllogismus ⁊ nō est: aut qui est syllogismus: sed non est conueniens rei. Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterum ad aliquod ꝓpositum ostendendū. Disputatiōis quattuor sunt species: scꝫ: doctrinalis/dialectica/tēptatiua/ ⁊ sophistica. Disputatio doctrinalis est q̄ syllogisat ex ꝓprijs principijs vniuscuiusqꝫ discipline: ⁊ nō ex his que vident̄ respondēti. Et huius disputatiōis instrumentū est syllogism⁹ demōstratiuus. Disputatio dialectica est que ex ꝓbabilibus

Disputationis. diffinitio ⁊ eius diuisio. De his. 1. elenchorum Aristo. cap. 2.

ſyllogiſat ꝛ eſt collectiua ꝓtradictionū : ꝛ eius inſtrumentū eſt ſyllogiſmus dialecticus. Tēptatiua vero diſputatio eſt q̄ ſyllogiſat ex his q̄ videnť reſpōdenti ꝛ neceſſe eſt eū ſcire qui ſe ſimulat habere ſcientiā. Huius aūt diſputatiōis inſtrumē tum eſt ſyllogiſmus tēptatiuus. Syllogiſmꝰ tēptatiuus eſt qui ꝓcedit ex his q̄ videnť rñdenti. Diſputatio ſophiſtica ē que ꝓcedit ex his q̄ videnť ꝓbabilia ꝛ non ſunt. Huius autē diſputatiōis inſtrumentū eſt ſyllogiſmus ſophiſticꝰ. Syllogiſmus ſophiſticus ordinať ad quinq̄ metas: q̄ ſunt redargutio: falſum: inopinabile: ſoloeciſmus. ꝛ nugatio. Eſt autē meta incōueniens quoddā ad qđ opponēs ſophiſta nititur videri ducere reſpondentē. Redargutio eſt p̄negati ꝺceſſio vel ꝓcēceſſi negatio in eadē diſputatiōe vi argumētatiōnis facta: vnde niſi vi argumētationis hoc quis faciat non ꝓpter hoc erit redargutus: ſimiliter nec in diuerſis diſputationibus. Falſum vt hic ſumiť eſt manifeſte falſum : nā ſi ſophiſta ducat reſpondentē ad falſum occultum nō ꝓpter hoc aſſequiť finem ſuū. Inopinabile eſt quod eſt cōtra opinionē omniū vel pluriū vel maxime ſapientū: vt matrē nō diligere filiū. Soloeciſmus eſt viciū in cōtextu partiū oratiōnis cōtra regulas artis grāmatice factū: vt vir mea. Nugatio eſt vnius ꝛ eiuſdē ex eadē parte inutilis repetitio: vt homo hō currit: dico autē ex eadē parte: quia ſi in diuerſis partibus idem repetať non eſt nugatio: vt homo eſt homo: riſibile eſt riſibile. Dico aūt inutilis repetitio: quia ſi idem repetať ad maiorem expreſſionē laudis affectiōis vel vituperij: nō eſſet

Diffinitio mete

Redargutio.

Falſum.

Inopinabile.

Soloeciſmus.

Nugatio.

nugatio: vt deus deus meus: latro latro quo vadis. Iste autem quinq; fines vlterius ordinant ad vnū finē principalē qui est apparens sapientia: z nō existens. Sophista autem nō ducit ad istos fines suum respondentē: nisi per eos deueniat ad vltimū finem principalē qui est apparēs sapientia. Et cum quilibet debeat premeditari suū finē: ideo determinatio finiū debet precedere determinationē fallaciarū.

Continuatio. ¶ Postq; auctor determinauit de syllogismo dialectico ad materiā probabilem cōtracto: cōsequenter presenti tractatu sexto determinat de syllogismo sophistico ad materiā apparēter probabilem ptracto: z in hoc cap. primo tria premittit cōmunia: primo ponit diffinitionē syllogismi sophistici z differentiā eius ab alijs syllogismis: z qz syllogismus sophisticus ordinat ad quinq; metas: que fundant in disputatiōe z sunt fines eius ideo parte secūda huius cap. auctor diffinit disputationē in cōmuni: z quattuor eius enumerando species eligit illam de qua est ad propositū: deinde tertia parte cap. determinat de quinq; metis que sunt sophistice disputatiōis fines: ad quos opponens nititur ducere respondentē. Et pro euidētia illius cap. sequēcia tria habes notabilia iuncto vno Corolario.

Demōstrativus: qui diffinit in textu. Et in illa diffinitione datur intelligi duplex demōstratio: scz propter quid z potissima cuius premisse sunt vere z immediate: alia est demonstratio nō potissima: cuius premisse possunt ostēdi per premissas veras z immediatas: exemplū primi: vt omne animal rationale est risibile: ois homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. exemplum secundi: omnis homo est risibilis: petrus est homo: ergo petrus est risibilis.

Mobile. 1. Syllogismus (vt habetur in textu) alius est.

Dialecticus: cuius diffinitionē vide i textu: de quo determinat tract. quinto: z apud Aristotelem in Topicis.

Sophisticus quid sit: vide in textu. Et est triplex: qz quidam est peccans in.

Materia. Est qui procedit ex premissis falsis: vel aliqua earum falsa: cum debita tamē forma syllogismi: vt omnis homo est species: petrus est homo: ergo petrus est species.

Forma. Est qui procedit ex premissis veris sine debita forma syllogismi: vt homo est animal: z asinus est animal: igitur asinus est homo.

Utroq;. Est qui procedit ex premissis falsis: z sine debita forma syllogismi: vt homo est lapis: animal est lapis: ergo homo est animal.

¶ Pro ſecūda parte huius cap. nota de diſputatiõe eam. ſ. hic capi large prout eſt actus argumẽtatiuus probatiuus vel apparenter. Probatiuus vnius ad alterum. ꝛc. Et ſic (vt in textu dicitur) quattuor ſunt diſputationes: quia ſunt tot diſputationes quot ſunt fines intenti ab opponente: ſed ſolum ſunt quattuor fines opponentis: igitur. ꝛc. Finis enim diſputationis doctrinalis eſt generare ſcientiã in reſpondenti. Dialectice aũt eſt generare opinionẽ. Tẽptatiue vero finis: eſt experimentũ capere de reſpõdente an ſciat aliquid vel non. Sed ſophiſtice finis eſt vana gloria: in hoc ꝙ ducatur reſpondens ad metam aliquam. Möbile. 2. Diſputationum fines.

¶ Pro tertia parte cap. aduertendũ eſt metam in ꝓpoſito capi impropꝛie ſeu tranſſumptiue: vt ſequenti habes notabili. Möbile. 3.

Meta poteſt capi dupliciter: ſcz.

Vno modo ꝓpꝛie. Et ſic a metioꝛ meta deducit qõ ꝓpꝛie terminum ſignificat: quo agroꝝ menſoꝛes vtebant. Hinc peruenisse ad metam dicimus eos qui iter aut aliquod aliud opus perfecerunt. Et hoc modo hic non capitur.

Alio modo trãſſumptiue. Et ſic meta non eſt aliud ꝙ inconueniens ad quod opponens ſophiſta nititur ducere reſpondentẽ. Et hoc modo capitur in propoſito: ꝛ ſic auctoꝛ in textu quinq; enumerat metas que ſuis cum deſcriptionibus in textu patent.

¶ Corolarie ex dictis ſequit: quinq; eſſe fines diſputationis: quos metas appellamus: per primum finem opponens ſophiſta vult videri redarguere reſpondentẽ: per ſecundũ vult ſibi oſtendere falſum: per tertium vult cogere reſpondentẽ ad dicendũ aliquid contra opinionẽ propꝛiã: vel contra opinionem ſapientum: per quartum vult ipſum barbariſare: per quintum vult ipſum idem frequenter dicere: ꝛ iſtos dictos quinq; diſputationis fines ſophiſta opponens principaliter intendit. Cõꝛ ad qd diſputationũ fines tendant.

¶ Contra dicta arguitur primo ſic. Scientia ſophiſtica non eſt vera ſcientia: ſed ſolum apparens: ergo hic fruſtra determinatur de ea.

¶ Arguitur ſecundo: in hac diuiſione ſyllogiſmi non ponitur ſyllogiſmus temptatiuus: ꝛ ſyllogiſmus falſigraphus: ꝛ tamen ſunt ſyllogiſmi ab alijs diſtincti: ergo diuiſio eſt inſufficiens.

¶ Tertio arguitur. Diſputatio aliquãdo eſt actus inductiuus ſcz quando fit per inductionem: et aliquãdo per enthymema: ergo male dicitur ꝙ diſputatio ſit actus ſyllogiſticus.

¶ Quarto arguitur. Si diffinitio mete eſſet bona: vel diffiniret meta redargutionis: vel falſi: vel aliqua alia meta: ſed nullum illoꝝ eſt dicendum: igit quia tunc non conueniret niſi mete deſcripte.

¶ Ad primũ dicit: put habet in primo notabili in exordio poſito. ¶ Ad ſecundũ diſtinguitur maioꝛ vel formaliter ꝛ exꝓreſſe: ſic conceditur. Vel virtualiter ꝛ equiualenter: ꝛ ſic negatur: quia ex parte materie iſti ſyllogiſmi non diſtinguunt: ꝙuis ex parte finis diſtinguantur: quoniã ſyllogiſmus temptatiuus eſt ex his que videntur reſpondenti. Et ſic finis ſyllogiſmi temptatiui eſt experiri de ſcientia reſpondentis. Syllogiſmus vero falſigraphus eſt qui procedit ex principijs alicuius ſcientie male intellectis Et finis illius ſyllogiſmi eſt decipere reſpondentem.

¶ Ad tertium dicitur q̄uis aliquando disputatio fiat per inductionem vel enthymema tanq̄ per instrumentū imperfectum: fit tamen disputatio per syllogismum tanq̄ per instrumētum perfectum: ideo omnia alia disputationis instrumenta ad syllogismū reducuntur.

¶ Ad quartum dicitur. Q̄ hic diffinit meta vt est cōmunis seu superius ad alias quinq̄ metas: z nō diffinitur adequate aliqua illarum.

## Cap. Secundum.

Fallatie diffin.

FAllatia est idoneitatis decipiēdi: faciēs credere de ente q̄ sit nō ens: z de nō ente q̄ sit ens mediāte phantastica visione.

Fallatie diuisio

Fallatie sunt tredecim: quarū sex sunt in dictione: z septem extra dictionē. In dictione sunt equiuocatio: amphibolia: cōpositio: diuisio: accentus: z figura dictionis. Et septē extra dictionē sunt: accidens: fm quid ad simpliciter: ignorātia elenchi: petitio principij: p̄sequēs: nō causa vt causa: scōm plures interrogatiōes vt vnam. Quod aūt sint sex in dictione probat Aristoteles inductione z syllogismo.

Probat sex eē fallacias in dictione.

Inductiōe sic. equiuocatio fit aliquo istoz̄ sex modoz̄. amphibologia fit aliquo istorum sex modoz̄: z sic de aliis: ergo omnis fallatia in dictiōe fit aliquo istoz̄ sex modoz̄. Syllogismo sic omnis deceptio facta ex eo q̄ eisdem dictiōibus vel oratiōibus nō idem significamus: fit aliquo istorum sex modoz̄: sed omnis fallatia in dictione fit ex eo q̄ in eisdem dictionibus vel oratiōibus nō idem significamus: ergo oīs fallatia in dictione fit aliquo istorum sex modorū. Iste syllogismus est in primo modo prime figure. Probatio maioris: omnis multiplicitas dictionis fit aliquo istorū sex modorum: sed omnis deceptio facta ex eo q̄ eisdem dictioni

bus vel orationibus nō idem significamus fit ex multiplici-
tate dictionis vel orationis: ergo omnis deceptio facta ex
eo q̄ eisdem dictionibus vel oratiōibus non idem significa-
mus fit aliquo istorum sex modorū. Et hec fuit maior. Pro-
batio minoris: omnis multiplicitas dictiōis fit ex eo q̄ eis-
dem dictionibus vel orationibus nō idem significamus. sed
omnis fallatia in dictione fit ex multiplicitate dictiōis vel
orationis: ergo omnis fallatia in dictiōe fit ex eo q̄ eisdem
dictionibus vel oratiōibus non idem significamus. Et hec
fuit minor. Et isti duo syllogismi sunt in primo modo pri-
me figure. Sciendū autem (vt vult Alexander in cōmento
supra librum elenchorū) triplex est multiplex. Aliud est enim
multiplex actuale: aliud potentiale: et aliud phantasticum.
Multiplex actuale est quādo dictio vel oratio eadem scōm
substantiā et scōm modum proferendi diuersa significat: dic-
tio: vt in equiuocatione: vt canis: oratio: vt in amphibolo-
gia: vt liber Aristotelis. Multiplex potētiale est quando dic-
tio vel oratio eadem scōm substantiā: diuersa tamē scm mo
dum proferendi diuersa significat: dictio: vt in accentu: vt
populus: cuius prima syllaba potest esse breuis vel longa: et
scōm hoc diuersa significat: oratio: vt in cōpositione vel di-
uisione: vt quicquid viuit semper est. Alium habet enim mo-
dem proferendi prout est diuisa: et prout est composita: vt
postea patebit. De multiplici phantastico videbit in falla-
tia figure dictionis: et quia multiplex actuale verioi modo
est multiplex q̄ potētiale: et potentiale q̄ phantasticū: ideo

Multiplicis diuisio.

Multiplex actuale.

Multiplex potentiale.

Multiplex phātasticum.

primum dicendū est de fallatijs facientibus multiplex actuale q̄ de alijs: z postea de potētiali: z vltimo de phantastico

Primo venit ō terminandū de fallatijs peccātibus ſm multiplex actuale.

Vnde primo dicendum est de equiuocatione: et amphibologia q̄ de alijs fallatijs in dictione: quia in equiuocatione et amphibologia est multiplex actuale: z per consequens eadem dictio vel oratio scōm substātiam: z scōm modum proferendi: in alijs autem non. In istis enim plus est de identitate q̄ de alijs. Item adhuc prius dicendum est de equiuocatione q̄ de amphibologia: quia equiuocatio fit in dictione: amphibologia vero in oratione: dictio autem prior est oratione. Sciendum est q̄ fallacia dupliciter sumitur: quādoq̄ enim fallatia idem est q̄ causa decipiendi: z quādoq̄ idē est q̄ deceptio facta ex illa causa: et hoc primo modo sumitur hic fallatia.

Fallatie duplex acceptio.

Continuatio. ¶ Auctor determinaturus de fallatijs ſm quas formant syllogiſmi sophiſticiantes in speciali de singulis tractet fallatijs presenti capite in cōmuni diffinit fallatiā z eam diuidit per fallatiā in dictione et extra dictionem: sicut cum fallatia in dictiōe distinguat penes modos multiplicis: ideo auctor in fine illius cap. describit tres modos multiplicis ſm quos fallatie in dictiōe distinguūtur. Et pro maiori textus noticia sequētia tria habes notabilia.

Fallatia diuidit p fallatiā.

- In dictione. Et est q̄ sumit causam apparentie ex parte dictionis vel orationis: z sunt sex: vt habes in textu. Et vocatur ideo fallatia in dictione: quia circūscripta impositione voluntaria dictionū non fieret talis fallatia ex eo q̄ argumentum careret defectu: exempli gratia sic arguendo. Omne sanum est animal: z vinum est sanum: ergo vinū est animal: vbi deceptio puenit ratione equiuocatiōis dictionis sanum: ideo fallatia in dictione vocatur.
- Extra dictionem. Et est que sumit causam apparentie ex parte rei significate: z sunt septem (vt habes in textu) de quibus quattuor vltimis cap. videbis.

Nōbile. 1. Tatar. 1. elench 94. D.

Nōbile. 2. ¶ Tertio notandū est omnē fallatiam in dictione peccare in forma ratione alicuius multiplicis: ideo tale multiplex est triplex: z membrorum multiplicis descriptiones habes in textu aliter tamē notificari possunt vt sequenti patet figura.

Triplex ē multiplex. s.

Actuale. Est dictio vel oratio eadez in materia ⁊ forma: sed in significatiōe diuersa: vt canis: vēdere oleū. ⁊c. ⁊ hoc multiplex facit fallatias equiuocationis: ⁊ amphibologie. Et per materiā intelligunt littere ⁊ sillabe in dictione: ⁊ dictiones in oratione: quia sunt partes materiales eiusdē. Per formā vero hic intelligitur modus proferendi-scribendi- ⁊ ordinandi constructibilia in oratione.

Potētiale. Est dictio vel oratio eadem in materia: sed diuersa in forma vt populus pendere. Unde versus. Populus est arbor: populus collectio gentis. Pēdere vult iustus: sed vult pendere malignus. Hoc multiplex facit tres fallatias scz: cōpositionis-diuisionis-⁊ accentus. exemplum de oratione ponit in textu. Quicquid viuit semp est: vbi semper potest determinare vel verbum precedens vel sequens. Mōbile. 3.

Phantasticū. Est dictio vel oratio de se vnum habens modum significādi cui ex mala consideratione attribuitur: alius propter quandā similitudinem cum illa dictione vel oratione: vt papa est generis masculini: ⁊ si consideratur esse generis feminini sicut musa propter eandem terminationem dicitur multiplex phantasticū: ⁊ illud facit vnam fallatiam. s. figure dictionis.

¶ Arguit primo sic. Fallatia nō est nisi argumētatio sophistica: ergo male dicitur in diffinitione fallatie ꝙ sit idoneitas decipiendi. ¶ Secundo sic arguitur contra diuisionem fallatie sic. Omnis fallatia fit per dictiones vel oratiōes: ergo nulla est fallatia extra dictionem. ¶ Tertio arguitur contra distinctionē multiplicis sic. Unius rei est tantū vna forma sed ꝑcatio est forma dictionis: ergo vnius dictionis est tm̄ vna significatio: ⁊ per consequens multiplicis distinctio nulla.

¶ Ad primū dicit: ꝙ fallatia preter idoneitatē ⁊ deceptionem accipitur pro argumentatione sophistica. ¶ Ad secundū dicit: ꝙ fallatie non fiant sine dictionibus: dicunt tamen fieri extra dictionem: qz sumunt causam apparentie non ex parte dictionis sed rei. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ vnius rei eodem modo ꝯsiderate sit tm̄ vna forma sed si dictio capiat pro aggregato ex voce ⁊ ꝑcatione simul: sic ꝑcatio est forma dictionis. Sed si dictio capiatur pro voce tm̄: sic modus ꝓferendi est forma eius.

## Cap. tertium.

Equiuocatiōis diffinitio.

EQuiuocatio est multiplicitas dictiōis eiusdem ꝑm substantiam ⁊ modum proferēdi: vt in hoc nomine canis.

Duplex est causa fallatie.

Sciendū est ꝙ in q̄libet fallatia est duplex causa. s. causa apparētie: ⁊ causa defectus. Causa apparētie in q̄libet fallatia est que mouet ad credendū id quod nō est credendū. Causa

defectus est que ostendit creditum esse falsum. Causa apparentie in equiuocatione est vnitas dictionis eiusdem scom substantiã z scom modum proferendi diuersa significantie. Causa defectus siue falsitatis est diuersitas significatorum. Vnitas enim predicta in equiuocatione mouet ad credendum quod non est. s. vnitatem significandi. Diuersitas autẽ ostendit creditũ esse falsum. Equiuocationis tres sunt modi: sed primo videndum est quid sit fallatia equiuocationis.

Fallatie equocatõis diffinitio

Vnde fallatia equiuocatiõis est deceptio ꝓueniẽs ex eo ꝙ aliqua dictio manẽs vna fm substantiã: z fm modũ ꝓferẽdi diuersa significat. Primus autẽ modus ꝓuenit ex significatione vel ꝛsignificatione dictiõis. Ex significatiõe sic paralogisat: ois canis currit: syrus celeste est canis: ergo syrus celeste currit.

Primus modꝰ fallatie equocationis.

Paralogismꝰ 1

Solutio: vtraq; premissarũ est duplex: qz hoc nomẽ canis est multiplex equiuoce significãs animal latrabile: syrus celeste: z piscem marinum: z sic maior vno modo est vera: z alio modo falsa: et similiter minor. Vel sic: omne expediens est bonum: malum est expediens: ergo malum est bonum. Solutio: expediẽs dicitur equiuoce: vno modo idẽ est ꝙ bonum: alio modo idem est ꝙ necessariũ quod accidit in minus malũ qđ oportet fieri ad euitandum maius malũ: vnde vtraq; premissarum est duplex: qz vno modo est vera: alio modo est falsa.

Paralogismꝰ 2

Paralogis. 3.

Ex cõsignificatione paralogisat sic: iste pannus est de anglia: anglia est terra: ergo iste pãnus est de terra: nõ sequit: qz prima est duplex ex eo ꝙ hec ꝓpositio de põt dicere circũstantiam cause materialis: z sic est falsa: vel

potest dicere locũ ⁊ originẽ: ⁊ est sic vera: vel sic. In quocũq; est egritudo ipsum est animal: sed in humoꝝ in adequatione est egritudo: ergo humoꝝ inadequatio est anĩal. Prima est duplex: qꝛ hec p̄positio in potest dicere causam efficientẽ: et sic est falsa: vel causam formalẽ siue subiectum in quo est: et sic est vera: similiter dicendũ est de minori. Vel sic ꝓpriũ est qualitati scd̄m eam simile vel dissimile dici: sed scd̄m similitudinem dicit̃ aliquis similis vel dissimilis: ergo similitudo vel dissimilitudo sunt q̄litates quod falsum est: ĩmo sunt relationes. Prima est duplex: eo ꝙ hec p̄positio ꝑm potest dicere circumstantiã cause efficientis: ⁊ sic est vera: qꝛ due q̄litates eiusdẽ speciei faciũt vnã similitudiuẽ: ⁊ sic qualitas est causa efficiens similitudinis. Si aũt dicat circumstantiã cause formalis: sic est falsa: qꝛ qualitas nõ est causa formalis similitudinis: ⁊ econuerso dicendum est de minori. Similiter: omne sanũ est animal: vrina est sana: ergo vrina est animal: vtraq; premissarũ est duplex: qꝛ sanum dicit̃ de animali vt de subiecto: ⁊ de vrina: vt de signante: vel de iudicãte: de cibo vt de efficiente: de dieta vt de seruãte: ⁊ sic alio modo ⁊ alio modo sanitas ad hec cõparatur: ⁊ ꝑm hoc habet diuersas significationes. Ex significatiõe sic paralogisat̃: quicunq; sanabat̃ sanus est: laborans sanabat̃: ergo laborãs sanus est. Minor est duplex ex eo ꝙ hoc participiũ laborãs potest dicere p̄sens tẽpus: ⁊ sic est vera: ⁊ tũc est sensus: laborãs nunc sanabat̃: si autẽ dicat preteritũ: sic est falsa: ⁊ sic est sensus: laborãs tunc sanabat̃: ⁊ ecõuerso dicendũ est de ꝯclusione. Laborans enĩ

Paralogis. 4.

Paralogis. 5.

Paralogis. 6.

Paralogis. 7.

Paralogis. 8. equiuocū est ad laborantē nunc: ꝛ ad laborantē tūc. Et eo-
dem modo est hic: quicunqꝫ surgebat stat: sedens surgebat:
ergo sedēs stat. Et eodem modo respondendū est sicut fuit
respōsum ad aliū paralogismū. Alio modo potest fieri ecō-
uerso: quādo dictio potest teneri materialiter vel cōsignifi-
Paralogis. 9. catiue: sicut hic. Deus est vbiqꝫ: vbiqꝫ est aduerbiū: ergo de-
us est aduerbiū. Dicendū ꝙ prima est duplex: eo ꝙ hec dic-
tio vbiqꝫ potest teneri materialiter vel ꝯsignificatiue: si ma
terialiter: sic est falsa: si ꝯsignificatiue: sic est vera: sed non se-
quitur conclusio. ¶ Secūdus modus equiuocatiōis proue
Secūdus modꝰ equiuocationis nit ex trāssumptione dictiōis. Vnde trāssumptio vt hic su-
mitur est acceptio ꝺictiōis significātis vnum ex impositiōe
ad significandū aliud per similitudinē. Et ꝑm istum modū
Paralogismꝰ 1 sic formatur paralogismus. Quicquid ridet habet os: pra-
tum ridet: ergo pratū habet os. Prima est duplex eo ꝙ hoc
verbum ridet potest teneri ꝓprie ꝛ ex impositiōe vel trās-
sumptiue: si ꝓprie: sic est vera ꝛ nō sequit conclusio: si trās-
sumptiue: sic est falsa: ꝛ sic sequit conclusio. Hoc enim verbū
ridere est equiuocū ad ridere ꝛ ad florere: quia ridere signi-
ficat ex primo impositiōe risum ab ore emittere: florere au
tem significat per quandā transsumptionē: florere enī ꝛ ri-
dere quandā similitudinē habent: qꝛ vtrobiqꝫ denotat gau
dium ꝛ ideo ridere trāssumit ad florere: vt vult Aristoteles
Paralogis. 2. ideo sumētes aliquā similitudinē trāsferunt. Quicquid cur-
rit habet pedes: secana currit: ergo secana habet pedes. Ve-
traqꝫ premissarū est duplex: quia hoc verbum currit vel te-

netur ꝓprie vel trãssumptiue: currere enĩ ⁊ labi assignant̃ in velocitate motus scd̃m ꝙ currit sumitur ꝓprie: sic maior est vera ⁊ minor falsa: si trãssumptiue tunc est ecõuerso. Tertius modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua dictio plura significat cõposita: separata vero vnum solum: vt hec dictio immortale vno modo dicit̃ quasi non potens mori. Alio modo dicitur quasi potens nõ mori: ⁊ scd̃m hoc sic format̃ paralogismus: omne immortale est perpetuũ: sed omne potẽs nõ mori est immortale: ergo omne potens nõ mori est ꝑpetuum. Vtraq; premissaꝝ est duplex: cum hoc nomẽ immortale sit equiuocum vt dictum est. Item omne incorruptibile est perpetuum: sed omne potens non corrumpi est incorruptibile: ergo omne potens nõ corrũpi est perpetuũ. Vtraq; p̃missarum est duplex eo ꝙ incorruptibile vno modo idem est quod nõ potẽs corrumpi: ⁊ sic incorruptibile est ꝑpetuum: ⁊ sic maior est vera ⁊ minor falsa: alio modo idem est quod potens non corrumpi: vt primus homo potuit non corrũpi: ⁊ in hoc sensu maior est falsa: ⁊ minor vera. Et sic soluendi sunt paralogismi equiuocatiõis per distinctionem paralogismoꝝ scd̃m equiuocationẽ vt prius patuit. Recta solutio est manifestatio syllogismi falsi: ⁊ ꝓpter quid est falsus: ⁊ hoc ꝯtingit dupliciter. s. vel distinguẽdo: vel aliquã premissarũ interimendo. Secũdo modo respondendũ est ad omnes peccantes in materia: ⁊ ad omnes oratiões in vtroq; peccantes respondendum est vtroq; modo. s. distinguẽdo: ⁊ aliquã premissarum interimendo: non scd̃m idem sed scd̃m diuersa.

Tertius modꝰ eqniuocationis

Paralogis. 1.

Paralogis. 2.

Que sit ꝟa paralogismoꝝ solutio.

Continuatio. ¶ Consequenter auctor cap. tertio de fallatijs in speciali incipit determinare: et presens cap. in duas principales diuidit partes: quarum prima est tertius presens in quo agitur de fallatia equiuocationis: eo q habet fieri circa multiplex actuale dictionale: quod est prius omnibus alijs multiplicibus enumeranturque ita in textu tres modi equiuocationis qui exemplariter sufficienter declarantur: pro quibus tamen (vt sequitur) nota.

Möbile. 1. In omni fallatia est duplex causa: scz.

Causa apparentie. Est que mouet intellectū ad credendum quod non est: et aliquādo sumitur a rebus de quibus disputatur quarum multoties habitudines ignorantur. Et quandoq sumitur a dictionibus et orationibus per quas fit disputatio: quarū significatio vel multiplicitas sepius ignoratur. Et scōm hoc sumitur diuisio fallatie in dictione et extra dictionem.

Causa defectus. Est q̄ falsificat creditum faciēs credere de nō ente q fit ens. Et hec causa latet sub causa apparētie: vt sub vnitate vocis in fallacia equocatiōis latet pluralitas ſcationis: q̄ est causa defect⁹ in fallatia equocationis

Möbile. 2. Fallatie equiuocationis tres sunt modi.

Primus. Est quādo argumentū peccat penes equiuocū a casu non curando an tale equiuocum sit dictio cathegorematica vel sincathegorematica. Exemplum primi. Omnis equus est irrationalis: iudex est equus: ergo iudex est irrationalis. Similiter ibi. Quicunq discunt sunt sapientes: ignorantes discunt: ergo ignorantes sunt sapientes: vbi equiuocatio fit in verbo discunt quod vno modo significat docere: alio modo doceri. Exemplū secundi. Quicquid est in hoc corpore est aqua: color est in hoc corpore: ergo color est aqua: vbi equiuocatio fit in sincathegoremate scz prepositione in que in maiori et minori aliam et aliam dicit habitudinē. Similia habes exempla in textu.

Secūdus. Est quādo argumentū peccat penes equiuocū a consilio: vt nullum pictum est sensitiuū: et omnis asinus est pictus: ergo nullus asinus est sensitiuus. Similiter sic arguendo: omnis petra est lapis: et Christus est petra: ergo Christus est lapis. Quid sit equiuocū a casu. Quid equiuocum a consilio habes tract. tertio. fol. 57.

Tertius. Est qñ dictio cōposita plura significat cuius tamē dictio simplex solum significat vnum: vt oīne inseparabile accidēs est non potens separari: sed omne accidens potens non separari est accidens separabile: ergo oīne potens non separari est non potens separari.

¶ Arguitur. Vnitas vnius dictionis plura significātis est causa cognitionis plurium significatorum: ergo non est causa deceptionis: per consequens diffinitio fallatie equiuocationis mala.

¶ Respondetur ad argumentum. Q̄ apud cognoscentem et intelligentem talis vnitas dictionis est causa cognitionis significatorum: est tamen causa deceptionis apud ignorantem.

Amphibologia est multiplicitas oratiōis eiusdē ꝑm substā tiam ⁊ ꝑm modū ꝓferendi diuersa significātis. Fallatia aūt amphibologie est deceptio ꝓueniēs ex idētitate orōis eiusdem ꝑm substantiā ⁊ ꝑm modū ꝓferēdi diuersa significātis Causa apparētie est idētitas oratiōis eiusdē scdm substātiā ⁊ ꝑm modū ꝓferendi. Causa falsitatis est diuersitas significatoꝝ. Et dicit̄ amphibologia ab amphi qd̄ est dubiū ⁊ bole sentētia q̄si dubia sentētia. Amphibologie tres sunt modi. Primus modus prouenit ex eo ꝙ aliqua oratio principaliter plura significat: vt liber Aristotelis. Hec enim oratio est duplex. Vno mō idem est ꝙ liber editus ab Aristotele. Alio modo idē est ꝙ liber possessus ab Aristotele. Et format̄ sic. paralogismus: quicquid est Aristotelis possidet̄ ab Aristotele: iste liber est Aristotelis: ergo possidetur ab Aristotele: vtraq; premissarū est duplex: vt dictum est. Secundus modus amphibologie prouenit ex transsumptione orationis. Trāssumptio aūt orationis est quādo oratio ꝓprie significans vnum transsumitur ad significandū aliud propter aliquam similitudinē repertā in ipsis: vt littus aratur: trāssumitur ad operam perdi. Et format̄ sic paralogismus: quicquid aratur: aratro scinditur: littus aratur quādo indocilis docetur: ergo quando indocilis docetur: littus aratro scindit̄. Minor est duplex: quia littus arari significat proprie terrā scindi: transsumitur autem ad operā perdi: et est similitudo in hoc ꝙ qui littus arat operā perdit et frustra laborat. Tertius modus amphibologie prouenit ex eo ꝙ

Amphibologie diffinitio.

Fallatie amph. diffinitio.

Amphibologia vnde dicat̄.

Primus mod⁹ amphibologie.

Secūdus mod⁹

Tertius mod⁹.

aliqua oratio cõpoſita plura ſignificat: ſeparata vero vnum ſolum: vt ſeculũ ſcit: hec enĩ oratio eſt duplex: ſignificat enim q̃ aliquis ſciat ſeculum: vel q̃ ſeculum habeat ſcientiã de aliquo: ꝛ ideo iſta oratio eſt duplex ex eo q̃ verbum ſcit poteſt ordinari cum hoc quod eſt ſeculum a parte ante: ꝛ ſic eſt vera: ꝛ ſic nõ ſequitur cõcluſio: vel a parte poſt: ꝛ ſic eſt falſa. et ſic ſequit̃ cõcluſio. Similiter hic quicquid ſcit hoc ſcit: quia hec dictio: hoc: poteſt ſupponere huic verbo ſcit vel apponere. Similiter hic: quoſcunq; vellem me accipere: vellem q̃ acciperẽt me: pugnantes vellem me accipere: ergo vellem q̃ pugnantes acciperẽt me. Maior eſt duplex: quia hec dictio me: poteſt ordinari cum iſto verbo accipere a parte ante: et ſic eſt vera ꝛ non ſequitur concluſio: vel a parte poſt: ꝛ ſic eſt falſa: ꝛ ſequitur concluſio. Similiter iſta dictio pugnantes poteſt ſupponere vel apponere. Similiter hic: quicquid videt aliquis hoc videt: columnã aliquis videt: ergo columna videt. Maior eſt duplex vt dictum eſt in alijs. Similiter hic quicũq; ſunt epiſcopi ſunt ſacerdotes: aſini ſunt epiſcopi: ergo aſini ſunt ſacerdotes: vtraq; premiſſarũ eſt duplex ex eo q̃ hec dictio epiſcopi poteſt eſſe noiatiui caſus vel genitiui.

Diũſitas caſuũ facit amphibologiam.

Quod autẽ deceptio facta ex diuerſitate caſus faciat amphibologiam patet: quia caſus datus eſt dictioni ꝗ̃ hoc vt ordinet̃ cum alia dictione. Sed ordinatio dictiõis cum dictõe facit amphibologiã: ꝛ nõ equiuocationẽ: hoc enĩ patet ab Ariſtotele formante paralogiſmos amphibologie ſcõm diuerſitatẽ caſus: ꝛ nõ equiuocatiõis. Sciendũ eſt q̃ Ariſt.

ponit tres modos cōmunes eq̄uocationis ⁊ amphibologie. Primus modus est qñ dictio vel oratio plura principaliter ſcat. dictio: vt canis oratio: vt liber Aristotelis. Secundus modus est qñ sic soliti sumus dicere scd̄m trāssumptionem: trāssumptio in dictione vt ridere: in oratiōe: vt littus arat̄. Tertius mod⁹ est qñ cōpositum plura ſcat: separatū vero vnū solū: exēplū in eq̄uocatiōe vt his dictiōibus īmortale incorruptibile: exēplū in āphibologia: vt in ista oratiōe seculū scit: in oībus enī istis cōpositū plura ſcat: separatum vero vnū solū. Queritur de distinctiōe istoꝝ triū modoꝝ ꝯmuniū: quorum primus est quantū ad equiuocationē: qñ vnum nomen principaliter ſcat plura. Secūdus ꝓuenit ex trāssumptiōe. Tertius est qñ vnum nomē cōpositum plura significat: simplex vero vnum solum vt īmortale: incorruptibile: ⁊ hoc totum verum. Sed tunc obijcitur deceptio proueniēs ex consignificatiōe dictionis nō cōtinetur sub aliquo istoꝝ trium modoꝝ in equiuocatiōe. Verbi grā: sicut in hoc syllogismo quicunq; sanabat̄ sanus est: laborās sanabat̄: ergo laborans sanus est: nō ꝯtinetur sub tertio modo: quia laborās nō est dictio cōposita: nec sub secundo: quia hec dictio laborās nō tenetur trāssumptiue: nec sub primo: quia primus prouenit ex principali significatiōe: sed hec dictio laborans nō significat principaliter tempus: sed ex cōsequenti per accidētia: ergo illa deceptio facta ex ꝯsignificatione nō est sub aliquo istoꝝ triū modoꝝ. Solutio deceptio facta ex ꝯsignificatōe dictiōis cōtinetur sub primo modo equiuocatiōis. Ad hoc

Tres modi cōmunes Amphi. ⁊ equocatiōis.

Obiectio.

Obiectionis solutio.

q̄ obijcitur q̄ primus modus ꝓuenit ex principali significa
tione dicendū est q̄ principalis significatio appellat hic q̄
quid ex eadē impositiōe importat̄ per dictionē: sed ex eadē
impositiōe significat quelibet dictio significationē ⁊ sua ac
cidentia. Ille enī qui imposuit hoc nomē lapis ad significā
dum lapidem sub tali genere. sub tali numero imposuit: ⁊ sic
eadē impositiōe imposuit impositor: q̄ hec dictio laborans
importat suum significatū ⁊ ꝓsignificatū: ⁊ sic de alijs. Ad
dicendū est q̄ principalis significatio ponit̄ in primo modo
equiuocatiōis ⁊ amphibologie ad remouendū trāssumptio
nem in eis: q̄ trāssumptio significat̄ per dictionē non prin
cipaliter: vt ridere non principaliter significat florere: sed
trāssumptiue ⁊ p quandā similitudinē: ⁊ hec dictio laborans
significat presens tēpus ⁊ preteritū impfectū. Item queritQuestio. Et eis solutio.
quare deceptio facta ex quibusdā accidētibus facit equiuo
cationē: ⁊ ex quibusdā amphibologiā. Solutio: dico q̄ que
dam sunt accidētia que ꝓsequunt̄ dictionē nō absolute: sed
prout est ordinabilis cū alia dictione: sicut casus: numerus:
ordinant̄ per dictiones adinuicem per talia accidētia. Male
enī diceret̄: homines currit: q̄ ibi nō est debitus numerus: nec
debitus casus: ⁊ deceptio ex talibus accidētibus est deceptio
in oratiōe: ⁊ sic est in amphibologia: ⁊ nō est in equiuocatōe
Sed sunt alia accidētia absoluta que consequunt̄ dictionē
per se: vt tēpus ⁊ genus. ⁊ p talia accidētia nō ordinant̄ dic
tiones adinuicem: q̄ sicut bene dicit̄: homo currit: ita bene
dicit̄: homo currebat: vnde licet tempus varietur manet tū

eadem constructio: z ideo non construūtur mediante tempore: z sic deceptio ex talibus accidentibus fit in dictione et ita in equiuocatione z non in amphibologia.

¶ Hec est tertij cap. secunda pars in qua agitur de fallatia amphibologie que fit scōm multiplex actuale orationis enumerant in textu tres modi amphibologie quibus adiunguñ (ex Aristo. elenchox primo) tres modi communes equiuocationis z amphibologie: postremo circa finem textus mouet z soluitur dubium: vnde pro clariori modox amphibologie cognitione (vt sequitur) duo habes notabilia. Continuatio.

**Amphibologia capitur dupliciter: scz**

**Large: pro oīi oratiōe habēte sensum dubiū:** z sic oīs oratio diuersos habens sensus est amphibologica Dicitur namqz amphibologia ab Amphi qđ est dubium et Logos sermo quasi sermo ille sententiam dubiam indicet: vt dico Laceda monas Athenienses superasse: fit etiam amphibologia (Torrello teste) per incertam distinctionem: vt Virgilius lib. Eneidos. i. bellum ingens geret Italia: vbi quis intelligere possit de ingenti Italia: sicut de ingenti bello: z eodem libro aurea subnectens exerte cingula mame: vbi teste Seruio dubiū est an ipsam auream: vel aurea cingula dicere velit. Amphilogos Möbile. 1.

**Stricte: pro omni oratione habēte sensum dubium** prouenientē ex multiplicitate actuali orationis multiplicis: z non dictionis equiuoce: Et hoc modo capitur hic et diffinitur in textu.

**Fallatia amphibologie habet tres modos.**

**Primus. Est quando penes orationem equiuocam a casu peccat argumentum:** vt quoscunqz vellem me capere vellem qz caperent me z inimicos vellem me capere: igitur vellem qz inimici capere. Et me: vbi oratio vellem me capere eque primo duos habet sensus, tē. Möbile. 2.

**Secūdus. Est quādo penes orationē equiuocam a consilio peccat argumentū:** vt quicunqz haurit aquaz cribro: est circa aquas: z volens studere sine libro: haurit aquaz cribro igitur volens studere sine libro est circa aquas. Similiter ibi. Quicūqz lauat laterem: habet aquā: z custodiēs mulierē lauat laterem: igitur custodiens mulierem habet aquam.

**Tertius. Est quando argumentum peccat penes** orationem de se no equiuocā: sed ex additione alterius cū quo construitur: illius modi exemplā sufficientia habes in textu.

¶ Arguitur. Amphibologia z equiuocatio habent eosdem modos: igitur non sunt fallatie distincte.

¶ Respōdetur pcedendo eas habere eosdem modos generales (sicut ostendit auctor noster in textu ex sententia Aristotelis) non tamē habent eosdem modos speciales sed in hoc differunt: quia modi equiuocationis prouenīt

ex hoc q aliqua dictio incomplexa actualiter est multiplex. Modi vero amphibologie prouenium ex hoc q aliqua oratio actualiter vna est multiplex ablq; multiplicitate dictionis incomplexe.

## Cap. quartum.

Sequitur de fallacijs faciētibus multiplex potentiale. s. de cōpositione/diuisione/z accentu. Et prius de cōpositione q; de alijs: q; paralogismi fiunt efficatiores fm compositionē ad finem sophisticū: qui est apparēs sapiētia z nō existēs: z ideo prius dicendū est de cōpositiōe q; de alijs. Cōpositio est oratio que debeat diuidi falsa vnio. Diuisio vero est oratio que debent componi falsa diuisio. Fallatia compositionis est idoneitas decipiēdi prouenies ex identitate orationis vnius z eiusdē scōm materiā z scōm situm magis debitū partibus in oratione positis: causa apparētie huius fallatie est oratio diuisa habēs identitatē in materia cum oratione cōposita: causa falsitatis siue defectus est diuersitas sensus cōpositi a diuiso. Notandū q; qñ oratio est vera in sensu diuiso: z falsa in sensu cōposito: tunc est fallatia cōpositionis. Dicit tamen oratio cōposita qñ determinatio determinat determinabile illud quod magis apta nata est determinare z similiter dicit oratio cōposita quādo dictiōes ordinātur scōm situm magis debitū. Et dicit oratio diuisa, qñ determinatio determinat illud determinabile qđ non est magis apta nata determinare: vel qñ dictiones ordinantur scōm situm minime debitū. Vnde sumitur hec oratio gra exēpli: quicquid viuit semp est: in ista oratiōe sunt duo determina-

Cōpositiōis diffinitio.
Diuisionis diff.
Fallatie cōpositionis diffinitio
Dio cōposita.
Oratio diuisa.

ta.s.hoc verbū viuit:z hoc verbum est: z est vna determinatio.s.semp:si ergo hec determinatio.s.semp determinat hoc verbū est qđ ponit a parte p̄dicati sic dicitur oratio cōpositaꝫ tunc determinatio determinat determinabile quod magis apta nata est determinare:qz illud verbum est ponit in situ determinato.s.in predicato. Si aūt determinat hoc verbum viuit: sic dicit diuisa: quia determinat illud determinabile quod est minus apta determinare: qz illud verbū viuit nō ponitur in situ determinato ipsius verbi: z tūc dictiones ordinant ꝑm situ minus debitū. Istius fallatie duo sunt modi. Primus modus ꝓcedit ex eo ꝙ aliquod dictum potest supponere pro se toto vel pro parte sui: z scom istum modū paralogisat sic:quēcunq; possibile est ambulare possibile est ꝙ ipse ambulet:sedentē possibile est ambulare:ergo possibile est ꝙ sedens ambulet. Ad hoc dicendū est ꝙ minor est duplex: qz si hoc dictum sedentē ambulare supponit pro se toto respectu hui⁹ p̄dicati possibile est:idest sedēs sedēdo potest ambulare:tūc hec cōposita est falsa: sicut etiā est impossibile dicere ꝙ sedēs ambulet. Si aūt istud dictum supponat pro parte sui tūc est diuisa z vera z nō sequit ꝯclusio: z est sensus sedentē possibile est ambulare.i.sedēs nūc habet potentiā vt postea ambulet:z similiter quemcunq; est possibile scribere possibile est ꝙ scribat: nō scribentē scribere est possibile:ergo possibile est ꝙ nō scribēs scribat. Dicendū est ad istū paralogismū sicut ad primū. Secūdus modus procedit ex eo ꝙ aliqua determinatio p̄t referri ad diuersa z

Primus modus cōpositionis.

Secūdus modus cōpositionis.

penes istum modū paralogisat̄ sic. Quicūqꝫ litteras scit nūc didicit eas. sed iste antiquus grāmaticus scit litteras: ergo nunc didicit eas. Dicendū ꝙ maior est duplex q̄r hec determinatio nunc potest determinare hoc verbum didicit: ⁊ sic est cōposita ⁊ falsa ⁊ sequit̄ cōclusio: vel potest determinare hoc verbū scit: ⁊ sic est diuisa ⁊ vera: ⁊ non sequitur cōclusio. Similiter hic: qđ vnum solum potest ferre plura pōt ferre: sed qđ non potest plura ferre potest vnū solum ferre: ergo quod nō potest plura ferre potest plura ferre. Dicendum ꝙ maior est duplex: q̄r hec determinatio solū potest determinare hoc verbū potest: sic maior est falsa ⁊ cōposita: ⁊ est sensus ꝙ illud quod nō potest ferre vnū cum alio potest ferre plura: vel pōt determinare hoc verbū ferre: et est sensus verus ⁊ ꝓpositio diuisa vera: sub hoc sensu qđ potest iam ferre vnū solū ⁊ ferre non plura potest plura ferre. Similiter tu scis tm̄ tres hoīes currere posito casu ꝙ sex currāt ⁊ nescias de tribus. Hec est duplex: q̄r hec dictio tm̄ potest determinare hoc verbum scis vel currere: si determinat hoc verbū currere sic est cōposita ⁊ falsa: si scis tunc est diuisa ⁊ vera et paralogisatur sic: tu scis tantum tres homines currere posito casu ꝙ sex currāt sed quicquid scitur est verū: ergo tm̄ tres hoīes currere est verū: maior est duplex vt iam dictum est.

¶ Sequitur de fallatia diuisionis.

Quid sit diuisio dictū est pri⁹. Fallatia diuisiōis est idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex eo ꝙ oratio aliq̄ cōposita est vera ⁊ diuisa falsa: vna ⁊ eadē manēs ꝑm materiā: differens scđm formā diuersa significat: q̄ credit̄ esse vera in sensu diuiso eo

q̄ veritatē habet in ſenſu cōpoſito. Cauſa apparētie huius fallatie eſt oratio cōpoſita habēs idētitatem in materia cū oratiōe diuiſa. Vel cauſa apparētie eſt idētitas oratiōis eiuſdem ſcōm ſubſtantiā z ſm ſitū minus debitū. Cauſa defectus eſt diuerſitas ſenſus diuiſi a ſenſu cōpoſito. Iſtius fallatie duo ſunt modi. Primus modus p̄ouenit ex eo q̄ aliq̄ ꝯiunctio pōt copulare inter terminos vel inter ꝓpōnes. Et ſcōm iſtum modū paralogiſaꝫ ſic. Quecūq; ſunt duo z tria: ſunt duo z tria: quinq; ſunt duo z tria: ergo quīq; ſunt duo z quinq; ſunt tria. Ad hoc eſt dicendū q̄ minor eſt duplex: q̄ hec ꝯiunctio/z/pōt cōiungere z copulare inter terminos vel inter ꝓpōnes: ſi inter terminos ſic eſt vera cōpoſita: z eſt ſenſus: duo z tria in ſimul iūcta faciūt quīq;: ſi inter ꝓpōnes ſic eſt falſa z diuiſa: z eſt ſenſus q̄ duo ſunt quinq; per ſe: z q̄ tria ſunt quinq; p ſe: qō eſt falſum. Siliter eſt hic: quecūq; ſunt duo z tria ſunt paria z imparia: quīq; ſunt duo z tria: ergo quīq; ſunt paria z ipariq. Dicendū eſt q̄ minor eſt duplex: q̄ ibi pōt eſſe copulatio inter terminos: z ſic eſt vera z cōpoſita: z eſt ſenſus: quinq; ſunt duo z tria in ſimul ꝯiuncta. Vel ibi eſt copulatio inter ꝓpōnes: z ſic eſt falſa z diuiſa: z eſt ſenſus: quinq; ſunt duo: z quīq; ſunt tria: qō eſt falſum Similiter hic: oīe aīal eſt rationale vel irrōnale: ſed nō oē aīal eſt rationale: ergo omne aīal eſt irrōnale. Dicendū q̄ maior eſt duplex ex eo q̄ iſta ꝯiunctio vel: pōt ꝯiūgere inter terminos z ſic eſt vera z cōpoſita: vel inter ꝓpōnes: z ſic eſt falſa z diuiſa. Similiter hic: oē aīal vel eſt ſanū vel eſt egrū:

Primus mod⁹ falla. diuiſiōis.

vel hic oīs substātia est corporea vel incorporea: vel hic: oīs linea est recta vel curua: vnde oēs tūc sunt vere qñ ꝓiunctio coniungit inter terminos ꝛ sunt composite. Sed sunt false quando coniunctio cōiungit inter oratiōes ꝛ ꝓpōnes ꝛ sunt diuise: qz ꝓiunctio ꝑ se ꝛ primo est ꝓiunctiua partiū oratiōnis ꝛ ex ꝓsequenti ipsa cōiungit orationē cū oratiōe. Scōs modus huius fallatie diuisionis ꝓuenit ex eo ꝙ aliq̄ determinatio potest referri ad diuersa vt hic: quo vidisti hunc percussum hic percussus est: sed oculo vidisti hunc percussum: ergo oculo percussus est. Dicendum ꝙ minor est duplex qz iste ablatiuus oculo potest determinare hoc participiū percussus: sic est diuisa ꝛ falsa: ꝛ est sensus: tu vidisti hūc percussum oculo: ꝛ sic sequitur conclusio: vel potest determinare hoc verbum vidisti: ꝛ sic est composita ꝛ vera: ꝛ tunc est sensus: tu vidisti cum oculo hunc percussum: sed tunc non sequit̄ ꝓclusio.

Secūdꝰ modꝰ diuisionis.

Continuatio.

¶ Postꝙ determinatum est de fallatijs que fiunt secundū multiplex actuale: consequenter auctor determinaturus de fallatijs que fiunt ſm multiplex potentiale: primo de cōpositione ꝛ diuisione presenti cap. agit describendo compositionem ꝛ diuisionem ꝛ fallatias ſm hec sumptas: addendo causas apparentie ꝛ defectus ponendo quoq; modos ſm quos formantur paralogismi quorum solutionem affert auctor ibidem. Et pro textu huius cap. sequentia tria aduerte notabilia.

Möbile. 1. Quō in ꝓposito cōpositio ꝛ diuisio capiantur.

¶ Nota cōpositionē ꝛ diuisionē hic non accipi generaliter pro quacūq; oratiōis cōpositione vel diuisione sed accipiunt̄ ꝓprie: scz compositio pro ordinatione partiū oratiōis falsē ſm situm magis debitū ꝛ vere ſm situm minus debitū. Diuisio vero accipit̄ pro ordinatione partiū oratiōis falsē ſm situm minus debitū. Situs vero magis debitus dicit̄ qui occurrit intellectui magis ꝓuenienter ꝛ magis conuenit dictionibus ſm suos modos ſignificandi. Ex hoc (vt habetur in textu) patet ꝙ compositio est eorum que debent diuidi falsa. vnio ꝛ diuisio eorum que debent componi falsa diuisio. Et assignantur in textu duo modi compositionis ꝛ duo diuisionis: pro quibus sequentia duo vide notabilia.

Notabile. 2. Dictum supponere pro se toto

¶ Pro primo modo cōpositionis aduerte dictum supponere pro se toto. Quando totū dictū precedit copulā ꝛ modū. Vel sequitur ipsam copulā ꝛ modū: vt hic sedentē ambulare est possibile: vel hic possibile

eſt ſedentem ambulare. Et dictum tunc ſupponit pro parte ſua: quando dictum diuiditur per modū & copulā: ita q̄ ſubiectū dicti precedit & predicatū ponitur in fine: vt hic: ſedentē poſſibile eſt ambulare. Et dicitur hic dictum ſupponere pro parte ſua quia ſubiectū dicti habet ſuam ſpecialem ſuppoſitionem non in ordine ad ipſum predicatum: nec ſimul cum predicato. Sed quando dictum ſupponit pro ſe toto tunc neutra partium ſuam ſpecialem habet ſuppoſitionem: ſed tunc totum dictum ſupponit materialiter pro propoſitione vel oratione cui equiualet: vt ſedentem ambulare eſt poſſibile: ſenſus eſt q̄ talis propoſitio ſedens ambulat eſt poſſibilis. Ex hoc patet quando dictum ſupponit materialiter: tunc ſupponit pro ſe toto: ſed quando perſonaliter diuiditur a predicato dicti: tunc ſupponit pro ſua parte. Quid ſit dictum habes tractato primo folio. 38.

Dictū ſuppone re pro parte ſua

**Primus: fit penes orationē compoſitam & diuiſam** quando ſcz arguitur a modali diuiſa vera ad modalem compoſitam falſam committitur fallatia compoſitionis. Quando vero arguitur a modali compoſita vera ad modalem diuiſam falſam committitur fallatia diuiſionis. Exemplum primi. Quemcunq; poſſibile eſt ambulare poſſibile eſt q̄ ambulet: & ſedentē poſſibile eſt ambulare: igitur poſſibile eſt q̄ ſedens ambulet. Exemplum ſecundi. Quemcunq; poſſibile eſt ambulare: poſſibile eſt q̄ ambulet: & ſedentem ambulare eſt poſſibile: igitur ſedentem poſſibile eſt ambulare.

**Secundo fit pariter penes orationem compoſitam vel diuiſam.** Quando enim arguitur ab hypothetica vera ad ſuam cathegoricam falſam committitur fallatia compoſitionis. Quando vero arguitur a cathegorica vera ad ſuam hypotheticam falſam committitur fallatia diuiſionis. Exemplum primi: vt duo non ſunt quinq; & tria nō ſunt quinq;: igitur duo & tria non ſunt quinq;. Exemplum ſecundi: vt duo & tria ſunt quinq;: igitur duo ſunt quinq; & tria ſunt quinq;. Similiter ibi: Petrus & Paulus trahunt nauem: igitur Petrus trahit nauem & paulus trahit nauem.

Notabile. 3.

Fallatie Compoſitiōis & diuiſionis tres aſſignātur modi.

**Tertius: fit penes orationem compoſitam vel diuiſam: & pariter dupliciter.** Primo quando arguitur a determinatione inconuenienter determinante ad eandem conuenienter determinantem & ſic committitur fallatia compoſitionis. Secundo quando arguitur a determinatione conuenienter determinante ad eandē inconuenienter determinantē: & ſic cōmittitur fallatia diuiſionis. Exemplū vtriuſq; habeſ hoc argumēto. Quicquid virit ſemper fuit: & reſpondens aliquando virit: igitur reſpondens ſemper fuit: ſm q̄ determinatio ſemper determinat verbum precedens vel ſequens. Quomodo dicti fallatiarum modi ſoluendi ſunt habetur in tertio.

¶ Contra dicta arguitur fallatie cōpoſitionis & diuiſionis habent eandē cauſam apparētie cū identitate orationis: ergo nō diſtinguunt. ¶ Reſpondeſ q̄ iſte fallatie habeant quidē eandē cauſam apparētie generalem ſcz materialē orationis vnitatē: ſed non ſpecialē. Cauſa enī ſpecialis

fallatie cōpositionis est materialis idemptitas orationis diuise vere ⁊ composite false: sed econtra est de fallatia diuisionis.

## Sequit̃ de fallatia accētus. Cap. v.

Accētus diffi.

Triplex est accētus.

Accentus est certa lex ⁊ regūla ad eleuandū vel deprimendū sillabam vniuscuiusq; dictiōis. Et iste accētus diuidit̃ in accentū grauē/acutū/⁊ circūflexū. Grauis est qui deprimit̃ in fine. Acutus accētus est qui in fine eleuatur vel acuitur. Circūflexus est qui acuitur ⁊ deprimitur simul: vel circunflexus est qui ꝓcedit ab imo ⁊ procedit in altū: ⁊ finaliter tendit in imū: vt hierusalē. Fallatia accētus est idoneitas decipiēdi proueniens ex multiplicitate dictiōis eiusdem ꝑm substantiā diuerse ꝑm modū proferēdi diuersa significātis. Causa apparentie huius fallatie est vnitas dictionis ꝑm materiam vel ꝑm substantiā solū. Causa defectus est diuersitas significatorū. Istius fallatie duo sunt modi. Primus modus ꝓuenit ex eo ꝙ aliqua dictio potest proferri diuersis accentibus: vt hic oīs populus est arbor: gens est popul⁹: ergo gens est arbor. Dicendū est ꝙ maior est duplex: qꝛ prima sillaba huius dictionis populus: potest proferri longa: ⁊ sic est vera: ⁊ non sequitur cōclusio: vel potest esse breuis: et sic est falsa: ⁊ sequitur conclusio. Similiter hic: oīs ara est in templo: stabulum porcorum est ara: ergo stabulū porcorum est in templo. Dicendum est sicut prius: similiter hic: quicq̄d amatur hamo capitur: mulier amatur: ergo mulier hamo capitur. Dicendum ꝙ maior est duplex: ideo ꝙ hec dictio hamatur potest proferri cum aspiratione: vel sine aspiratione

Fallacie accēt⁹ diffinitio.

Primus mod⁹ falla. accētus.

si primo mō sic est vera ꝛ nō sequit cōclusio: si secūdo modo sic est falsa ꝛ sequit ꝓclusio. Vel sic: quoscūqꝫ viros iustuꝫ est pendere dignū est penam pati: seo iustos viros iustū est pē-dere: ergo iustos viros dignum est penam pati. Vnde vtraqꝫ premissarū est duplex eo qꝫ hec dictio pēdere potest pro-ferri media longa vel media breui. Secūdus modus proue-nit ex eo qꝫ aliqua vox potest esse dictio vel oratio: vt hic: tu es quies: seo quies est requies: ergo tu es requies. Dicendum qꝫ maior est duplex: eo qꝫ quies pōt esse dictio vel oratio: si sit dictio: tūc est falsa ꝛ sequit conclusio. Si sit oratio: sic est vera ꝛ nō sequit ꝓclusio: similiter hic: quicquid fecit deus in-uite fecit deus coacte: seo deus fecit vinū in vite: ergo deus fecit vinū coacte. Dicendū qꝫ maior est duplex: eo qꝫ inuite potest esse dictio vel oratio: si dictio ꝛ sic est vera: ꝛ nō sequi-tur conclusio: vel potest esse oratio: ꝛ sic est falsa ꝛ sequit cō-clusio. Similiter hic: quicūqꝫ habet dilectionē supernā ha-bet dilectionē dei: vsurarius habet dilectionē supernā: ergo vsurarius habet dilectionē dei. Dicendū qꝫ hec dictio super-nam potest capi dupliciter. Vno modo vt est dictio: ꝛ sic mi-nor est falsa ꝛ sequitur conclusio. Alio modo potest esse ora-tio: ꝛ sic est vera ꝛ nō sequit cōclusio. Similiter hic. Metuo longas preeunte noctes lidia dormis: vnde hec dictio me-tuo potest esse dictio vel oratio.

Secūdus modꝰ accentus.

¶ Hec est prima pars cap. quinti in qua agitur de fallatia accentus que in textu diffinitur: ꝛ duo eius assignantur modi. Et fallatia accentus est quan-do in argumento mutatur quantitas syllabe: vel aspiratio: vel vna dictio di-uiditur in duas: vt patet in exemplis in textu positis. Et pro maiori textus euidentia (vt sequitur) duo habes notabilia.

Continuatio.

Notabile. 1. **Accentus** capit dupliciter scz.

**Propie.** Est modulatio vocis fm elevationem vel depressionem: z sic est vnum de quattuor accidentibus silabe: nam secundum Priscianum z Perottum quattuor silabe accidunt scz tenor: spiritus: tempus: z numerus: intelligendo per tenorē accentum: z aspirationē sub spiritu: de his vide apud grāmaticos: qui dicūt a cano fit accino: hoc est ad aliquid cano: cuius frequentativum est accento: a quo accētus: qui a grecis Prosodia dicitur: quidam animam verbor alij vocem sillabe diffinierunt.

**Cōmuniter.** Et sic non distinguitur contra alia sillabe accidentia. Et sic quantū ad propositum nostrum pōt dici modus significativus proferendi vel scribendi dictionē incomplexam. Et dicit notanter significativus propter elevationem vel depressionē dictionū in cantu: qz de tali accentu non est ad propositū. Dicit incomplexā ppter cōpositionē z divisionē. zc. Et vt in textu habet fallatie accētus: duo sunt modi tm ex descriptiōe superius habita: tres fallatie accētus possunt assignari modi vt sequitur.

Möbile. 2. **Tres sunt** modi fallatie accentus.

**Primus.** Est qn̄ mutatur quantitas sillabe: vt omne malum est pomū: sed furtū est malum: igitur furtum est pomum: qz malum substantivum habet primam longam: sed adiectivum habet primam brevem.

**Secundus.** Est quando mutatur aspiratio: vt oīs ara debet esse in templo. zc. vt habetur in textu.

**Tertius.** Est qn̄ vna dictio dividitur in duas. Et huius modi exempla sufficientia habes in textu.

**¶ Arguitur.** Nulla ponitur fallatia ex parte tēporis quod tamen etiā est accidens sillabe: ergo male ponitur fallatia ex parte accentus. ¶ Respondetur negando antecedens: quoniam fallatia ex parte temporis continetur sub fallatia accentus: capitur enim fallatia in proposito communiter z non proprie.

Figure diffinitio. **¶ Fallatia figure dictionis vltimo ponit inter fallatias in dictione: qz facit multiplex phantasticū. Figura enim est q̄** termino vel terminis claudit: termino: vt circulus. terminis vt triangulus: quadrangulus: z sumit hic figura similitudinarie.

Fallatia figure dictionis diffinitio. **Fallatia figure dictiōis est silitudo dictiōis cū dictōe** penes finalē terminationē in parte non idē significāte: z facit multiplex phantasticū.

Multiplex phāsticum. **Est aūt multiplex phantasticum**

qñ aliqua dictio ſignificat vnam ⁊ videtur ſignificare aliud ꝓpter ſilitudinē quā habet in parte cū alia dictōe: vt videre ſignificat paſſionē ⁊ videꝫ ſignificare actiōem ꝓpter hoc q̄ eſt ſimile huic verbo agere. Cauſa apparentie huius fallatie eſt ſimilitudo dictiōis in parte cum alia dictiōe nō idem ſignificante. Cauſa defectus huius fallatie eſt diuerſitas eoꝝ que videnꝫ eſſe ſimilia. Iſte aūt ſimilitudo fit tribus modis ſ. voce: ſignificatione: ⁊ ſuppoſitione: ⁊ ſcōm hos tres ſunt modi huius fallatie. Primus modus prouenit ex ſimili terminatiōe dictiōis cū alia dictiōe: vt q̄liſcunq; eſt muſa talis eſt poeta: ſed muſa eſt femīini generis: ergo poeta eſt femini generis. Dicendū q̄ non ſequit̄ q̄ ſi aliq̄ ſunt eiuſdē terminationis: q̄ ſint ꝓpterea eiuſdē generis: ſil'iter hic: oīs aq̄ eſt humida: fluuius eſt aq̄: ergo fluuius eſt humida. Dicēdū q̄ nō oportet q̄ ſi fluuius ſit aq̄ q̄ ergo quicqd dicaꝫ de aq̄ q̄ hoc etiam q̄ dicaꝫ de fluuio ſub eadē terminatiōe: vel ſic oīs homo eſt albus: mulier eſt homo: ergo mulier eſt albus: vnde in omnibus predictis paralogiſmis maſculinū interp̄tatur femininum. Aut ſi fozmeꝫ ſic paralogiſmus muſa ⁊ poeta ſimiliter terminant̄: ſed muſa eſt femīini generis: ergo ⁊ poeta: tūc nō eſt ibi fallatia figure dictiōis: ſed fallatia cōſequentis ⁊ cōmuniter accidētibus: vt poſtea patebit. Scōs modus prouenit ex mutatione vnius predicamenti in aliud vel quando vna ſpecies vnius predicamenti mutatur in aliā ſpeciem: vt hic: quicquid heri emiſti hodie comediſti: carnes crudas heri emiſti: ergo carnes crudas hodie comediſti.

Primus modꝰ falla. figure dictionis.

Scōs modꝰ fal la. figure dictionis.

Dicendū q̄ non sequit̄:quia quicquid dicit rem de predicamento substantie:cruodū dicit rem de predicamēto qualitatis:z sic procedit̄ de vno predicamēto in aliud. Et similiter hic:quicquid heri vidisti hodie vides:sed vidisti heri album ergo albū hodie vides.Dicendū q̄ nō sequit̄:q̄ album significat per modū qualitatis:quicquid vero dicit rem de predicamento substātie.Similiter hic:do tibi solū denariū:sed solum denariū nō habeo:ergo do tibi qđ nō habeo. Dicendū q̄ hec dictio solum:dicit relationē.quia vt habet̄ in secūdo elenchoz solum dicitur quasi nō cum alio:z hec dictio quod dicit substantiā:z sic procedit̄ a relatione ad substantiā. Similiter est hic.Aliquis dat cito equū:sed nō habet cito equū ergo aliquis dat cito qđ nō habet. Dicendū q̄ nō sequitur quia cito dicit modū actus siue qualitatē:z qđ dicit substātiam:z sic procedit̄ a qualitate ad substantiā.Similiter hic: si procedit̄ ab vna specie vnius p̄dicamenti ad aliā: vt quantoscūq̄ digitos heri habuisti hodie habes:decē digitos heri habuisti ergo decem digitos hodie habes:posito q̄ vnum amiseris.Dicendū q̄ nō sequit̄:q̄ hec dictio quātoscūq̄ dicit quantitatē ꝓtinuā z hec dictio decē dicit quantitatē discretā.

Tertius modus fal. figure dictionis.

Tertius modus ꝓuenit ex diuersa suppositiōe termini:vt hō est species:ergo aliquis hō est species.Et hic:homo est dignissima creatura:ergo aliquis hō est dignissima creatura:hic est ꝓcessus a simplici suppositione ad personalē. Similiter hic.Omnis homo est animal:ergo oīs hō est hoc animal.Similiter hic.Animal est socrates:animal est plato

ꝛ sic de alijs:ergo animal est omnis homo: hic fit processus a pluribus determinatis ad vnam determinatã. Et iste modus solet appellari vniuocus: quia ille terminus animal vniuoce ꝛ equaliter sic se habet ad oĩa supposita: vnde in qualibet premissarum supponit pro vno: in conclusione vero pro pluribus ꝛ sic variatur eius suppositio: ꝛ intelligendum q̃ in predictis quale quid interpretat hoc aliquid .i. cõmune vel vniuersale interpretatur singulare si enim animal est hoc aliquid sic tunc arguat: animal est socrates: aĩal est plato: ꝛ sic de alijs: ergo animal est oĩs hõ: est bonum argumentũ sicut hic: socrates currit: plato currit: ꝛ sic de alijs: ergo oĩs hõ currit. Similiter hic non sequitur quando fit processus ab immobili suppositione ad mobilẽ: vt oĩs homo est aĩal: ergo oĩs homo est hoc aĩal: ꝛ sic de aliis: hos tres modos ponit Aristoteles dicẽs q̃ figura dictiõis fit quando interpretat nõ idem vel diuersum: vt masculinũ femininũ vel neutrũ vel ecõuerso. Et rursus quid interp̃tatur quale vel quantũ iterum qñ cõmune interp̃tatur singulare vel hoc aliquid.

Continuatio.

¶ Hec est secunda ꝛ vltima pars huius quinti cap. in qua post q̃ determinatum est de fallatijs que peccant fm multiplex actuale ꝛ que peccant fm multiplex potentiale: consequenter agitur de fallatia figure dictionis que peccat fm multiplex phantasticum: quid sit multiplex phantasticum dictum est cap. secundo ꝛ habetur quo q̃ hic in textu: vbi fm triplicem similitudinem enumerantur tres modi fallatie figure dictionis. Dicit enim phantasticum a phanos grece qđ est apparitio ꝛ icos scientia quasi apparens scientia: qñ per multiplicẽ phantasticũ dictio vel oratio vnũ habens significatũ propter quandam apparentẽ similitudinẽ existimatur habere aliud ℔catum: vt patet in exemplis tertualibus. Et pro textu notabilia duo habes sequentia.

Notabile. 1. Dictio in proposito quid sit.

¶ Nota dictionẽ in ꝓposito capi large pro omni signo ad placitum instituto siue sit dictio simplex siue oratio. Et figura in ꝓposito est similitudo vocalis: ꝛ sic figura dictiõis non est aliud q̃ similitudo vnius dictionis cum alia ipsis differentibus in materia: ꝛ sic (vt in textu habet) tres sunt modi fallatie figure dictiõis qui breuiter (vt sequit) explicari possunt.

Notabile. 2.

Fallatie figure dictiõis tres modi.

Primus. Nñ ꝓpter terminationis similitudinẽ creditur simplicibus dictiõibus ꝓuenire eadẽ accidẽtia grãmaticalia: vt oĩs substantia animata est colorata: sed papa est substantia animata: igitur papa est colorata.

Secundus. Nñ sub termino distributo vnius predicamenti subsumit terminus alterius predicamenti: vt qñcunq; fuisti Vienne fuisti homo: sed decies fuisti Vienne: igitur decies fuisti homo. Quicquid fuisti iam es: sed infans fuisti: igitur infans iam es.

Tertius. Nñ ab vna suppositione termini arguitur ad aliam suppositionẽ termini: vt oĩs homo est animal: z omnis homo est risibilis: igitur omne animal est risibile: vbi ratione termini animal arguitur a suppositione confusa tantum ad confusam distributam.

¶ Arguit. Nulla est fallatia figure oratõis: igitur nulla est fallatia figure dictionis: ꝓsequentia tenet a simili: sicut enim figura est determinatio dictiõis: ita z oratiõis. ¶ Respondetur negãdo antecedens q; dictio in ꝓpõsito capit ꝓ omni signo ad placitũ institutum: ideo figura dictiõis reperitur tam in voce incomplexa q̃ in oratione.

# Cap. sextum.

Sequitur de fallatijs extra dictionẽ que sunt septem. s. accidens: scõm quid ad simpliciter: ignorantia elenchi: petitio principij: ꝓsequens: nõ causa vt causa: ẽm plures interrogatiões vt vnã. Differũt iste fallatie a fallatia in dictiõe: q; fallatie in dictõe habẽt causam apparẽtie ex parte vocis. Sed fallatie extra dictionẽ hñt causam apparẽtie z defect9 ex pte rei z nõ ex pte vocis: z ꝓpter hoc dicunt extra dictionem. Inter has aũt ꝓmo dicendũ est de fallatia accidentis.

Fallatie in dictiõe z extra dictionẽ differunt.

Accidens in ꝓposito.

Vnde accidẽs ꝓut hic sumit idẽ est q; extraneũ in pte idẽ z in pte diuersum: vt hic hõ est species socrates est hõ: ergo socrates est species: hõ enĩ est in pte idẽ eĩ specie. s. qñ arguit ꝓ re vniuersali z in parte est diuersum a specie. s. qñ capit ꝓ suppositis. Notandum q; in fallatia accidẽtis sunt ista

tria.s.accidens ⁊ res subiecta ⁊ attributū:exemplū: vt hō est species:socrates est hō:ergo socrates est species:hoc mediū hō est res subiecta:⁊ minor extremitas est accidens:⁊ maior extremitas est attributū. Causa apparētie est ꝓuenietia aliquor duor:ī aliquo tertio ſm partē:sine est partialis idē titatis aliquor duor:causa defect⁹ est diuersitas eorundē. Huius fallatie tres sunt modi. Primus mod⁹ ꝓuenit ex eo ꝙ aliquid vere predicat̄ de aliquo subiecto ⁊ ꝓpter hoc credit̄ dici de accidente eius a quo est diuersum: vel qñ aliquid primo attribuit̄ rei subiecte in p̄missis ⁊ postea attribuitur eius accidenti in ꝯclusione:vt hic: hō est species:socrates est hō:ergo socrates est species. Dicendū ꝙ nō valet:qr ille terminꝰ species qui est attributū assignat̄ inesse socrati qui est accidens eo ꝙ dicit̄ de hoīe ꝙ est res subiecta. Siliter hic: aīal est genus:hō est aīal:ergo hō est genus:similiter hic oīe es est naturale:statua est es:ergo statua est naturalis: non sequit̄:qr naturale vere p̄dicat̄ de ere:⁊ ꝓpter hoc attribuitur in ꝯclusione statue:qō nō est verū:similiter hic:cognosco coriscum:coriscus est veniens/ergo cognosco venientem. Dicendū ꝙ non oportet ꝙ si cognoscas coriscū ſm se ꝙ ꝓpter hoc cognoscas sub illo accidente qō est veniens. Primus mod⁹ accidentis.

Scōs modus ꝓuenit ex particulari ideptitate aliquor duorū in aliquo tertio:vel qñ aliquod cōmune p̄dicatur de aliquibus duob⁹ cū quib⁹ est in parte idē ⁊ in parte diuersum ⁊ ꝓpter hoc illa duo creduntt̄ esse eadē inter se/vt hic/ socrates est homo/plato est homo/ergo socrates est plato. similiter Scōs modus accidentis.

hic:homo est animal:equus est aīal:ergo equus est homo.
Dicendū q̄ nō oportet q̄ si aliq̄ duo ꝓueniāt in aliquo ter-
Tertius modꝰ accidentis. tio q̄ ꝓpter hoc ꝓueniāt iter se. Tertius modus ꝓuenit qñ
ex duobus aliquibꝰ diuisim sumptis male infertur aliqđ cō-
iunctū ſm accidēs:vt iste est albus ⁊ est monachus: ergo est
albus monachꝰ. siliter hic:iste canis est pater:⁊ est tuus: er-
go est pater tuus:nō sequit̄ q̄ licet illa cōueniant in aliqui-
bus ſm partē:tñ ſm partem alia differunt. Et sciendum q̄
non licet inferre ex diuisis ꝓiunctum:vt habetur secūdo Pe
rihermenias qñ ꝓdicantur diuersa accidentia sibi inuicem q̄
accidens ꝓuenientia: sicut album esse monachū/similiter qñ
duo ꝓdicantur quoꝝ secundū intelligit̄ in primo/vt vniuer
sale in suo specialiori/vt iste est homo ⁊ est aīal/ergo est hō
animal/q̄ animal intelligit̄ in homine sicut albū in homine
albo:sed in omibus aliis licet ex diuisis inferre cōiunctum.
Vnde notandū est q̄ quando aliqua duo accidētia ꝓdican-
tur de aliquo quoꝝ primum in subiecto est per alterū ⁊ non
per se/ex talibus diuisim captis non licet inferre cōiunctum
vel econtra/vt iste est albus ⁊ est monachus/ergo est albus
monachus/nā albedo nō est in subiecto ſm se sed ſm habi-
tum. Siliter ex cōiunctis non licet inferre diuisum quando
illa que cōiungunt̄ diminuūt de ratione alterius/vt iste hō
est mortuus/ergo est homo mortuus. In omnibus autem
aliis licet ex cōiunctis inferre diuisum: sed illud vltimū ar-
Accidēs ſm aristotelem. gumentū facit fallatiā ſm quid ad simpliciter. Accidens sic
diffinitur ab Aristotele. Accidēs est quod est ex traneum in

parte idem ⁊ in parte diuersum. Secundū accidens vero fi-
unt paralogismi quando idem similiter fuerit assignatū in-
esse rei subiecte ⁊ accidenti: vt homo est species: socrates est
homo: ergo socrates est species: homo enī ꝑm ꝙ sibi ꝯuenit
esse speciē aliter capit̄ a modo per quē cōuenit socrati ⁊ pla-
toni: qꝛ ꝯuenit ei esse speciem: vt est essentia quedā cōmunis
p̄dicabilis de pluribus ⁊ prout est in pluribus: sic est in socra
te ⁊ platone: ⁊ sic socrates est accidēs: hō vero res subiecta:
⁊ species significat̄ vtriusqꝫ inesse: vnde accidēs non sumitur
hic vt diffinitur a Porphirio sed vt dictum est.

## Sequit̄ de falla. ꝑm q̄d ad simpliciter

Dictum ꝑm quid appellat̄ hic determinatio diminuens
de ratione vel de esse cui adiungit̄: vt cū dico: hō mor-
tuus: mortuū enī diminuit de ratione hominis. Dictū sim-
pliciter appellat̄ aliquid nō diminutū: vt homo. Fallatia ꝑm
quid ad simpliciter est idoneitas decipiēdi proueniēs ex ap-
parenti cōuenientia dicti scd̄m quid ad dictum simpliciter:
causa apparentie huius fallatie est conuenientia huius dicti
quod est ꝑm quid ad illud quod est simpliciter ⁊ econuerso.
Causa falsitatis est diuersitas significatoꝝ: fit aūt hec fal-
latia tot modis quot modis contingit addere alicui deter-
minationē diminuentē. Primo modo ꝑm partē in modo:
vt ille est homo mortuus: ergo est hō: nō sequit̄: qꝛ mortuū
diminuit de ratiōe hominis: ⁊ hic: chimera est ens opinabi-
le: ergo chimera est ens: nō sequit̄: qꝛ opinabile diminuit de

Dictum ꝑm qd.

Dictū simplicit̄

Diffinitio fall. ꝑm qd ad simpli citer.

Determinationem diminuentem ꝯtingit alicui addere qnqꝫ modis: ꝑm q̄s presens fit fallatia.

ratione huius quod est esse. Secūdo modo ſm partē integralem vt ethiops est albus ſm dētes:ergo est albus. Tertio modo in his que sunt adaliquid:vt diuitie nō sunt bone male vtenti:ergo diuitie non sunt bone:non sequit̄:licet enī diuitie cōparate adaliquid nō sint bone:tamē in se sunt bone. Quarto modo in his que scōm locū sunt:vt bonū est mactare patrē intrenalis: ergo bonū est mactare patrem suū. vel sic:bonum est vti dieta:in locis egrotatiuis: ergo bonū est vti dieta. Quinto modo in his que sunt ſm tempus: vt bonum est ieiunare in quadragesima:ergo bonū est ieiunare:vel sic:expedit alicui mederi quando egrotat: ergo expedit alicui mederi: non sequitur: quia licet expediat mederi ſm quid:nō tamē simpliciter. Sciendū aūt q̄ in oībus istis inspiciendū est ad ꝓtradictionē: vt si aliquis respōdens dicat q̄ non expedit mederi et opponens assumat q̄ expedit quādo egrotat nō cōtradicit ei:seo stat in fallatia ſm quid ad simpliciter. Et sciendū q̄ eadem est fallatia si ex eo quod est scōm quid inferatur simpliciter ꝛ ecōuerso: ꝛ intelligendum est q̄ ista fallatia quādo fit ab esse scōm quid vt in pluribus fit affirmatiue:seo quando fit a dicto simpliciter:vt in pluribus arguitur negatiue.

Continuatio. ¶ Postq̄ auctor precedētibus tribus cap. determinauit de sex fallatijs in dictione:consequenter cap. quattuor sequentibus determinat de septem fallatijs extra dictionem:ꝛ presens cap. sextum in duas principales partes diuidit partes:in quarum prima auctor ponit conuenientiā ꝛ differentiā inter fallatias in dictione ꝛ extra dictionem:deinde in speciali determinat de fallatia accidentis:ponendo tres modos fallatie accidentis. In secunda parte agit de fallatia ſm quid ad simpliciter dictum: ponendo quinq̄ modos fallatie scōm quid ad simpliciter dictum. Et pro clariori textus noticia (vt sequitur) notabilia habes quinq̄.

¶ Pro fallatia accidentis nota q accidēs in propoſito capitur pro medio non ſufficienter ordinato ad inferendā concluſionem ſyllogiſtice z de neceſſitate. Et dicitur ideo fallatia accidentis: quia accidit vnionem z ſeparationem extremitatum cum medio quandoq; valere: vt homo eſt animal: z animal eſt riſibile: igitur homo eſt riſibilis: quandoq; vero accidit non valere vnde Ariſto. primo Elenchorum dicit paralogiſmos huius fallatie nos ideo decipere q ex premiſſis non ſequitur concluſio licet videatur ſequi: ex eo q habeat apparentiam vere forme ſyllogiſtice liceat in rei veritate non habeat. Notabile. 1.

¶ In fallatia accidentis tria reperiunt̄. ſ. mediū: res ſubiecta: z attributū. Mediū eſt accidens vt ſuperius dictum eſt. Res vero ſubiecta dicit minor extremitas: z maior extremitas dicit attributū: eo q attribuit extremitati de qua in concluſione predicatur. Möbile. 2.

Fallatie Accidentis tres ſunt modi.

Primus. Oñ propter vnionē extremitatū cum medio in premiſſis credimus extremitates inter ſe vniri in concluſione: quod tamen non ſit propter inutilē ꝓiugationē que eſt ex puris particularibus vt habet quarto tract. per regulam primā generalē folio. 87. Et generaliter ſm hūc modum peccāt oēs paralogiſmi ex particularibus ꝓcludentes particularē affirmatiuā: vt ſic arguendo. Mel eſt flauū: z fel eſt flauum: igitur mel eſt fel. Et ſub iſto primo modo poſſet quoq; ſecundus modus in textu poſitus cōtineri: preter hoc tamen ſecundus modus alius (vt ſequitur) aſſignatur. Möbile. 3.

Secundus. Quādo ꝑter diuiſionē extremitatum cū medio in premiſſis credimus extremitates inter ſe diuidi debere in cōcluſione. Et iſte modus cōprehendit ſub ſe oēs paralogiſmos negatiuos indebite diſpoſitos: vt arguēdo ex puris negatiuis: vt nullum rationale eſt lapis: z nullus homo eſt lapis: igitur nullus homo eſt rationalis.

Tertius. Quādo aliqua extrema diuiſim cōiunguntur cum aliquo medio in premiſſis: propter q credimus ipſa de eodē tertio coniunctim predicari in ꝓclusione: vt ioannes non eſt malus: z ioannes eſt grāmaticus: igitur ioannes non eſt malus grāmaticus.

¶ Pro fallatia ſm quid ad ſimpliciter dictum aduerte q dictum ſm quid in propoſito. Eſt terminus ſumptus cū determinatione diſtrahente: diminuente vel alienante: priuāte vel ampliante: vt hō albus ſm dentes: homo pictus: homo mortuus: homo cecus: hō poſſibilis. Sed dictū ſimpliciter eſt terminus ſumptus ſine determinatione vel ſumptus cū pauciori determinatiōe. Eſt enim dictum ſimpliciter dictum ſine addito: (inquit enim philoſophus ſecundo Topicorum) Quicquid ſimpliciter dico ſine addito dico: vt album: homo, ꝛc. Möbile. 4. Dictū ſm quid Dictū ſimpliciter.

Möbile. 5. Presentis fallatie sunt duo modi.

Primus. Quãdo arguitur a dicto ſm quid ad dictum ſimpliciter. Et ille modus ſit tot modis quot contingit alicui accidere determinationẽ vnam ex dictis ⁊ in textu enumerantur quinq; modi ſm quos determinatio diminuens ſuo additur determinabili. Et preter illos modos ſunt alij tres modi. Primo modo arguendo cum determinatiõe ampliante: vt vacuũ eſt ens imaginabile: igit vacuũ eſt ens. Secundo arguẽdo cum dictione diſtrahente: vt iſte eſt bonꝰ latro: igitur iſte eſt bonus. Tertio arguendo cum dictione diminuente: vt vinum eſt malum laboranti febribus: igitur vinum eſt malum: plura exempla vide in textu.

Secũdus. Quando arguitur a dicto ſimpliciter ad dictuꝫ ſcõm quid: ⁊ hoc ſit tantũ negatiue ſicut locus a toto in modo ad partem: vt antichriſtus nõ eſt: igitur antichriſtus non eſt poſſibilis.

¶ Contra dicta arguitur primo ſic. In omni paralogiſmo medium eſt in parte idem et in parte diuerſum cum extremitatibus: ergo ſi hoc cauſat fallatiã accidentis in omni paralogiſmo erit fallatia accidẽtis.

¶ Secũdo arguitur bene ſequitur. Plato eſt homo pictus: igitur plato eſt pictus ⁊ tamẽ arguitur a dicto ſm quid ad dictum ſimpliciter ergo inconuenienter aſſignatur pro fallatia.

¶ Reſpondetur ad primũ/q̃uis in omni paralogiſmo medium ſit in parte idem ⁊ in parte diuerſum: nõ tamen ſemper accipit vt conueniens ⁊ differens ſimul q tamen hic requiritur.

¶ Ad ſecundũ reſpondet negando minorẽ: qz q̃uis hõ pictus ſit dictũ ſm quid reſpectu huius quod eſt homo: nõ tñ reſpectu huius quod eſt pictus.

# Sequit de falla. ignoratie Elenchi. Cap. ſeptimũ.

Elenchi diffini.

Elenchus eſt ſyllogiſmꝰ ꝓtradictiõis vnius ⁊ eiuſdẽ nõ nois tm̃: nec etiã rei tm̃/ſed nomis ⁊ rei ſimul: nõ ſynonimi ſed eiuſdẽ: ⁊ ex his q̃ data ſunt de neceſſitate accidere: nõ cõnumerato eo qõ erat in principio ad idem: ſm idẽ: ſimiliter ⁊ in eodẽ tpe. Elenchus eſt ſyllogiſmus ꝓtradictiõis. i. ocludens ꝓtradictoriã ꝓpõnis date a reſpõdente. In diffinitiõe elenchi quedã ponunt̃ ratione ſyllogiſmi: vt ex his que data ſunt ex neceſſitate accidere: ꝑ qõ remouet̃ fallatia accidẽti

Et ponitur nō cōnumeratio eo quod erat in principio: per quod remouet petitio principij: vt poſtea patebit. Alia ponuntur ratione contradictionis: vt vnius et eiuſdem. i. vnius ſubiecti et vnius predicati: vnde niſi eſſet idem ſubiectū et idē predicatū nō eſſet cōtradictio: vt hic ethyops eſt niger: ethyops non eſt niger ſm dentes: ex quo non eſt idem predicatum ideo nō eſt contradictio. Et ſil'iter hic: nullus hō mortuus currit: et quidā homo currit: non eſt contradictio quia nō eſt ibi idem ſubiectū. Item ſm idem: ad idē. ſimiliter: et in eodē tpe ponunt ratione cōtradictionis. Et contra iſtas quattuor partes peccat hec fallatia que dicit ignorātia elenchi ſm q eſt vna de tredecim fallatijs. Alio modo accipit generaliter et tunc ſic diffinitur. Ignorantia elenchi eſt vnus defectus generalis ad quem reducunt omnes alie fallatie oſtēdendo quomodo peccant contra iſtas particulas: vt poſtea patebit. Iſte enī particule nō noīs tm nec rei tantū ſed nomīs et rei ſimul: nō ſynonimi et ſic de alijs ponunt ratione ſyllogiſmi: et ratiōe cōtradictionis: q iſte exigunt q nomen ſit vnū et res vna et q non ſit nomē ſynonimū: vnde nō eſt ibi contradictio Marcus currit: et tullius non currit: nec eſt ibi ſyllogiſmus: omnis gladius ſcindit: quoddā inſtrumentū eſt enſis: ergo quoddam inſtrumentum ſcindit. Fallatia ignorātie elenchi eſt ydoneitas decipiēdi ꝓueniens ex apparenti obſeruatiōe particulaꝝ diffinitionis elenchi que cōueniunt ratione cōtradictionis tantū. ſ. ad idem: ſm idē. ſil'iter: et in eodē tempore. Cauſa apparētie huius fallatie eſt cōuenientia dictoꝝ

Elenchus generaliter.

Diffinitio fall. ignorantie elenchi.

fm quid. ad dicta simpliciter. Causa falsitatis est diuersitas eorundē. Vnde huius fallatie sunt ꝗttuor modi. Primꝰ modus est ꝓtra hanc ꝑticulā ad idē: vt duo sunt duplū vnius et non sunt duplū triū. ergo sunt duplū ꝛ nō duplū: ꝛ in vtraq; ꝑmissa ꝛ nō sumit duplū ad idē: ꝛ ideo nō sequit. Secundus modus peccat ꝓtra illā particulā fm idem: vt hoc est duplū illi scōm latitudinē ꝛ nō est duplū fm longitudinē: ergo est duplum ꝛ nō duplū. Nō sequit qz duplū nō sumit fm idem licet sumat respectu eiusdē. Tertius modus peccat contra illam particulā silr: vt homo est species: nullus homo est species: ergo idē est species ꝛ nō species: nō sequit: qz ibi non est ꝓtradictio in ꝑmissis: qz ille terminus homo non sumit similiter: qz in vna sumit ꝓ suis inferioribus: in alia vero nō sed ꝓ se toto vel ꝓ sua forma. Quartus modus peccat ꝓtra hanc particulā in eodē tpe: vt manus mea est clausa in hoc instanti: ꝛ nō est clausa in hoc instanti: ergo est clausa ꝛ nō clausa: nō sequit: qz nō est in eodē tēpore. Differt autē hec fallatia a fallatia fm quid ad simpliciter: quia in illa est processus ab vno scōm quid sumpto ad vnū sumptū simpliciter: vt hoc est duplū scōm longitudinem ergo est duplum in ista vero est processus a duobꝰ scōm quid sumptis ad duo sumpta simpliciter: vt hoc est duplū: illi scōm longitudinē ꝛ non scōm latitudinē: ergo est duplum ꝛ non duplum.

Quatuor modi fall. ignorantie elenchi.

Continuatio. ¶ In hoc septimo cap. agitur de fallatijs ignorātie elenchi que peccat contra aliquas particulas in diffinitione elenchi positas ratione cuius auctor primo diffinit elenchū. Est enī elenchus syllogismus ꝓtradictoriē vere ꝓbans ꝓtradictoriū dicti respondentis. Nā grece elenchos latine dici potest redargutiuus syllogismus. Ꝓ quo (vt sequitur) notabilia duo habes.

Ad elenchū tres requirunt conditiones.

Prima. Q; ſit argumentatio: ideo mala conſequentia non eſt elenchus.

Secunda. Q; ſit probatiua: vnde ſyllogiſmi ⁊ conſequentie ex falſis procedentes: vel ex minus notis non ſunt elenchi.

Tertia. Q; ſit probatiua ꝯcluſionis cōtrarie vel contradictorie poſitioni reſpondentis. Et ſic ad verū elenchū requirunt oēs ꝯditiones ad argumētationē probatiuā requiſite. Siliter requirunt quattuor ꝯditiones ad ꝯtradictionē requiſite quas habes tract. primo: fol. 27.

Notabile. 1. de cōditiōibus elenchi.

Fallatie ignorantie Elenchi q̄ttuor ſūt modi.

Primus. Q̄ nō arguitur ad idē: vt demonſtrā do diuerſos ſic arguēdo: iſte homo currit: ⁊ iſte homo nō currit: igitur ille homo currit ⁊ non currit.

Secundus. Quando non arguit ſm idem: vt ſocrates eſt ſimilis platoni: ⁊ ſocrates non eſt ſimilis ciceroni: igitur ſocrates eſt ſimilis ⁊ non ſimilis.

Tertius. Q̄ nō arguitur ſimiliter idem. i. ſcōm eandem determinationem: vt magiſter leget cras: ⁊ magiſter non leget perendie: igitur magiſter leget ⁊ non leget.

Quartus. Quando non arguitur ad idem tempus: vt magiſter leget hora prima: ⁊ magiſter non leget hora ſecunda: igitur legit ⁊ non legit.

Mobile. 2. De modis elenchis.

¶ Arguitur: fallatia ignorantie elenchi eſt cōmunis oībus fallatijs: igitur non eſt diſtincta ab alijs. ¶ Reſpondetur ꝙ fallatia ignorātie elenchi capitur dupliciter: vno modo large prout eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti obſeruatione oīm ꝯditionū requiſitarū ad verū elenchum: ſcz ad argumentationē probatiuā ⁊ contradictionem. Et ſic non eſt fallatia ab alijs diſtincta: ⁊ ita procedit argumentum. Alio modo capit ſtricte prout eſt idoneitas decipiendi proueniens ex apparenti obſeruatiōe quattuor conditionum requiſitarum ad veram contradictiōem: propter quā apparentiam credimus diſcurſum eſſe bonum: ⁊ hoc modo capiendo fallatiam ignorantie elenchi non procedit argumentum.

# Sequitur de fall. petitionis principij ⁊ conſequentis. Cap. viij.

Petere id quod eſt in principio: eſt quando ꝯcluſio que debet probari ſumit in premiſſis: cum ergo idē ſub eodē noīe non pōt ſeipm ꝓbare: vt homo currit: ergo hō currit: in talibus enī eſt petitio principij: ſed talis argumētatio eſt

Petere id qđ ē in principio.

ridiculosa: nec cadit sub arte: nec est petitio huius qō est in principio. Aliud enī est petere principiū: z aliud est petere illud qō erat in principio: qz petere principium est qñ petit idē sub eodē noīe: vt hō currit: ergo hō currit: z isto mō nulla est fallatia: qz nō pticit sub aliq̄ specie argumētatiōis: nec fm veritatē: nec fm apparentiā: sed talis petitio principij peccat contra syllogismū simpliciter dictū. Sed petere illud qō est in principio: est qñ idē petit sub diuerso noīe: vt aīal rationale currit: ergo hō currit. Vel sic. Petere illud qō est in principio est qñ min⁹ notū sumit ad pbationē magis noti. Causa apparētie huius fallatie est diuersitas pdusiōis cū pmissis. Causa falsitatis est diuersitas eozundē. Petit aūt illud qō est in principio quīq̄ modis: vt patet octauo Topicozum. Primo mō qñ diffinitū petit in diffinitiōe z ecōtra: vt si dubitarē: vtrū hō currat vel non currat fiat argumentū: aīal rationale currit: ergo hō currit nulla est ibi pbatio: qz qñ alterz dubitat necesse est alterū dubitari: z ita si sumat vnū ad pbandū aliud peccatū est. Scōs modus est qñ particulare petit in vl̄i: vt nullus hō currit: ergo socrates nō currit: vel si aliquis debeat pbare q oīm ptrariozz est eadē disciplina: z assumat: oīm oppositozz est eadē disciplina: ergo oīm ptrariozz est eadē disciplina: hic petit conclusio in premissis. Tertius modus est qñ vniuersale petit in particularibus: vt si aliqs debeat pbare q oīm oppositozz est eadē disciplina z sumat istā: oīm ꝺictozioz: ptrariozz z sic de alijs est eadem disciplina: ergo oīm oppositozum eadem est disciplina:

Differunt petere principiū z illud qō est in principio.

Illud qō est in principio petitur quīq̄ modis.

vel ſic:ſocrates currit:plato currit:ꝛ ſic de alijs: ergo oīs hō currit. Quartus modus eſt qñ ꝓiunctum petit̄ in diuiſis vel econtra:vt ſi aliquis debeat ꝓbare q̄ medicina eſt diſciplina ſani ꝛ egri:ꝛ dicat̄ ſic. Medicina eſt diſciplina ſani: ꝛ medicina eſt diſciplina egri:ergo medicina eſt diſciplīa ſani ꝛ egri Quintus mod⁹ eſt qñ vnū relatiuoꝝ petit̄ in alio: vt ſi quis debeat ꝓbare q̄ ſocrates ſit pater platonis:ꝓbet̄ ſic plato eſt filius ſocratis:ergo ſocrates eſt pater platonis nō ſequitur:qꝛ hoc aſſumit̄ qō eſt ꝓbandū. Sciendū eſt q̄ hec fallatia non impedit ſyllogiſmū inferentē ſed ꝓbantem: ita fallatia petitionis peccat contra ſyllogiſmū dialecticum.

## Sequitur de fall. conſequentis.

De fallatia ꝓſequentis dicendū eſt. Scōm ꝓſequens fiunt paralogiſmi eo q̄ credimus ꝓſequentiā ꝓuerti que non ꝓuertitur. Fallatia ꝓſequētis eſt ydoneitas decipiēdi ꝓ uenīēs ex apparētia ꝓſequētie ꝓuerſe que nō ꝓuertit̄. Cauſa apparētie huius fallatie eſt ꝓueniētia vnius ꝓſequētie vere ad aliam nō veram. Cauſa falſitatis eſt diuerſitas eoꝝdē ꝛ ſciendū q̄ bene tenet argumentū a poſitione antecedētis ad poſitionem cōſequentis. Huius fallatie tres ſunt modi. Primus modus eſt qñ arguit̄ a deſtructiōe antecedētis ad deſtructionē ꝓſequentis:vt ſi homo eſt:aīal eſt: ergo ſi hō nō eſt:aīal nō eſt:vel a poſitiōe ꝓſequentis ad poſitionē antecedētis:vt ſi mel ē:rubeū eſt:ergo ſi rubeū eſt:mel eſt. Ad iſtum enim modū reducunt̄ oēs ꝓaue argumētationes ab

Fall. ꝓſequētis diffinitio.

Primus mod⁹ fall. ꝓſequentis

inferiori ad superius destructiue. Vnde quotienscunq; fit ꝓcessus ab inferiori ad superius cū distributione superioris vt omnis homo currit:ergo omne animal currit:ibi cōmittitur ista fallatia:vel nullus hō currit:ergo nullū aīal currit

Secōs modus fall. ꝓsequētis.

Secundus mod⁹ solet poni ab insufficienti inductiōe singularium:vt socrates est aīal ꝛ ecōuerso:plato est aīal ꝛ econuerso:ergo oīs homo est aīal ꝛ econuerso:hic enumerantur oēs singulares illius:oīs hō est aīal:ꝛ nō hui⁹:oē aīal est hō: q̄ significanē ꝑ cōpositionē hui⁹ qō est ecōuerso:ad hāc: oīs hō est aīal.

Tertius mod⁹ fall. ꝓsequētis.

Tertius mod⁹ ꝓuenit a cōiter accidentibus:ꝛ dicuntur cōuniter accidentia que se aliqñ consequunt ꝛ aliqñ non:vt ille est comptus:ergo est adulter.Siliter hic. Musa ꝛ poeta siliter terminanē:sed musa est femínini generis: ergo ꝛ poeta. Non sequit ꝙ identitas generis ꝛ terminationis aliqñ se consequunt ꝛ aliqñ non:eo ꝙ non est in omibus sed in aliquibus.Si aliquis dicat ꝙ in hoc vltimo tertio mō non tenet ecōuerso:vnde ibi nō est ꝓsequentia. Dicendū est ergo ꝙ scōm quosdam sumitur consequentia cōmuniter ad consequentiā necessariā ꝛ probabilem: ꝛ in istis nō sumitur consequentia necessaria sed probabilis:taliter aūt ordinantur isti modi ab Aristotele isto modo ordinato.

Continuatio.

¶ Presens octauū cap. in duas principales diuidit partes in quaꝝ prima agitur de fallatia petitiōis principij:ratione cuius auctor primo diffinit petitionem principij: ponit deinde differentiā inter petere principium: ꝛ illud quod est in principio petitur. Et per principiū in ꝓposito intelligimus principale ꝓpositū quod aliquis intendit ꝓbare:ꝛ tale est ꝛclusio probāda:vnde vocamus principiū illud quod opponens proponit a principio probare cōtra respondentē:scz cuius oppositū posuit respondens: In parte scōa huius cap. determinat auctor de fallatia ꝓsequentis:tres eius enumerādo modos

Et pro maiori euidentia textus sequentia tria habes notabilia.

Petere principium. Est sumere aliquod idem ad suipsius ꝓbationem: vel minus notum. Et est duplex: scz petere principiū.

Statim. Est sumere idē sub eodē nomine ad probandū seipsum: vel idē sub duobus noībus syuonimis: vt hō currit: igit̄ hō currit. Marcus currit: igitur tullius currit. Et illud nō facit fallatiā: nihil enī euidentius infert q̄ idem seipsum. Notabile. 1.

Non statim. Est sumere minus notum vel eque ignotum ad probandū magis notū vel eque ignotum. Et illud facit presentem fallatiā cui auctor in textu quinq; assignat modos qui sequentibus tribus cōprehendi possunt.

Fallatie petitiōis prīcipij tres assignant̄ modi.

Primus ꝓuenit ex eo q̄ maior nō est notior cōclusione: vt om̄e materiale est corruptibile: asinus est materialis: igitur asinus est corruptibilis: ibi maior non est notior cōclusione: cum plures asserant celum habere materiam: ⁊ tamē esse incorruptibile.

Secundus ꝓuenit ex eo q̄ minor nō est notior ꝯclusione: vt om̄e multiplicatiuū specierū sensibiliū est sensibile: sed color est multiplicatiuꝰ specierꝝ sensibiliū: igit̄ color est sensibilis: conclusio enim patet ad sensum: sed non minor. Notabile. 2.

Tertius prouenit ex eo q̄ neutra premissarū est notior cōclusione: vt om̄e animal habēs nobilissimā figuram est perfectissimū animaliū: sed homo est animal habens nobilissimā figuram: igitur homo est perfectissimū animaliū. Nōbile. 3.

¶ Pro secunda parte cap. aduerte fallatiā ꝯsequētis nihil aliud est q̄ quādo bona ꝯsequētia male conuertit̄: vt ita arguēdo iam pluit igitur terra est madida: ⁊ terra iam est madida: igitur iam pluit. Si quis est adulter ipse est comptus: igitur si quis est comptus ipse est adulter. Si quis est fur ipse est vagabundus nocte: igitur si quis est vagabundus nocte ipse est fur: vbi cōsequentie prime sunt rethorice que tamē per presentem fallatiā male conuertunt̄. Et modos tres huius fallatie vide in textu. Et quid sit cōsequens: quid antecedens: ⁊ quotiens illa sumantur: ⁊ quot modis arguat̄ a tota conditionali: (quia si indebite arguitur cōmittitur presens fallatia) vide prima parte consequentiarum apud Marsilium.

¶ Cōtra dicta arguitur primo sic. Paralogismi in quibus est petitio principij: non peccant: neq; in materia: neq; in forma: igitur: q̄ nō peccēt in forma notū est: ⁊ q̄ nō in materia patet: quia premisse nō sunt false. ¶ Secundo arguit̄ sic. Oīs fallatia est fallatia ꝯsequentis: ergo non est distincta ab alijs: antecedens probatur: qr fallatia consequentis non est nisi deceptio que causatur ex consequente: igitur.

¶ Ad primū dicit̄: q̄ paralogismi in quibus est petitio principij peccant in materia non q̄ premisse sint false: sed qr antecedens non probat ꝯsequentiam. ¶ Ad secundū dicitur: q̄ talis fallatia non dicit̄ precise fallatia ꝯsequentis eo q̄ deceptio causet̄ ex cōsequente: sed qr creditur scda cōsequentia conuerti cū prima que tñ non conuertitur.

# Tractatus Sextus.

## Sequitur de fall. fm non causam vt causam. Cap. nonum.

Syllogismus ostensiuus. Syllogismus ad impossibile.

SCiendū q̄ duplex est syllogismus. s. ostensiuus: & ad impossibile. Ostensiuus est qui habet vnā solā cōclusionem. Syllogism⁹ vero ad impossibile est qñ aliqs syllogistice ducit ad impossibile: & p̄pter hoc interimit aliq̄ p̄missaꝝ q̄ erit causa illius impossibilis: vnde iste syllogismus semp habet duas cōclusiones: vt cū dicit: est ne hō asinus: hoc cōcesso: p̄tra: null⁹ asinus est aīal rōnale mortale: hō est asinus: ergo hō nō est aīal rōnale mortale: sed hoc est impossibile: ergo & ista hō est asinus: & ille syllogismus est in quarto modo p̄me figure.

Fallatia fm nō causaz vt causā fit.

Sciendū est enī q̄ nō causa vt causa semp fit in syllogismis ad impossibile. Fallatia aūt fm nō causam vt causam fit: qñ non causa ponit vt causa: & p̄pter hoc apparet sequi impossibile: & illud qō apparet esse causa interimit: vt si queratur est ne brunellus homo: quo concesso. Contra: nullus asinus est animal rationale mortale: sed homo est asinus: & brunellus est homo: ergo homo non est aīal rōnale: hoc aūt est impossibile: ergo brunellus non est hō. In hac enī dicta argumētatione est non causa vt causa: q̄ interimit id qō apparet esse causa & non est. s. brunellus est hō. Causa apparentie huius fallatie est p̄uenientia huius qō apparet esse causa & non est: cū eo qō est causa. Causa falsitatis est diuersitas eorundem. Tale enī exemplū ponit Aristo. huius fallatie. Sūt ne aīa & vita idē quo p̄cesso. Contra: mors & vita sunt p̄traria: sed

mors est corruptio: ergo vita est generatio: ⁊ per ꝯsequens viuere est generari: sed hoc est ĩpossibile: qꝛ q̃cquid viuit nõ generat̃ sed generatũ est: ergo anĩa ⁊ vita nõ sunt idem: hec ꝯclusio peccat ſm non causam vt causaꝫ: ex hoc enĩ ꝙ anĩa ⁊ vita sunt idẽ nõ sequit̃ ĩpossibile: ⁊ ita nõ debet interimi: sed ista mors ⁊ vita sunt ꝯtraria: qꝛ in oĩbus hĩs id qd̃ non est causa apparet esse causa: qꝛ cõicant in terminis cũ aliquibus ꝓpõnibus ex quib⁹ sequit̃ ĩpossibile. Ex istis patet ꝙ ista fallatia nõ fit in syllogismo ostẽsiuo: vt oĩs hõ currit: socrates est hõ: ⁊ sol est in cãcro: ergo socrates currit: hic nõ est fallatia nõ cause vt cause: qꝛ hec ꝓpõ: sol est in cãcro nõ est causa neqꝫ apparet eẽ cã sicut apparet in syllogismo ad ĩpossibile.

¶ Consequenter hic ponitur prima pars vltimi cap. in qua auctor determinat de fallatia ſm nõ causam: vt causam: que potest fieri in syllogismo ad impossibile: vnde premittit primo quid fit syllogismus ad impossibile: ⁊ qd ostẽsiuus: ⁊ pro textus euidentia sequentia tria habes notabilia. Continuatio.

Syllogismus est duplex: scꝫ.

Ostensiuus. Est qui vnico processu ex duabus premissis ostendit ⁊ infert suam conclusionẽ: vt omne rationale est risibile: omnis homo est ratiõalis: ergo omnis homo est risibilis.

Ad impossibile. Est qui ex duabus p̃missis vnã infert manifeste falsam: ex cuius falsitate interimitur aliqua premissaꝝ: vt omne animal est asinus: oĩs homo est animal: ergo oĩs homo est asinus: conclusio est falsa: ergo aliqua premissaꝝ ⁊ non minor: ergo maior: quãdo ergo aliqua premissarum minus bene interimit̃ hec cõmittit̃ fallatia. Quomodo arguatur per syllogismum ad impossibile habes per sextam potestatem syllogisticam. folio. 97. Notabile. 1.

¶ Ad maiorem euidentiam eox que de suppositione discreta sunt dicta: p̄sens ponitur sophisma: in quo ponit copulatū de terminis singularibus. Et est sophisma ꝓpō cathegorica: indefinita: affirmatiua: de modo loquendi inconsueto. Subiectū eius est: panis: predicatū Vienne ꝛ Rome venditur: reiusdem sophismatis assignare oppositas facile est. Et est in materia contingenti: ꝛ conuertit sic: ergo quod Vienne ꝛ: Rome venditur est panis. Et subiectum: panis: supponit confuse tantum ex. 19. regula Marsilij Vienne ꝛ Rome supponit discrete personaliter sed totū predicatū (ſm Hugonē) non supponit: cum de nullo verū sit dicere hoc est ens quod Vienne ꝛ Rome venditur. Et sic venditur alienatur (ſm eum) per Vienne ꝛ Rome potest tñ rationabiliter ꝓtra Hugonem teneri q̄ venditur supponat etiā totū predicatū supponat p̄o eo qđ Vienne ꝛ Rome venditur: neq; ex hoc sequitur sophisma esse verum cum extrema non supponant p̄o eodem.

Hugōis opinio

Sophismatis solutio.

¶ Respondetur ad sophisma ipsum. s. esse falsum: quia est vna indefinita affirmatiua: cuius extrema non supponunt p̄o eodem: quia subiectum supponit simpliciter p̄o vno pane ꝛ predicatum p̄o rebus diuersis: quarum vna Vienne: altera Rome venditur. Et sic licet sophisma de rigore sit falsum: est tamen possibile in casu quo duo sint mercatores habentes vnum eundem panem: certo in loco: quē eodem tempoꝛe: vter q̄ vendat

Sophisma falsum ē possibile.

vnus Rome alter Vienne existens.

¶ Arguitur. Contra responsionem sophisma esse verum: ergo male negatum: quia est vna indefinita affirmatiua cuius subiectū supponit confuse tantum: ergo non requiritur q̄ detur certum suppositum subiecti cui predicatum conueniat. ¶ Arguitur secundo sophisma sequitur ex vero: ergo ipsum est verū: sequit enim bene expositorie sic: in hoc aggregato venditur panis ꝛ hoc aggregatū est Vienne ꝛ Rome. ergo Vienne ꝛ Rome venditur panis. ¶ Arguitur tertio. Adhuc sequit ex vero in Barij sic. In omni ciuitate venditur panis. ꝛ Vienna ꝛ Roma sunt ciuitates. ergo Vienne ꝛ Rome venditur panis.

¶ Ad primum concedatur q̄ panis supponat confuse tantum. etiam concedatur q̄ non oporteat dare certum suppositū cui predicatū conueniat. nihilominus requiritur q̄ extrema pro eodem supponant. ꝛ q̄ detur hoc vel hoc. ꝛc. suppositum subiecti cui predicatum conueniat. sed quocunq; dato falsum est dicere. ergo argumentum nihil concludit. ¶ Ad secundum concedit̄ consequentia. negando maiorē. que est falsa. quia nullus panis venditur in hoc aggregato. ¶ Ad tertium dicit̄ ex syllogismorum regula septima que habetur tract. quarto fo. 98. Obliquus distributus in maiori. in minori debet mutari in suum rectū. secū non disconuenientē in numero. ideo si minor sic formatur Vienna ꝛ Roma sunt ciuitas. tunc argumentum bene valet. cum minor sit adeo falsa sicuti conclusio.

# Questio quarta.

¶ V. Terminus discretus in quacūq; ꝓpositione positus supponat discrete. Pro dictis de suppositione discreta ꝛ ad verius intelligendam primā regulā suppositionū marsilij presens mouet questio. Que duob⁹ notabilibus ꝛ duplici absolui̇t responsione. Mā p̄sens questio est ꝓpō cathegorica affirmatiua indefinita cuius subiectū est hoc totum terminus discretus in quacūq; ꝓpone positus. ꝓdicatum est supponat discrete. Non habet ꝯtrariā licet habeat terminū distributū ꝓpone. tñ iam est ps cōplexi quod accipit̄ vna acceptione ideo non est vlitas alie opposite sunt faciles. Et est in materia ꝓtingenti ꝛ quertit̄ sic. ergo supponens discrete est terminus discretus in quacunq; ꝓpone positus. Totum subiectū non supponit. qz ꝓncipalior ps scz terminus discretus alienatur per quacūq; ꝓpone. sed ꝓpone supponit distributiue pro omni ꝓpone. p̄dicatū aūt supponit determinate ꝓ quolibet termino supponēte discrete. Et quacūq; signū vniuersale tam in recto q̄ in obliquis capit̄ dupliciter (vt sequitur.)

Mobile. 1. de ꝓprietatibus questionis.

Quacūq; capit̄ dupliciter scz.

Uno mō pure syncathegorematice: ita valet tm̄ sicut omni. ꝛ ita de rigore capit̄ in titulo questionis.

Alio modo distributiue ꝛ restrictiue simul. Et sic valet tm̄ sicut omni qua. Et sic capit̄ qñ ꝓponit ur pluribus verbis in oratione positis. vt quicunq; currit mouetur. i. omnis qui currit mouetur. Similiter ibi. in quacunq; ꝓpositiōe terminus discretus ponit̄ talis supponit discrete. i. in omni ꝓpone in qua terminus. ꝛc.

Notabile. 2.

Prima ꝓ q̄stione responsio.

¶ Respōdetur ad questionē. Q̄ ipsa sit falsa: quia vna indefinita affirmatiua: cuius subiectum pro nullo supponit: q̄ questio valet tantum terminus discretus in omni ꝓpōne positus supponit discrete: mō nō datur certus terminus discretus qui ponat̄ in omni ꝓpōne. Et sic presens questio est falsa: ⁊ possibilis in casu quo cras solū fieret illa ꝓpō. Socrates currit: tunc sic fieret sicut hodie per questionē significat̄ esse. Sed ad saluanda dicta Mars. ⁊ regulam primam suppositionum in qua presens fundatur questio: sequens ponitur conclusio.

Questio falsa ē possibilis.

Finalis ꝓ q̄stione conclusio.

¶ Conclusio respōsalis ad intentionē questionis. In quacūq̄ ꝓpōne: in qua ponit̄ terminus discretus: tentus discrete: supponens: supponit discrete. ¶ Dicitur tentus discrete ꝓpter: socrates in illa: socrates est indiuiduum: vbi non supponit discrete sed cōmuniter. ¶ Dicit̄ supponens: ꝓpter subiecta illaꝝ. Adam est: anchristus est: que non habent ꝑcata ad presens tempus correspondentia: ideo ad est non supponunt.

¶ Arguitur: in illa ꝓpōne: meus equus currit: subiectum est terminus discretus: q̄ terminus cōmunis sumptus cū ꝓnomīe demōstratiuo: ⁊ tñ nō supponit discrete: igit̄. ⁊c̄. ¶ Respondet̄ negādo añcedens: q̄uis enī subiectū termin⁹, sit cōmunis sumptus cū ꝓnomīe demōstratiuo: non tñ primitiuo sed deriuatiuo: ideo nō est termin⁹ discretus sed cōmunis (vt habetur tract. primo: folio. 15. per ꝯsequens argumentū non tenet.

# Sophisma quartum.

## ¶ Aliud a vero est verum.

¶ Ad ostendendā multiplicē suppositionis virtutē hoc ponit̄ sophisma: in quo ponit̄ speciale signū suppositionis: scz aliud ab: qd̄ distribuit: vero: (vt habet̄ decima suppositionū regula Marsilij. Et presens sophisma duob⁹ notabilibus ⁊ vnica terminat̄ solutione. Nam sophisma est ꝓpō cathegorica: indefinita: affirmatiua: cuius subiectū est hoc totū: aliud a vero: predicatū est verum. Contrariā non habet: licet habeat terminū distributū: tamen est pars complexi qd̄ accipit̄ vnica acceptione: ideo non est vniuersalitas. Cōtradictoria: nullum aliud a vero est verꝝ: in qua -vero- etiā supponit distributiue: ꝑ speciale signum suppositiouis scz aliud a-quod per signum precedens non habet impediri sed tñ per immediate interueniens. Subcontraria eius: aliud a vero non est verum. Subalternans omne aliud a vero est verū. Et est in materia remota: ⁊ conuertitur simpliciter sic: ergo verum est aliud a vero. Subiectū sophismatis supponit pro qualibet re que non est vera: vt pro lapide: pro ligno. ⁊c̄. sed vero supponit distributiue pro quolibet vero qd̄ est. Ita etiam predicatū supponit pro quolibet vero determinate: pro intellectu sophismatis de vero vt sequitur nota.

Notabile. 1. de proprietatibus sophismatis.

Notabile. 2.

Verum capitur dupliciter: scz.

- Prime intētionaliter. Et sic est passio entis: sic est terminus transcendens supponēs pro omni re mundi: omne enim ens tantum participat de veritate quantum de bonitate.
- Secunde intentionabiliter. Et sic verum valet tantum sicut propositio vera.

¶ Respōdetur ad sophisma: dicendo ipsum esse falsum: qꝛ est vna indefinita affirmatiua: cuius extrema nō supponunt pro eodem siue verum ⁊ vero capiantur prime intētionaliter siue secūde intētionaliter. Secundo ideo est falsum: qꝛ denotat ꝓ sit alietas inter veruz ⁊ verum: quod est falsum capiendo verum semper eodem modo. Tertio ideo est falsum: quia eius exponēs est falsa: exponitur enim sic: verum est: ⁊ simul veruz est: ⁊ simul verum non est verum: vbi hec totalis exponens est falsa ⁊ impossibilis cum partes inter se repugnent. Et q̄uis presens sophisma plures possit habere sensus diuersimode capiendo verum: ⁊ vero tales tamen sensus minus sunt necessarij ⁊ intelligenti facile est de eis iudicare.

Solutio sophismatis cuius falsitas tripliciter ꝓbatur.

¶ Arguitur sophisma sequitur ex vero: ergo ipsum verum: sequitur enim bene per regulam nomina ⁊ verba transposita idem significant sic. A vero aliud est verum: ergo aliud a vero est verum. ¶ Secūdo arguitur: adhuc sophisma sequitur ex vero: sic arguendo ab inferiori ad superius. Aliud ab illo vero est verum: igitur aliud a vero est verum. ¶ Tertio arguitur expositorie sic. Aliud ab illo vero est verum: ⁊ illud verum est verum ergo aliud a vero est verum.

¶ Ad primū dicitur: ꝙ cetera non maneāt paria: qꝛ arguit̄ a non distributo ad distributum: ratione vero: qđ in ꝯsequente distribuit̄ ⁊ in antecedente non. ¶ Ad scđm dicit̄: ꝙ arguat̄ cū distributiōe superioris ideo non oportet valere consequentiam. ¶ Ad tertiū dicitur: ꝙ arguat̄ a non distributo ad distributum ratione minoris extremitatis.

## Textus Mars. de secunda suppositionis diuisione.

Diuiditur aūt suppositio discreta. Nam quedā est suppositio discreta materialis: ⁊ est acceptio termini discreti stantis singulariter in ꝓpōne ꝓ suo significato vel suis significatis nō vltimato vel nō vltimatis de quo vel de quibus talis terminus verificat̄ mediāte copula talis ꝓpōnis: vt hoc amo est verbū demonstrato hoc verbo amo posito in hac ꝓpōne: ego amo: ibi supponit discrete materialiter ꝓ isto solo termino amo demōstrato. Circa descriptionem positam nota: ꝙ significatū nō vltimatū termini vocat̄ ipsemet terminus: aut sibi similis: aut equiualens: aut correspōdens. Sed significatū vltimatū termini dicit̄ res quā talis

Diuisio secūda suppositionis. Suppositio discreta materialis

Significatū nō vltimatum. Significatum vltimatum.

terminus significat ex ipositione: seu cuius est naturalis si militudo si est terminus mētalis. Alia est suppositio pso nalis discreta z est acceptio termini discreti in ꝓpōne stantis singulariter ꝑ suo significato vltimato: aut suis ꝓcatis vlti matis de quo vel de quib⁹ talis terminus verificaꝫ mediāte copula talis ꝓpōnis: vt socrates currit: vel isti boies currūt z q̄uis in scōa ꝓpōne terminus discretus stet ꝑ pluribus tū sub eo nō valet descēsus: sicut est regl'a. Nunq̄ sub termino stāte discrete valet descēsus formaliter: licet stet ꝑ plurib⁹: vt nō sequit: isti boies trabūt nauē: ergo iste bō trahit nauem: z iste homo trahit nauem: z sic de singulis patet de se.

Suppositio discreta ꝓsonalis.

Regula sub termīo discreto nō valet descensus

Continuatio.

¶ Secundā diuisionē suppōnis hic ponit Mart. Et primo quidē hic suppōnem discretā diuidit in ꝓsonalē z materialē describēdo z diuisionis membra: z ꝑ maiori textus euidentia sequens ponit questio cum vno sopismate.

# Questio quinta.

Diuisio intelligitur.

¶ Q. Secunda diuisio suppositionis sit bona in qua dicit suppositionū alia personalis alia materialis. Et illa diuisio sic est intelligēda suppositionū scz simplicū alia est personalis: z alia est materialis. Dicit simplicium: q3 dicendo sic: ioannes z bu currunt: ibi subiectū supponit nō mi ꝓsonaliter: nec materialiter: sed mixtim. Et suppositio simpler non capit hic vt antiqui ceperūt sicut postea in vno ꝓbio Marsilij videbit in textu ante suppositionū regulas: sed capit in ꝓposito vt sequitur.

Suppō quantum ad ꝓpositum nrm z ad intentionē marsilij est duplex: scz.

Simpler. Est suppō q̄ nō est aggregata ex suppōne ꝓsonali z materiali: ita ꝙ vna ps nō ꝓcet vltimate z alia nō vltiate. Et hec est duplex: scz.

Notabile.

Personalis. Est suppō termini ꝓ suo ꝓcato vel suis significatis: vltimato vel vltimatis secundum illum conceptum secundum quem illud vel illa vltimate ꝓcat vt homo est animal.

Materialis. Est suppositio termini ꝓ suo ꝓcato vel suis ꝓcatis nō vltimato vel nō vltimatis scōm illū ꝯceptum ſm quē illud vel illa nō vltimate ꝓcat vt socrates in illa: socrates est nomen.

Mixta. Est suppositio cōpleti cuius vna pars accipit vltimate z alia non vltimate: z ita est suppositio aggregata ex suppositione ꝓsonali z materiali: vt subiectū illius: socrates z bu currunt: supponit suppositione mixta.

¶ Reſpondeť ad queſtionē dicendo eam eſſe verā: qz vna indefinita affirmatiua cuius extrema ſupponunt pro eodē: ſupponunt enim ambo extrema pro illo cōplexo: ſuppoſitionū ſimplicitū alia. ꝛc. ꝛ diuiſio. vt antea eſt dictum intellecta eſt bona. Quid vero ſit ſignificatū vltimatū: ꝛ qd non vltimatū vide in textu Marſilij ante queſtionem poſito. Queſtionis ſolutio.

¶ Arguiť. Nihil diuidiť niſi quantū: ſed ſuppō nō eſt quā: ta: ergo ſuppō non diuidiť maior patet cū quantitas ſit radix diuiſionis (vt habeť. 6. phiſico: minor manifeſta cū ſuppō paſſio ſit termini: p ꝙ ſequēs nō quātitas ſed qualitas. ¶ Reſpondeť maiorē eſſe intelligendā de reali diuiſione: preſens vero diuiſio non eſt in partes reales ſed ſubiectiuas.

# Sophiſma quintū.

¶ Socrates differt ab homine qui non eſt ſocrates. Möbila. 1. de ꝓ prietatibus ſophiſmatis.

¶ Preſens ſophiſma duobus notabilibus ꝛ vna tripartita abſoluiť cōcluſione. Et ſophiſma eſt diſtinguendū. Nam ſi qui capitur relatiue tm̄: tūc eſt vna ꝓpō hypothetica copulatiua tm̄ valens ſocrates differt ab homine et ille non eſt ſocrates. Si aūt qui capitur relatiue ꝛ reſtrictiue ſimul: tunc eſt vna ꝓpō cathegorica: ꝛ ſi qui reffert terminū ſocrates tūc hoc totū eſt ſubiectum: ſocrates q nō eſt ſocrates: ꝛ differt ab hoīe predicatū. Si aūt qui reffert hoīe tunc ſocrates ſe ſolo eſt ſubiectū: ꝛ differt ab hoīe qui nō eſt ſocrates eſt predicatū: ꝛ eſt vna ſingularis affirmatiua in materia ꝓtingēti: ſi vero reffert terminū ſocrates eſt in materia remota: de aliis ꝓprietatib⁹ dicatur ꝓut dictū eſt in primo ſophiſmate: deinde (vt ſequiť) nota.

Iſta ſigna: q que: vel qō: cum ſuis ꝙdeclineis capiunť dupliciter: ſcz: vel

Pure relatiue. Et ſic ſemp reſoluunť in et: ꝛ ille ſiue refferant ſubiectū ſiue predicatū vel partē eius: ꝛ tunc faciūt ꝓpōnem hypotheticā copulatiuam. Möbile. 2.

Relatiue ꝛ reſtrictiue ſimul: tūc nō reſoluū: tur ſiue refferant ſubiectum ſiue predicatum ꝛ faciunt ꝓ poſitionem cathegoricam.

¶ Reſpondetur ad ſophiſma qō licet plures habeat ſenſus ſm̄ ꝙ qui refferat hoc vel aliud oēs tū illi varij ſenſus hac vnica continenť cōcluſione. Sophiſma ꝓut qui capitur relatiue tm̄ ſemper eſt falſum: ſed ſi qui capitur relatiue ꝛ reſtrictiue ſimul ꝛ reffert terminū ſocrates vel: predicatum ſcz differt ab homine: tunc iterū eſt falſum: ſed ſi reffert: homine: ſe ſolo tunc eſt verū. Prima pars ꝯcluſionis probať: qz capiendo qui relatiue tm̄: facit vnam copulatiuā ſemp: cuius prima pars erit illa: ſocrates differt ab homine qui eſt falſa: ergo tota copulatiua erit: falſa. Scōa pars ꝯcluſionis patet: nam ſi qui capiť relatiue ꝛ reſtrictiue ſimul ꝛ reffert terminū ſocrates tunc tm̄ valet ſocrates qui non eſt ſocrates differt ab homine ꝛ illa eſt falſa cum eius ſubiectū ꝓ nullo ſupponat. Si vero qui reffert predicatū tunc tm̄ valet ſocrates differt ab homine quod differens ab homine nō eſt ſocrates: ꝛ illa eſt falſa: qz ſingularis cuius extrema non ſupponunt pro eodem: quia ſubiectū ſupponit pro ſocrate: predicatū vero pro qualibet rē preter ſocratē. Vltima pars ꝯcluſionis ꝓbatur nam ſi qui reffert terminū homīe ſophiſma Cōcluſio tripartita.

Prima pars cō cluſionis ꝓbat Secunda pars probatur.

Tertia pars ꝓbatur.

valet tm̄: socrates differt ab hoc qui hō nō est socrates que est vera cum sit vna singularis affirmatiua cuius extrema supponūt pro eodē sez p socrate. Et similiter eius exponēs illa sez est vera: socrates est: z simul ois homo qui non est socrates est: z simul socrates non est homo qui non est socrates.

¶ Arguitur contra vltimā partē cōclusionis. sophisma concessum est falsum: qz ex eo sequitur falsum: sequitur enim bene socrates differt ab homine qui non est socrates: ergo socrates differt ab homine tenet consequentia ad partem in modo ad totum.

¶ Secundo adhuc ex sophismate sequit falsum sequit enim bene socrates differt ab homine qui non est socrates: ergo socrates differt a socrate qui nō est homo nota enim z verba transposita idem fcant.

¶ Ad primū dicit q̄ non arguat a parte in modo ad totū: qz arguit cum distributione totius in modo. s. ratione termini homine.

¶ Ad secundum dicitur: q̄ cetera non maneant paria: qz socrates in antecedente supponit: in consequente vero non: qz alienatur.

## Textus Mart. de diffinitione z diuisione suppositionis communis.

Descriptio suppositionis communis.

SEd suppositio communis. Est acceptio termini cōmunis pro aliquo vel pro aliquibus: de quo vel de quibus talis terminus verificatur mediante copula propositionis.

Diuisio suppōnis cōmunis. Suppositio determinata.

Et diuidit nam quedam est determinata quedam confusa. Suppositio determinata est acceptio termini cōmunis in ꝓpōne pro aliquo vel pro aliquibus disiūctiue de quo vel de quibus talis termin? verificat mediāte copula talis ꝓpōnis vt homo in hac ꝓpōne hō currit: stat cōiter z determinate.

Diuisio suppositionis determinate. Suppositio determinata materialis.

Diuidit aūt suppositio cōis determinata: quedā est materialis: quedam personalis. Suppositio cōmunis determinata materialis: est acceptio termini communis stantis cōiter in ꝓpōne pro suo significato nō vltimato vel suis significatis non vltimatis disiunctiue: de quo vel de quibus talis terminus verificatur mediāte copula talis ꝓpōnis: vt amo est verbum: amo supponit disiūctiue: p quolibet tali termino amo

Et terminus dicitur stare disiunctiue: qñ contingit sub eo descendere ad sua singularia per ꝓpositionem disiunctiuã. Terminus dicitur stare disiunctiue.

Sed suppositio cõmunis determinata personalis est acceptio termini cõmunis in ꝓpõne pro suo significato vltimato vel suis significatis vltimatis disiunctiue: de quo vel de quibus talis terminus verificatur mediante copula talis propositionis: vt terminus homo supponit personaliter ⁊ determinate in hac propositione homo currit. Suppositio determinata personalis.

¶ Postq̃ Marsilius ꝑm duas generales suppositionis diuisiones tractauit de suppositione termini discreti. Consequenter hic determinat de suppositione termini cõmunis: diuidendo primo suppositionẽ cõmunẽ in determinatã ⁊ ꝓsusam: ⁊ describendo suppositionẽ determinatã: que subdiuiditur in personalem ⁊ materialem. Et pro maiori notitia eorum (que de suppositione hic traduntur) sequens mouetur questio. Continuatio.

## Questio sexta.

¶ V. Cuiuslibet propositionis particularis vel indefinite subiectum supponat determinate. Mõbile. 1. de proprietatib⁹ ques.

Presens questio vnico notabili ⁊ dupliciabsoluitur responsione. Nam capiendo questionem passiue (sicut in prima questione est dictum) tunc est propositio cathegorica mixte quantitatis (vt patet ex primo tract. de propositionum quantitate.) Et subiectũ eius est ꝓpõnis pticularis vel indefinite subiectũ: predicatũ: supponit determinate. Contraria eius: cuiuslibet propositionis particularis vel indefinite nullum subiectum supponit detreminate. Subcontraria: propositionis particularis vel indefinite subiectum non supponit determinate. Cõtradictoria: ꝓpõnis particularis vel indefinite nullum subiectum supponit determinate. Subalternans: cuiuslibet ꝓpositionis particularis vel indefinite oẽs subiectum supponit determinate. Subalternata: propositionis particularis vel indefinite subiectum supponit determinate. Et est in materia contingenti: ⁊ cõuertitur per accidens sicergo supponens determinate est ꝓpõnis particularis vel indefinite subiectũ. Et presens questio fundaf in tertia regula suppositionum Marsilij. Quid vero sit suppositio determinata patet in textu.

¶ Respondeꝯ ad questionẽ. Si cuiuslibet: distribuit partẽ disiuncti quelibet est vera: si vero totum distribuit disiunctum ipsa est falsa. Prima pars conclusionis probatur: qr ad veritatẽ questionis tunc requiritur q̃ suppositum predicati conueniat cuilibet supposito subiecti ꝓpõnis particularis vel alicuius indefinite ⁊ hoc est verum: vt patet de subiecto illius: homo est animal. Secunda pars conclusionis patet de subiecto illius: Chimera currit: est enim subiectũ ꝓpõnis particularis vel indefinite: ⁊ tamẽ non supponit determinate: cum in toto non supponat. Questionis solutio.

Conclusio.

¶ Conclusio ad saluandam tertiam regulam suppositionū Marsilij: ⁊ ad intentionem presentis questionis ponitur illa. Cuiuslibet propositionis particularis vel indefinite cuius subiectum supponit: super qō non fertur signum confusiuum confundens ipsum: supponit determinate. ¶ Dicitur cuius subiectū supponit propter subiecta illarum. Chimera currit: vacuum est locus. ¶ Dicitur super qō non fertur. ⁊ c. propter subiecta illarum: tm̄ homo est animal: omnem equum videt homo.

¶ Cōtra ꝯclusionem arguit̄ sic. Indefinitū ⁊ determinatū opponunt̄: ergo terminus sumptus in ꝓpone indefinita non potest supponere determinate. ¶ Respondetur q̄ indefinitū ⁊ determinatū in prima impositione opponunt̄: put indefinitū tm̄ valet sicut non determinatū. Nec vero capiunt̄ in secūda impositione (prout referuntur ad ꝓpōnem) ⁊ sic non opponuntur per consequens argumentum non concludit.

Vienne ⁊ Rome venditur panis.
Hodie ⁊ heri venditus est panis.
Ter fuit imperator Rome.
Immediate post hoc erit motus.
Immediate ante hoc fuit motus.
Quotidie generatur aqua.
Ab eterno fuit deus.
Perpetue gaudebit homo iustus.
Nullum caput habet omnis homo.
Nullum equum videt omnis homo.

} In omnibus illis ꝓpōnibus subiecta supponunt confuse tm̄ vt ex regūs suppositionū videbitur: nec hoc est contra ꝯclusionē cum super subiecta ferantur signa confusiua.

## Sequentes nota ꝓpōnes: que in sensibus quos faciunt sunt false: sed in sensibus in quibus fiunt sunt vere.

¶ Color est obiectū visus: ad equitandum requiritur equus. Rosa est pulcherrimus florum: homo est dignissima creatura ⁊c. Hec ꝓpōnes et similes de rigore verbor sunt quidem vere: sed de rigore logice sunt false: cum eax subiecta supponāt determinate: ita q̄ de nullo certo colore verum sit dicere q̄ sit obiectum visus: ⁊ de nullo certo equo q̄ requirat ad equitandū sic etiā de alijs dicatur. Vel alij dicunt q̄ verbum substantiuū est in dictis ꝓpositionibus non debeat importare actum exercitū vel actū existendi sed actum significatum: ita vt est tantum valeat sicut significat. Et vltima propositio illa: homo est dignissima creaturarum intelligitur ad hunc sensum inter naturas corporales creatas: homo est dignior natura vel creatura. Et alie quoq; ꝓpositiones suo intelligantur modo.

# Textus Marsi. de diffinitione ⁊ diuisione suppositionis confuse.

Descriptio suppositiōis ꝓfuse.

¶ Suppositio vero ꝓfusa. Est acceptio termini cōmunis in ꝓpōne pro aliquo vel pro aliquibus disiunctim vel copulatiue de quo vel de quibus talis terminus verificatur

mediante copula talis ꝓpõis. Et diuidit suppositio ꝯfusa: quedã enī est suppositio ꝯfusa tantū. Et est acceptio termini in ꝓpõne ꝓ aliquo vel ꝑ aliquibus disiunctim: de quo vel de quibus talis terminus verificat mediãte copula talis ꝓpõis: vt tantū animal est hō: animal: supponit ꝯfuse tm̄. Et terminus dicit stare disiũctim qñ sub eo ꝓtingit descendere per ꝓpõem: de disiuncto extremo: vt oīs homo est aīal ergo oīs homo est hoc aīal: vel hoc animal: ꝛ sic de singulis. Suppositio cõfusa tantū diuidit quedã est materialis: quedam ꝑsonalis. Suppositio confusa tantū materialis. Est acceptio termini cõis in ꝓpõne ꝓ suo significato nõ vltimato vel suis significatis nõ vltimatis disiũctim de quo vel de quibus talis terminus verificat mediante copula talis ꝓpõis: vt terminus hō in ista ꝓpõne: tantū hō est dictio dissillaba: debet enim sic descendi: igit tm̄ hoc homo: vel hoc hō: vel hoc hō est dictio dissillaba: ꝛ sic de singulis. Suppositio ꝯfusa tm̄ ꝛ ꝑsonalis. Est acceptio termini cõis in ꝓpõne ꝓ suo significato vltimato vel suis ſcatis vltimatis disiũctim de quo vel de quibus talis terminus verificat mediante copula talis ꝓpõis: vt hic: oīs homo est aīal: terminus aīal: supponit cõfuse tantū ꝛ ꝑsonaliter: ꝛ debet sic descendi: oīs hō est hoc: vel hoc: vel hoc aīal: ꝛ sic de singulis. Sed suppositio ꝯfusa distributiua. Est acceptio termini cõis in ꝓpõne ꝓ aliquo vel ꝑ aliquib⁹ copulatiue: de quo vel de quib⁹ talis terminus verificat mediante copula talis ꝓpõis: vt hō: in ista: oīs homo currit. Et nota ꝙ terminus dicitur stare

Diuisio suppositionis confuse. Suppositio cõfusa tantum.

Terminus dicitur stare disiunctim.

Suppositio cõfusa tm̄ diuidit. Suppō confusa tm̄ materialis.

Suppositio cõfusa tantum personalis.

Suppō confusa distributiua.

Termin⁹ dicit stare copulatiue

copulatiue qñ sub eo ꝓtingit fieri descensum ad oīa sua supposita ꝑcopulatiuā ꝓpōnem: nam sequit oīs homo currit: igit iste homo currit: ⁊ iste homo currit: ⁊ sic de singulis. Et

Suppositio cōfusa distributiua diuiditur.

suppositio confusa distributiua diuidit ꝓformiter in ꝓsonalem ⁊ materialē sicut suppositio ꝓfusa tantū: hic tamē nota

Regula vniuersalis.

regulā vniuersalē. Quādo in diffinitione oīum speciez suppositionis dicebat de quo talis terminus verificat intelligitur eodē modo restrictus ⁊ equaliter ampliatus sicut in prima ꝓpōne: in qua taliter suppōit. Vnde hec est vera: homo

Hec ꝓpō. Hō ē mortuus est vera licet homo ⁊ mortuū termini sint disparati.

est mortuus: sicut videbit in ampliationibus: ideo oportet vt homo ⁊ mortuū supponāt pro eodē: tñ quocūcz mortuo demonstrato hec est falsa: hoc est homo: sufficit tñ vt eodē modo ampliatus de mortuo verificetur.

Continuatio.

¶ Viso primo membro suppositionis cōmunis ꝓsequenter auctor secundū diuisionis membrū scz suppositionē ꝓfusam describit: ⁊ diuidit in confusam tantū: ⁊ ꝓfusam distributiuā: describendo ⁊ illa diuisionis membra ⁊ diuidendo ea in suppositionē ꝑsonalē ⁊ materialē. Et pro maiori textus euidentia (vt sequitur) vnū sophisma ⁊ tres ponuntur questiones.

# Sophisma sextum.

## ¶ Quodlibet partes sunt in continuo.

¶ Circa hoc sophisma dupliciter ponimus suppositionē distributiuā ad saluandam veritatē aliquaꝝ propositionū concessarum pro quo (vt sequitur) notabilia habes quinqz ante conclusionem responsalem.

Quotlibet nomen distributiuum numerale: oīs generis: pluralis numeri tantū: distribuit dupliciter: scz.

Rōbile. 1. Tatar. tract. 7. De. Dif. 66. A

Pro singulis individuis tūc est vnū purū syncathegorema valens tantum sicut omnes. Et sic sophisma est propositio vniuersalis affirmatiua: cuius subiectū est partes: ⁊ entia in ꝓtinuo predicatum.

Pro speciebus singulorum. Et tūc est syncathegorema mixtum includens actū: distributiuū scz quotlibet: ⁊ conceptū scz specie numeri: tunc sophisma est propositio cathegorica: affirmatiua: mixte quantitatis: habens subiectum: implicite scz de specie numeri partes. Et: habet omnes oppositas sicut alia propositio mixte quantitatis.

Distribuere.

Pro singulis indiuiduis. Est signū sic se habere q̄ ratione ipsius terminus super quem fertur accipit pro omnib⁹ suis suppositis copulatiue. Sed distribui pro singulis indiuiduis est terminum accipi pro omnibus suis suppositis copulatiue: vt ibi: Omnis homo est animal: vbi oīs distribuit: ⁊ homo distribuitur pro singulis indiuiduis. Nōbile. 2.

Pro speciebus singulorꝫ. Est signum includere terminum genere vel specie: ⁊ actum distributiuum distribuentem genere vel specie pro omnibus suppositis pro quibus sibi determinatio addita conuenit: vt hoc modo: quotlibet in sophismate valet tantum: de specie numeri partes.

¶ Per speciem numeri in proposito intelligitur aggregatum ex rebus mundi inquantum significantur per aliquā speciem numeri: vt homo ⁊ asinus inquantum significantur per speciem numeri: scꝫ binarium ita etiam totus mundus inquantum imaginatur diuidi in duas partes dicitur species numeri: qꝛ significatur per binarium ita quoqꝫ dicatur de ternario: quaternario ⁊ de alijs speciebus numeri. Notabile. 3.

¶ Ponitur in sophismate prepositio in: ⁊ q̄uis varijs modis vna res dicitur esse in alia prout Pe. His. tract. tertio folio. 59. circa secundam diuisionem antepredicamentalē enumerat octo modos essendi in: ad propositum tñ duo sequentes sufficiunt modi essendi in. Nōbile. 4.

In capitur in ꝓposito duobus modis.

Vno modo dicit habitudinē partis ad totū. Et sic illa dicuntur esse in continuo: que sunt partes continui. Et sic duo indiuisibilia seu non extensa: vt duo angeli non sunt in continuo.

Alio modo dicit habitudinē contenti in continente. Et sic illa dicuntur esse in continuo que continentur ab aliquo continuo. Et sic duo angeli sunt incontinuo quia continentur in spera vltima.

Pro vltima particula sophismatis scꝫ cōtinuo sequentem nota diffetentiam ex quinto Methaphisice.

Differunt.

Continua sunt quorū vltima sunt vnum. Et sic cōtinuum in proposito. Est res magna simpliciter vna: vt homo: asinus: lapis: ⁊c̄. Notabile. 5.

Cōtigua sunt quorum vltima sunt simul: sicut plures asseres: vel tabule colligate.

Consequenter se habentia: inter que nihil mediat eiusdem generis vt domus illa: ⁊ domus vicini.

¶ Respondetur ad sophisma. Si quotlibet distribuit pro singulis indiuiduis sophisma est falsum. Si vero distribuit pro speciebus singulorꝫ ipsum est verum. Prima pars patet: qꝛ tunc est vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatum: non conuenit cuilibet suppositio subiecti: subiectum enim supponit pro deo ⁊ vltima sphera: ⁊ tamen predicatum eis non ꝯuenit: cum non sint partes continui: nec ꝯtineantur a ꝯtinuo. Scd̄a pars Questionis solutio.

conclusionis patet: qꝛ tunc sophisma est mixte quantitatis: ⁊ sic / partes / stat confuse tm̄. Et sic ad eius veritatē sufficit ꝙ de qualibet specie numeri ille vel ille partes: ⁊ sic de singulis sint in ꝯtinuo. Et hoc est verum.

¶ Contra dicta arguitur sophisma semper est falsum: igit̄ minus bene concessum: antecedens probatur: quia ex eo sequitur falsum: sequitur enim bene: nulla species numeri est in continuo: ⁊ de qualibet specie numeri partes sunt in ꝯtinuo: igit̄ partes in cōtinuo non sunt in continuo.

¶ Respondet̄ mediū in premissa affirmatiua non esse totale extremum: ꝙ tm̄ requiritur ex. 13. syllogismoꝝ regula que tract. quarto folio. 99. habetur.

## Suppositio pro speciebus singuloꝝ ponitur ad saluandas sequentes ⁊ similes propositiones.

¶ Omne animal fuit in archa noe: que tantum valet: de qualibet specie animalis: animal fuit in archa Noe: hoc tamen est intelligēdum de animalibus perfectis: ⁊ non natabilibus: quoniā nulla fuerat necessitas animalia imperfecta per putrefactionē incipientia: ⁊ natabilia: vt pisces includere arche noe: cum alias poterant se sustinere vel putrefactione gigni.

¶ Omnis homo mendax: que tantū valet de qualibet specie hominis homo est mendax: intelligendo per species hominis accidentales eius differentias scz de specie diuitum / pauperum / nobilium / ⁊ ignobilium. ⁊c̄.

¶ Deus vult omnes homines saluos fieri. i. deus vult de qualibet specie hominum: homines saluos fieri.

¶ In omnem terram exiuit sonus eorum. i. in quamlibet partem principalem terre exiuit sonus eoꝝ: licet hec ꝓpōnes ꝑm theologos alios quoqꝫ recipiant sensus: tamen dicta ad nostrum propositum sufficiunt.

# Questio septima.

Nōbile. 1. de ꝓprietatibus questionis.

¶ V. Omnis negatio similiter omne signum negatiuum faciat terminum cōmunem sequentem se stare confuse distributiue. Questio presens mouetur propter ea que dicunt̄ in textu de suppositiōe distributiua ⁊ fundatur ista questio in septima ⁊ octaua regulis suppositionū Marsilij. Et pro questione duo notabilia ⁊ due ponunt̄ conclusiones. Nam presens questio est propositio hypothetica copulatiua valet enim tantum. Omnis negatio facit terminū cōmunē sequentē se stare ꝯfuse distributiue: ⁊ omne signū negatiuū facit terminum sequentē se stare confuse distributiue. Et hec habet oppositas sicut alia propositio copulatiua ꝑm doctrinā primi tracta. Et pro terminis in questione positis (vt sequitur) nota.

Nōbile. 2.

Differunt.

Negatio. Est signum sincathegorematicū purum natum negare copulam principalem alicuius propositiōis: vide latius de triplici negatione tract. primo circa propositionem negatiuam folio. 17.

Signum negatiuum. Est signū sincathegorematicum impurum includens scz actum ⁊ conceptum: vt nihil: nemo nullibi: nunq̄. ⁊c̄.

¶ Respondetur ad questionē. Q; ipsa simpliciter sit falsa: quia vna copulatiua affirmatiua cuius quelibet pars est falsa: quia quelibet pas est vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatum non conuenit cuilibet suppositō subiecti: quia dicendo sic: nulla chimera est chimera. Chimera sequitur negationem et tamen non supponit distributiue cum in toto non supponat: ita dicendo: nunq̄ vacuū est: vacuum sequitur signū negatiuū. ꝛc. Et ideo ad saluandas dictas marsilij regulas: ꝛ ad bonum verū sensum presentis questionis conclusio sequens ponitur.

¶ Conclusio. Quilibet terminus cōmunis tentus vt est distribuibilis: supponens: sequens negationem: vel signum negatiuum latam vel latum in ipsum: nō impeditam vel impeditū supponit ꝓfuse distributiue. ¶ Dicitur tentus vt est distribuibilis ꝓpter predicatum illius: homo non est hoc animal. ¶ Dicitur supponens: ꝓpter subiectum illius: nulla chimera currit. ¶ Dicitur latam vel latum in ipsum ꝓpter homo: in illa: nullus asinus currit ꝛ homo mouetur. Est enim regula: nullum signum fincathegorematicum extra suam cathegoricam propositionem habet aliquod exercere officium. ¶ Dicitur non impeditam. ꝛc. ꝓpter predicatum illius: nullus humo est omne animal: quod non supponit confuse distributiue sed confuse tantum. Conclusio. Regula.

¶ Arguitur in illa ꝓpositione: homo qui nō est albus est risibilis: terminus risibilis est communis ꝛ sequitur negationem: ꝛ tamen non supponit confuse distributiue sed determinate: igitur.
¶ Respondetur negationē in dicta ꝓpositione non teneri neganter sed infinitanter: vt habetur ex secundā regula: folio. 17. tract. primo.

# Questio octaua.

¶ V. Quilibet terminus communis sequens precise duo signa distributiua supponat confuse tantum vel determinate. Presens questio duobus notabilibus ꝛ duabus absoluit conclusionibus. Questio enim est ꝓpositio cathegorica: vniuersalis affirmatiua: cuius subiectum est hoc totum. Terminus cōmunis sequens precise paria signa distributiua. Predicatum est hoc totum: supponens confuse tantum vel determinate: alie ꝓprietates assignātur sicut in alia ꝓpositiōe vniuersali. Et presens questio mouetur super sedecima regula Marsilij. Notabile. 1. de ꝓprietatibus questionis.

¶ Signum distributiuum. Est signum quod natum est distribuere terminum communem: vt omnis: nullus: ꝓter differt ab: ꝛ alia signa que (vt ex regulis Marsilij patet) faciunt suppositionem distributiuam. Quid vero suppositio distributiua: quid confusa tantum: ꝛ quid determinata: vide in textu marsilij. Notabile. 2. Signoꝝ distributiuorū differentiam vide apud Tatar. tract. 7. Pe. his. 66. A.

¶ Respondetur ad questionem: ipsam esse simpliciter falsam: quia vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatum non conuenit cuilibet suppositō subiecti: quia animal: in illa: omis homo est omne animal: sequit duo signa distributiua tñ non supponit ꝓfuse tñ vel determinate. Concedit tamen presens questio ad sensum conclusionis sequentis. Questionis solutio.

Continuatio. ¶ Conclusio. Quilibet terminus communis supponens sequens precise paria signa distributiua: lata in ipsum: quorum quodlibet altero dempto haberet ipsum distribuere in tali loco supponit confuse tantum vel determinate: vt nullus homo non est animal: homo nō est omne animal. ¶ Dicitur sequens precise paria signa propter animal in illa: nullus homo non est omne animal: quod supponit distributiue. ¶ Dicitur lata in ipsum propter homine in illis: socrates non differt ab homine: socrates non est fortior homine: vbi homine supponit distributiue per speciale signum suppositionis: quod non habet impediri per signum precedens: vt prius dictū est. ¶ Dicitur quorum quodlibet. ꝛc. quia animal in illa: omnis homo non est animal supponit distributiue: quia non quodlibet haberet ipsum distribuere in tali loco: vt patet de signo omnis.

Ad cognoscendum quādo terminus sequēs duo signa distributiua ad sensum conclusionis supponat confuse tantum vel determinate: sequens nota documentum.

Documentum. ¶ Terminus qui sequitur duo signa distributiua ad sensum dicte conclusionis: ita vt sequatur de primo termino cathegorematico distributo supponit confuse tantum: vt nullus homo non est animal: vbi animal supponit confuse tantum. Sed si talis terminus sequitur duo signa distributiua: ꝛ de primo termino cathegorematico non distributo: tunc supponit determinate: vt homo non est omne animal: vbi animal: supponit determinate.

# Questio nona.

Nōbile. 1. de proprietatib⁹ quel. ¶ V. Tantum tres sint species suppositionis communis. ¶ Ante questionis solutionem duo: ꝛ post eius solutionem tria ponuntur notabilia. Nam presens questio est propositio cathegorica indefinita affirmatiua: cuius subiectum est tres capiendo impure adiectiue. Si autem capitur pure adiectiue tunc includit substantiuum positum a parte predicati. Et sic hoc totum est subiectum: tres species suppositionis communis: sunt est copula: ꝛ species suppositionis communis predicatum: alias questionis proprietates iudica sicut de alia exclusiua propositione. Et subiectum questionis supponit determinate. Et predicatum collectiue: nec obstat q signū exclusiuum habeat confundere subiectum ꝛ distribuere predicatū: hoc enim intelligendum est quando tale signum facit propositionem expōnibilem gratia alietatis: ꝛ non gratia pluralitatis: sicut fit in presenti questione. Quando enim signo exclusiuo additur terminus numeralis: tunc talis propositio exponitur gratia pluralitatis. Et pro dictis de suppositione sequētem nota figuram.

- **Tantũ** capit̃ dupliciter: scz.
  - **Exclusiue.** Et sic ꝓpositio ratione ipsius exponit̃ vel.
    - **Gr̃a alietatis.** Et sic facit supponere.
      - **Subiectum confuse** tantum.
      - **Predicatum distributiue.**
    - **Gr̃a pluralitatis:** si suppositio collectiua est.
      - **Ponẽda.** Et sic facit supponere.
        - **Subiectum** determinate.
        - **Predicatũ** collectiue.
      - **Nõ ponẽda.** Et sic facit supponere.
        - **Subiectum** determinate.
        - **Predicatũ** determinate.
  - **Exclusim vt facit ꝓpõnem de** excluso subiecto vel predicato. Et sic facit supponere.
    - **Subiectum** determinate.
    - **Predicatũ** determinate.

Notabile. 2.

¶ Respõdetur ad questionẽ de rigore vt questio est vna exclusiua gratia pluralitatis exponibilis ipsa est falsa: qꝛ suppositio mixta est suppositio tamẽ nõ cõprehenditur sub aliquo membroꝝ: vt subiectũ illius: hominis quilibet asinus currit: in qua totũ subiectũ nulla specie dictaꝝ suppositionũ supponit: pro quo vt sequit̃ nota.

Questionis solutio.

- **Oĩs species** suppositionis cõis aut est.
  - **Simplex.** Que est suppositio termini incomplexi vel cõplexi vnica acceptione accepti: vt homo est animal: asinus hominis currit.
  - **Mixta.** Que est suppositõ termini cõplexi nõ vnica acceptione accepti: ita vt totũ tale complexũ diuersis supponat speciebus suppositionis cõmunis: vt hominis quilibet asinus currit.

¶ His non obstãtibus dicta questio ꝑm Mars. est vera: ponit enim ipse tm̃ tres species suppositionis cõmunis simplicis. s. determinatam: confusam tantum: ꝛ confusam distributiuam: non vero non sine ratione (ꝑm moderniorem dicẽdi viam) quartã addimus speciem suppositionis cõmunis. s. suppositionẽ collectiuã. Sunt enim quattuor species descensus sumpte a diuersis speciebꝰ suppositiõis cõis. Cogimur deniq; ad saluandã veritatẽ ꝓpõnum in quibus ponunt̃ signa collectiua ponere suppositionẽ collectiuã. Et quid sit suppositio collectiua sequenti habes figura.

Notabile. 4. Qꝛ questio ꝑm mars. sit vera. Suppõ collectiua est ponenda.

- **Quattuor** sunt species suppositionis cõmunis.
  - **Determiata**
  - **Confusa distributiua.**
  - **Confusa tm̃**
  - **Collectiua.**
  - **Est suppõ termini** stantis pro suo ꝑtato vl̃ suis significatis.
    - **Disiunctiue.**
    - **Copulatiue.**
    - **Disiunctiue.**
    - **Copulatim.**

Notabile. 5.

Ille terminus dicitur stare. [Disiunctiue. Copulatiue. Disiunctim. Copulatim.] Sub quo vel sub alio ꝓsimiliter accepto valet descensus. [Disiūctiuus Copulatiuus. Disiunctus. Copulatus.]

¶ Contra dicta sic arguitur. Peccatum est fieri per plura: que possunt fieri per pauciora: sed (vt placet Marsilio) oīa sine suppositiōe collectiua possunt saluari: ergo suppositio collectiua non est ponēda. ¶ Ad argumentū dicit per tres: suppositionis species omnia fieri non posse (vt patet ex rationibus superius positis) ideo argumentum non stringit.

# Questio decima.

## ¶ Vtrū Descensus sit consequentia formalis.

¶ Ista questio mouet ꝓ maiori euidentia eorū que de quattuor speciebus suppositiōis cōmunis sunt dicta. Et ante questionis solutionē ser per ordinem ponunt notabilia ꝓ maiori descensus notitia. Est enī descēsus passio seu ꝓprietas termini cōmunis in propositione positi: et diffinit (vt sequit.)

Notabile .1. de diffinitione descensus.

¶ Descensus. Est ꝓsequentia formalis tenens precise ex eo ꝙ in ea arguitur a propositione in qua ponitur terminus superior ad propositionem in qua ponuntur eiusdem termini superiozis suppositā in supponendo tantūm sibi non synonima. ¶ Dicitur tentus precise: vnde illa consequētia dicitur tenere precise ex eo: in qua nulla fit mutatio nisi ꝙ loco termini superiozis in descensa ponuntur termini inferiozes in descendentibus: ꝓ quo nota differentiam sequentem.

Differunt. [Descensa. Est propositio sub cuius termino descenditur: vt omnis homo currit.
Descendens. Est ꝓpō in qua ponuntur suppositā in supponendo tantū termini sub quo descenditur: vt ille homo currit: et ille homo currit: et sic de singulis.
Descensus. Est totalis ꝓsequētia ex ꝓpōne sub cuius termino descendit et ꝓpōne in qua ponuntur suppositā. ꝛc. vt omnis homo currit: et isti sunt oēs homines: ergo ille homo currit: et ille homo currit. ꝛc.]

Mōbile .2.

¶ Dicitur in diffinitione descensus suppositā in supponendo tantum ꝓ quo sequentem nota differentiam.

Mōbile. 3. Suppositū in ꝓposito. Est terminus inferior ad alium. Et est triplex ſcz. [In supponendo tm. Est terminus cōis singularisatus: vt animal in illa hoc animal currit. Et tale suppositum tract. secūdo Pe. Hisp. folio. 48. circa diffinitionē individui vocatur individuum vagum.
In significando. Est terminus singularis nō habens ꝓcatum sibi correspondēs ad presens tempus: vt Adam. Noe. Plato. Socrates. Aristoteles. ꝛc.
In ꝓcando et supponendo simul. Est terminus singularis supponens respectu copule de presenti: vt Cōradus. Petrus. Paulus. ꝛc. et hoc suppositū loco superius allegato dicitur individuum determinatum.]

**Copulatiuus.** Est descensus cuius cõsequens est vna propositio copulatiua: ⁊ talis descensus valet sub termino stante distributiue: vt sub homine in sequenti ꝓpositione sic descẽditur: omnis homo est animal: ⁊ isti sunt omnes homines: ergo ille homo est animal: ⁊ ille homo est animal: ⁊ sic de singulis.

**Disiunctiue.** Est descensus cuius consequens est vna propositio disiunctiua: ⁊ talis valet sub termino stante determinate: vt sub sapiens: in sequenti ꝓpositione sic descenditur: sapiẽs dominabit astris: ⁊ isti sunt omnes sapientes: ergo ille sapiẽs dominabitur astris: vel ille sapiens dominabitur astris: ⁊ sic de singulis.

**Descensus** est quadruplex scõm quattuor species suppositionis communis: scz.

**Disiunctus.** Est descensus cuius consequens est vna propositio de disiuncto extremo: ⁊ valet sub termino stante confuse tantum: vt sub predicato sequentis propositionis sic descenditur: omnis homo est animal: ⁊ ista sunt omnia animalia: ergo omnis homo est hoc animal vel hoc animal: ⁊ sic de singulis.

Notabile. 4. Tatar. tract. 2. pe. dist. 78. Diuidit descensum simplicem: sm has quattuor species.

**Copulatus.** Est descensus cuius consequens est vna propositio cathegorica de copulato extremo. Et valet sub termino stante collective: vt sub subiecto sequẽtis propositionis sic descẽditur. Omnes apostoli dei sunt duodecim. Et isti sunt omnes apostoli dei: ergo illi apostoli dei: ⁊ illi apostoli dei: ⁊ sic de singulis: sunt duodecim

¶ Corolarie sequitur ex dictis istum descensum non esse bonum nec sufficiente. Omnis homo currit: ⁊ isti sunt omnes homines: igitur ille homo currit vel ille homo currit ⁊ sic de singulis: deberet enim descẽdi copulatiue ⁊ non disiunctiue nec econuerso valet ascensus. vnde (vt sequitur) nota tria essentialia ad sufficientem descensum requisita.

Corolarium.

**Tria requiruntur** ad sufficientem descensum.

**Primum.** Q⁹ arguatur ad omnia suppositi termini sub quo descenditur. ita ꝙ omnia enumerentur. vel aliquid loco non enumeratorum ponatur. Et ideo si omnia suppositi non sint enumerata ad hoc ꝙ descensus sit sufficiens addendum est: ⁊ sic de singulis. loco suppositorum non enumeratorum.

Mobile. 5. De his additionibus Tat. vbi supra.

**Secundum.** Q⁹ descendatur taliter q̃liter ratione suppositionis termini requiritur. vt si terminus supponat distributiue descendat sub eo copulatiue. si determinate tunc descendatur disiunctiue. ⁊c̃. vt dictum est.

**Tertium.** Q⁹ econuerso valet ascensus Quid sit ascensus (vt sequitur) nota ⁊ quomodo differat ab inductione.

Docet Tatare. vbi supra tripliciter fieri ascensum.

Differunt.

Ascensus. Est cōsequentia formalis in cuius antecedente ponunt suppositā in supponēdo tantū aliquius termini & in consequente ponit idē terminus non singularisatus: vt ille hō currit: & ille hō currit: & sic de singulis: ergo oīs homo currit.

Inductio. Est cōsequentia bona in qua arguit ab antecedēte in quo ponunt termini inferiores: ad ꝯsequēs in quo ponit terminus superior ad eosdē: vt ille hō currit: vel ille hō currit: & sic de singulis igit hō currit. Ex his patet ꝙ inductio habet se vt genus ad ascensum. Omnis enim ascensus est inductio sed non ecōuerso: sit enim inductio tam per suppositā in supponendo tantū ꝙ in supponēdo & significando simul. Sed ascensus fit tantū in suppositis in supponendo tantū. Latius de inductione duplici vide tract. 5. Pe. Hisp. folio. 103.

Notabile. 6.

¶ Respondeō ad questionē: ipsam. s. esse verā: quia vna indefinita affirmatiua cuius extrema supponunt ꝑ eodē. nē. pater hoc etiā ex diffinitiōe descēsus in q̄ ꝯsequētia formalis ponit vt genus diffiniti: & ideo q̄stio nō solū particulariter sed etiā vniuersaliter est vera: vt patet ex dictis.

¶ Arguit: Suppositā termini superioris non possunt sufficienter enumerari: eo ꝙ sint infinita: ergo descensus diffinitio presupponit falsum ꝑ ꝯsequēs mala. Etiā ibi (primo physicoꝝ) est bona inductio: equus est longeuus: mulus est longeuus & sic de alijs animalibus colerā non habētibus: ergo animal colerā non habēs est longeuū: & tñ ibi non arguit a suppositis in supponēdo tm̄. Ad primā argumēti partē dicit licet suppositā termini q̄ñoq̄ sub ꝓpria forma non possint sufficienter enumerari: tñ ꝑ circumlocutionem illius ꝓticule & sic de alijs. Ad partē secūdam dicit: q̄uis ibi non arguatur a suppositis in supponēdo tm̄ simpliciter. Arguit tñ a suppositis in supponēdo tm̄ in respectu. i. a minus vniuersali ad magis vle: et hoc sufficit.

# Questio vndecima.

¶ V. In quolibet descēsu debeat sumi ꝯstātia vel antiquū mediū. Pro illa questiōe (vt sequit) ante responsionē duo ponunt nōbilia.

Nōbile. 1.

Differunt.

Cōstantia Est ꝓpō de est secundo adiacēte: ponens rem ꝟcatam per terminū esse. fuisse. vel fieri: ꝟm exigentiā copule. Et est duplex: scz.

Sufficiens ad descēsum. Est ꝓpositio in qua demonstrant oīa suppositā termini sub quo descenditur. Vel aliqua & aliquid loco suppositoꝝ nō enumeratoꝝ est positum: vt ille homo est: & ille homo est & sic de singulis.

Insufficiens ad descēsum. Est ꝓpositio in qua nō enumerant omnia suppositā termini sub quo descenditur.

Antiquū mediū. Est ꝓpositio de est tertio adiacente in qua subijcitur pronomen demonstratiuum pluralis numeri demonstrans significata termini sub quo descenditur. Et predicatum est terminus cōmunis pluralis numeri sumptus cum signo collectiuo: vt isti sunt omnes homines.

¶ Sumere constantiã vel antiquũ mediũ. Est cõstantiam vel antiquum medium coniungere copulatiue affirmatiue cum ꝓpõne sub cuius termino descenditur: hoc est cum descensa: vt oĩs homo est animal: et iste homo est: ⁊ iste homo est: ⁊ sic de alijs. Uel adiungit̃ antiquũ medium sic Omnis homo est animal: ⁊ isti sunt omnes homines.

Pro q̃stiõis solutione. ꝯclusio Duo casus a cõclusio exempta.

¶ Respondetur ad questionem. In quolibet descensu sufficienti oportet sumere constantiã vel antiquũ mediũ demptis duob⁹ casib⁹. ¶ Primus. Si descendatur sub disiuncto ex terminis singularibus: non copulatiue affirmatiue: quia ibi est bonus descensus: petrus vel paulus currit igitur ille petrus vel paulus currit: vel ille petrus vel paulus currit. ⁊c̃. Dicitur non copulatiue affirmatiue: quia iste descensus non valet. Omnis petrus vel paulus currit: igit̃ ille petrus vel paulus currit: ⁊ ille petrus vel paulus currit: ponẽdo enim ꝙ vnus eoꝝ non fit: tunc antecedens est verum ⁊ consequẽs falsum. ¶ Secundus casus. Si arguat̃ copulatiue negatiue: tunc enĩ non oportet sumere ꝯstantiã vel antiquũ mediũ: ille enim est bonus descẽsus: nullus homo currit: igitur ille homo non currit: ⁊ ille homo non currit: ⁊ sic de alijs: arguitur enim sic ab superiori ad inferius negatiue

¶ Arguitur. Asinus est non asinus: igitur ille asinus est nõ asinus: ⁊ ille asinus est non asinus: ⁊ sic de singulis. Ille descensus habet se iuxta dictam ꝯclusionẽ: tamen in eo non sumitur cõstantia vel antiquũ medium: igitur ꝯclusio questionis falsa. ¶ Respondet̃ dictum descensum bene valere: nec est ꝯtra ꝯclusionẽ: cũ antecedens dicti descensus sit impossibile formaliter: ideo non oportet addere constantiam vel antiquum medium.

¶ V. In quolibet descensu debeat poni ⁊ sic de singulis. Questio presens vnico notabili ⁊ vnica absoluitur ꝯclusione. Nam ꝓ questione nota ꝙ hoc aggregatum: ⁊ sic de singulis: non est vna dictio: sed sunt quattuor oratiõis partes: vt patet. Et ponit̃ in descensu loco suppositoꝝ nõ enumeratoꝝ sicut sequenti patet conclusione.

Nõbile. 1.

¶ Respondet̃ ad questionẽ. In quolibet descensu sufficiẽti in quo supposita insufficiẽter sunt enumerata oportet ponere in ꝯsequẽte: ⁊ sic de singulis. Dicit̃ in quo supposita insufficienter sunt enumerata: qꝛ descendẽdo sub disiũcto ex termĩs singularib⁹ nõ oꝑtet taddere: ⁊ sic de singul.

Pro questiõis solutione. Conclusio.

# Questio. xiij.

¶ V. Sub quolibet termino communi valeat descensus. Pro questione vnũ notabile ⁊ vnã (vt sequit̃) habes ꝯclusionẽ. Est enĩ aduertendũ ꝙ questio presens excludit terminũ discretũ: qꝛ (vt superius dictũ est) descẽsus est ꝓprietas termino cõmuni in ꝓpõne posito ꝯueniens: cui vero termino cõmuni ꝯueniat ꝯclusione sequenti ostenditur.

Notabile.

¶ Respondetur ad questionem. Sub quolibet termino cõmuni: habente actu plura supposita: ⁊ singularisabili valet descensus: quãtum est ex parte sui. ¶ Dicitur habente actu plura supposita: propter illos ⁊ similes terminos: deus- sol- mundus- phenix- qui licet sint termini communes singularisabiles: tamen non habent actu plura supposita. ¶ Dicitur et singularisabili: propter verba adiectiua sub quibus non descẽditur secundũ

Conclusio pro questionis solutione.

ſe cum non ſint ſingularisabilia: ſed deſcenditur ſecūdum eorum participia. ¶ Dicitur quantum eſt ex parte ſui: quia ſub hominis: in illa: nullus aſinus hominis currit non valet deſcenſus: quia ſub determinatione vnica accepta non valet deſcenſus.

Pro maiori euidentia deſcenſuum ſequentes nota regulas.

¶ Prima. In nullo deſcenſu debet variari aliqua ꝓprietas logicalis: que variaret veritatem vel falſitatem: hoc eſt non debet terminus in conſequente pro pluribus diſtribui q̄ in antecedente: nec argui debet a ſuppoſitione confuſa ad determinatam. ꝛc.

¶ Secunda regula. Quando in eadem ꝓpōne ponunt plures termini diuerſimode accepti: quo ad ſpeciē ſuppoſitionis cōmunis tunc primo debet deſcēdi ſub capite ꝓpōnis: vt cuiuſlibet hominis aſinus currit: iam prius debet deſcendi ſub termino hominis.

¶ Tertia regula. Non oportet valere deſcenſum ſub determinatione diſtributa: vnica acceptione accepta: vt ſub termino hominis: in illa: aſinus cuiuſlibet hominis currit.

¶ Quarta regula. In quolibet deſcenſu ſingulares in conſequente debent eſſe eiuſdem qualitatis cū deſcenſa: ꝛ ſuppoſita in conſequente debent eſſe eiuſdem caſus cuius eſt terminus ſub quo deſcenditur.

## Textus Mars. de ſuppoſitione ſimplici ꝛ immobili.

Dubiū de ſuppōne ſimplici. Suppō ſimplex ſcōm antiquos.

SEd circa dicta dubitatur an ſuppoſitio ſimplex ſit ponenda. Dixerunt enim antiqui ſuppoſitionem ſimplicē eſſe: qñ terminus ſtabat pro re cōmuni. ſ. pro hoīe cōmuni: vel aſino cōi: ego vero res tales vniuerſales a ſingularibus diſtinctas non opinor eſſe: ideō ſuppoſitionē ſimplicē talem non pono: q̄uis aliqui moderni antiquor dicta ſaluare volentes dixerint ſuppōnem ſimplicē eſſe qñ termin⁹ vocalis vel ſcriptus ſtabat ꝓ ꝓceptu mētali cui nō erat impoſit⁹ ad ſignificandū: Mihi aūt non apparet huius dicti magna vtilitas vel neceſſitas: qr terminus vocalis vel ſcriptus pro tali ꝓceptu mentali ſupponēs ſupponit pro ſuo ꝓcato non vtimato: ideo propter maiorē facilitatē oēm talē terminum ſic ſupponentē reputo ſupponere materialiter: nec puto eſſe

Suppō ſimplex ſm modernos.

Mar. negat ſuppoſitionē ſimplicem tā antiquorum q̄ modernorum.

alicuius necessitatis vel vtilitatis nisi pure volũtatis dicere talem terminũ supponere simpliciter: ideo eam non pono. Sed de suppõne ĩmobili quã quidã moderni posuerũt: dico q̃ quilibet terminus supponẽs ꝓfuse distributiue supponit mobiliter: nec credo in ista: ois hõ ꝓter socratẽ currit: terminũ hõ: stare ĩmobiliter: vt quidã moderni dicebãt: qr ibidem ob restrictionẽ iudicio meo solũ stat ꝑ hoibus alijs a socrate sicut in ista: ois hõ albus currit: terminus hõ ꝑter restrictionẽ stat solũ ꝑ hoibus albis ꝑter istã ergo causam suppõnem ꝓfusam distributiuã ꝛ ĩmobilẽ nõ posui: ꝛ etiã ꝑter alias me mouẽtes rõnes: ideo hec est suppõnum diffinitiõib9 ꝛ diuisiõib9 (semꝑ iudicio meli9 dicẽtiũ saluo) sufficiãt

Dubiũ de suppositione immobili soluit marsi. negando eam.

Intẽtio textus.

¶ Dic auctor de suppõne simplici ꝛ de suppõne ĩmobili an sc̃z sint ponenda duo mouet dubia: quoꝝ solutionẽ quoq; hic ponit stando in parte negatiua. Et ꝓ dubijs tria sequunt notabilia quibus habetur dubioꝝ solutio.

Suppositio simpliciter.

Scõm antiquos. Est q̃ terminus stat ꝓ re cõmuni: sed (vt marsi. dicit in textu) nulla est res vniuersalis: ergo nulla est talis suppositio simplex. Non tñ est negandũ terminos esse vniuersales: vt homo: animal: ꝛ similes ꝓcantes tñ res singulares sub ꝓceptu cõmuni: ex his patet nullã esse suppositionẽ simplicem eo modo quo antiqui eam ponunt.

Scõm modernos cõsiderãt dupliciter. Vel.

Vt distinguitur cõtra mixtã. Et sic est terminus supponens precise personaliter vel precise materialiter: sicut superius quest. 5. dictum est ꝛ talem simplicẽ suppositionem marsilius non negat ꝛ ab omnibus ponitur.

Notabile. 1.

Vt distinguit ꝓtra materialẽ. Et sic est terminus vocalis vel scriptus stans ꝑ ꝓceptu aĩe cui non est impositus ad significandũ. Et talẽ suppositionẽ simplicẽ (de mente Marsilij) nõ ponim9 non est enim facienda pluralitas sine magna necessitate: ideo non distinguimus talẽ suppositionẽ a suppositione materiali. Quãcunq; enĩ terminus stat ꝑ ꝓceptu cui non est impositus ad ꝓcandũ vltimate supponit materialiter. Et per hec patet responsio ad dubiũ primũ qõ in textu de suppositiõe simplici mouet Marsi.

Pro secundo dubio in textu (vt sequitur) nota.

Mobile. 2.

Suppositio distributiua ſm aliquos est duplex: scz.

Mobilis. Est sub qua contingit fieri descensum vniformem: vt homo in illa: omnis homo est animal: supponit mobiliter.

Immobilis. Est sub qua non contingit fieri descensum vniformem: vt homo in illa: omnis homo preter socratem currit: vbi ſm nō nullos homo supponit immobiliter.

Notabile. 3.

¶ Ponentes dictam distinctionem de suppōne distributiua: dicunt q̄ in dictis exceptiuis ꝓpōnibus (preter cōem formā) termino superiori copulari debeant suppositā sua eo manēte: & ideo diffōrmis fiat descēsus. Marſ. tñ in textu rationabiliter suppōnem quā vocant immobilē negat. Ideo homo in dicta ꝓpōne supponit confuse distributiue pro oībus suppositis pro quibus determinatio addita ꝓuenit: restringitur enim per determinationem preter socratem a standum pro hoībus alijs a socrate pro quibus supponit ꝓfuse distributiue: & descendit sub eo ſicut sub alio termino stante distributiue: sic oīs homo preter socratē currit: & isti sunt oēs homines: ergo ille homo preter socratē currit: & ille homo preter socratē currit: & sic de singulis. Et iste descensus non est diffōrmis: ideo & suppositio distributiua immobilis non est ponenda. Et per hoc soluitur ſm dubium de suppōne immobili apud Marſ. in textu motum.

Suppositio immobilis non est ponenda.

# Marſilij secunda principalis suppositionum pars: de Suppositionum regulis.

Regula .1. de suppositione discreta.

De suppositione discreta sit hec regula prima. ¶ Terminus discretus in quacunq; ꝓpositione positus stans pro suo significato vltimato: ſi supponit discrete supponit: vt iste homo currit: vel isti hoīnes currūt: subiecta supponunt discrete: dico notāter: ſi supponit. Nam hic: antichristus currit: subiectū nō supponit discrete: quia in toto non supponit. Similiter hic: hec chimera currit: & dictā clauſulā in dicendis preſuppositā habere volo. ¶ Secunda regula.

Regula. 2.

Terminus acceptus materialiter restrictus per pronomen demonstratiuū primitiuū ad standū pro vno ſolo supponit discrete materialiter: vt hoc a est littera: a: supponit discrete materialiter; dico notanter restrictus. &c. quia dicendo

socrates est dictio dissillaba: socrates non supponit discrete sed determinate ⁊ cōmuniter: quia non restringitur.

Continuatio.

¶ Postq̄ auctor determinauit sufficienter de diffinitionibus ⁊ diuisionib⁹ suppositionum: ꝯsequenter fm illas ponit regulas ducentes nos a posteriori in cognitionem suppositionum. Ponit itaq̄ Marsi. in toto. 19. regulas: quarum prime due sunt de suppositione discreta. Et tres sequentes de suppositione determinata: ⁊ septē de suppositione distributiua: vltime vero septem sunt de suppōne ꝯfusa tm̄: dempta sedecima que est de suppositione determinata. Et pro duabus regulis in textu positis: nota q̄ prima regula intelligitur fm formam conclusionis posite questione. 4. Secunda regula sufficienter declaratur in textu.

¶ Tertia regula. Subiectū ꝓpōnis particularis vel indefinite supponit semp determinate: vt quidā homo currit: hō nō currit.

De suppōne determinata ⁊ tres ponunt regule. Regula. 3.

¶ Quarta regula. Predicatū ꝓpōnis pticularis vel indefinite vel singularis affirmatiue semp supponit determinate nisi sit terminus singularis: vt aīal ibi: aliquis hō est aīal.

Regula. 4.

¶ Quinta regula. Dis terminus materialiter supponens acceptus cū vel sine pticulari signo supponit determinate: vt quoddā amo est verbum: amo est verbum.

Regula. 5.

Pro trium regularum de suppositione determinata in textu positarum intellectu (vt sequitur) nota.

¶ Quomodo tertia regla sit intelligenda vide de hoc ꝯclusionem quest. 6.
¶ Quarta regula habet veritatē si sup predicatū non ferr̄ signū ꝯfusiuū: vel distributiuū: vt in illis: tm̄ hō est aīal: quidā hō est omne aīal: predicatū supponit distributiue. Dicit̄ notanter affirmatiue in regla: q̄ in negatiua: vt petr⁹ non est asinus: predicatū supponit distributiue. ¶ Quinta regla intelligit̄ dū modo talis terminus materialiter supponēs teneat̄ cōmuniter: ⁊ sup ipsum non feratur signū ꝯfusiuū: vnde subiectū illius: hoc amo est verbū: supponit discrete: ⁊ illius: tm̄ amo est verbum: supponit confuse tantum.

¶ Sexta regula. Subiectum ꝓpōnis vniuersalis supponit ꝯfuse distributiue: vt oīs homo currit: nullus homo currit.

De suppōne distributiua septē sequunt̄ regule. Regula. 6.

¶ Septima regula. Terminus cōmunis sequens hāc negationē nō negantē copulā principalē ꝓpōnis nisi aliud signū impediat supponit confuse distributiue: vt nullus asinus est

Regula. 7.

currēs: tam asinus: q̄ currens supponit ꝯfuse distributiue.

Regula. 8. ¶ Octaua regula. Terminus infinitatus ꝑ istā negationem nō supponit ꝯfuse distributiue: vt non hō currit: hō suppo-

Regula. 9. nit ꝯfuse distributiue. ¶ Nona regula. Noīa recta a cōpa-ratiuis ⁊ suꝑlatiuis gradibus sequētia eos supponunt ꝯfuse distributiue: ⁊ causa est quia huiusmodi noīa habent exponi

Regula. 10. ꝑ negationē. ¶ Decima regula. Iste termini differt: aliud: nō idem: ⁊ eis ꝯsimiles faciūt terminos sequentes quos re-gūt supponere ꝯfuse distributiue ꝓpter negationē inclusam

Regula. 11. ¶ Vndecima regula. Aduerbia similitudinis faciūt termi-nos sequentes se stare ꝯfuse distributiue: vt socrates est ita fortis sicut homo: homo: supponit confuse distributiue.

Regula. 12. ¶ Duodecima regula. Terminus cōmunis suꝑ quē cadit sig-nū exceptiuū suppōit ꝯfuse distributiue: vt omne anīal p̄ter hominē est irrationale: hominē: stat ꝯfuse distributiue.

¶ Omnes regule de suppōne distributiua in textu posite intelligant̄ de ter-mino cōmuni: cōiter tento: ⁊ supponente. Et si: talis distributio non fuerit im-pedita per signū precedens: vel interueniens. Et septima regula specialiter intelligitur ad sensum conclusionis posite questione septima. Pro alijs ve-ro hic positis regulis videant̄ ea que dicta sunt sophismate primo de speci-ali signo suppositionis ⁊ restrictionis.

De sup. confusa tm̄ septē sequū-tur regule.

¶ De suppositione ꝯfusa tm̄ sit hec prima regula: ⁊ in ordi-ne tredecima. Predicatū vniuersalis affirmatiue supponit

Regula. 13. Regula. 14. ꝯfuse tm̄. ¶ Quartadecima. Subiectum ꝓpōnis exclusiue

Regula. 15. supponit ꝯfuse tm̄: vt tantū animal est homo. ¶ Quindeci-ma. Terminus cōmunis sequens mediate signū vniuersale affirmatiuū cadēs suꝑ copulā supponit ꝯfuse tm̄: vt hic: oīs hō est currēs: terminus currēs: supponit ꝯfuse tm̄: etiā hic:

cuiuslibet hois asinus currit: asinus: supponit cōfuse tantū.

## Trium regularum de suppositione confusa tantum hic positarum intellectus.

¶ Regula. 13. intelligitur de predicato vniuersalis affirmatiue supponente cōmuniter suppositione simplici: r super quod non fertur speciale signum distribuens: propter primum predicatum illius. Omnis homo est petrus non supponit confuse tantum: sed discrete. Dicitur suppositiōe simplici: propter predicatum illius. Omnis homo est hominis quilibet asinus: cuius vna ps supponit cōfuse tantum altera distributiue. Dicitur super quod. r̄. propter predicatum illius: omnis homo est omne animal.

¶ Regula. 14. intelligttur sic. Subiectum propositionis exclusiue exponibilis gratia alietatis: supponens cōmuniter suppositione simplici: super qō non fertur signum distributiuū ipsum distribuens: vel signum collectiuum supponit confuse tantum. Dicitur exponibilis. r̄. quia si exponitur gratia pluralitatis tunc subiectum supponit determinate: predicatum vero collectiue eo modo vt circa quest. non iam dictum est. Dicitur suppositione simplici propter subiectum illius. Tantum hominis cuiuslibet asinus est animal: alie due particule addiuntur propter subiecta illarum: tantum omnis homo est animal: tantum omnes apostoli dei sunt duodecim.

¶ Regula. 15. sic intelligitur. Quilibet terminus cōmunis cōmuniter tentus supponens suppōne simplici: sequens mediate signū vniuersale affirmatiuum. i. q non sit substantiuū talis signi: latū super copulā: non impeditum supponit confuse tantū. Prime clausule addunt hic ea rone q̄ ponunt in alijs regulis. Dicit mediate: quia si terminus imediate sequat signū supponit distributiue. Dicit latum vel cadens super copulam. Unde signum dicit cadere super copulā quando non est pars extremi sed totius propositionis.

¶ Sedecima regula. Quādo duo signa distributiua cadūt super eundem terminū cōmunē in ꝓpōne particulari indefinita vel singulari: talis terminus supponit determinate: vt homo in illa. Socrates non est omnis homo: similiter in illa: non omnis homo currit: homo supponit determinate. Regula. 16. de sup. determiata

¶ Decimaseptima regula. Terminus cōmunis sequens verbum significans actum anime interiorē in quem transit actus ille: supponit confuse tantum: vt promitto tibi equum: cognosco hominem. Regula. 17.

¶ Decimaoctaua regula. Terminus cōmunis sequens aduerbia numeralia mediante verbo in eadem propositione supponit confuse tantum: vt bis comedi Regula. 18.

Regula. 19. panem: terminus panem stat ꝑfuse tantū. ¶ Decimanona regula. Terminus cōmunis sequēs copulatū ex terminis de predicamēto vbi aut quando: supponit confuse tantum: vt Vienne z Rome vendit panis: hodie z heri audiui missam: z hec de regulis terminoꝝ absolutoꝝ sufficiant.

## Quattuor regularum in textu positaꝝ intellectus.

¶ Regula. 16. intelligatur ꝑm formā ꝓclusionis posite. queſt. 8.

¶ Regula. 17. sic intelligit. Terminus cōmunis supponēs: sequens verbū .i. dictionē significantē actū anime interiorē in quē. s. terminū transit actus ille. s. per talē dictionē supponit ꝑfuse tm̄. Dicit verbū. i. dictionē ꝓpter participia z verbalia nōia taliū verboꝝ: debet tm̄ ꝑsens regula intelligi de verbo non negatiuo: vt dicendo: ignoro lectionē: terminus lectionē non ꝑfuse tm̄: sed ꝑfuse distributiue supponit. Dicit actū anime interiorē ad excludendū hec verba curro: ambulo: digero: gusto: Dicit in quē transit. zc. ꝓpter magistri in illa: intelligo magistri lectionē: vbi terminus mgri supponit determinate. Dicit vel sequēs: zc. ꝓpter illa signa inquantū ꝓut: ea rōne: z similia.

¶ Regula. 18. intelligitur cum cōmunibus aliarum regularum clausulis. Dicit namq; in regula sequens: quia: regem: ibi supponit determinate dicendo: ego regem bis vidi. Dicitur mediante verbo: qz vinum: ibi ego ter vinū bibi supponit determinate.

¶ Regula. 19. intelligitur sic. Sequens copulatum. zc. non impeditū: z mediante verbo vel participio. Dicit primū ꝓpter missam in illa: ego hodie z heri audiui omnem missam. Dicit z mediante. zc. quia missam in sequenti ꝓpositione supponit determinate: hodie z heri missam audiui.

## Suppositionē collectiuā Marſ. non ponit: ideo nullam de ea ponit regulam: tamen terminus supponit collectiue secundum sequentes duas regulas.

De suppōne collectiua due regule. ¶ Prima regula. Terminus supponens cōmuniter super quem fertur signū collectiuū supponit collectiue: vt subiecta illarum ꝓpositionum supponūt collectiue: oēs apostoli dei sunt duodecim: omnes muse sunt nouem: cuncte femine sunt gracilioris vocis q̄z masculi.

¶ Secunda regula. Predicatum ꝓpositionis exclusiue exponibilis gratia pluralitatis supponit collectiue: vt tantū quinq; sunt vniuersalia: tantum decem sunt predicamenta: tantum quattuor sunt quadrupedia que ouant: nam dicte ꝓpositiones ꝓpter terminos numerales de rigore exponuntur gratia pluralitatis.

## De suppositionibus terminoꝝ relatiuorum sequitur.

¶ De relatiuis alique ponunt diuisiones: q2 quedam sunt relatiua substãtie: vt is: suus: idem: alter: z neuter: z ꝯsimilia quedã sunt accidẽtis: vt totiens: quotiẽs: tale: tot tantũ: et similia. Et dicunt relatiua substãtie quia circa res pro quibus supponũt sua antecedẽtia nõ cõnotant adiacere qualitatem aut quantitatẽ: aut aliquã talem dispositionẽ extrinsecam de predicamẽto accidẽtis sed supponũt ꝓ rebus pro quibus supponũt sua antecedẽtia sine aliqua cõnotatione: per oppositũ. Relatiua accidentis dicunt vt tale connotat qualitatẽ: quantũ cõnotat quantitatẽ. Secũda diuisio relatiuorum. Relatiuoꝝ substantie quedã sunt relatiua idemptitatis vt idem is: sui: z similia z dicunt idemptitatis q2 accipiunt pro eodẽ pro quo suũ antecedens accipiebatur. Alia sunt relatiua diuersitatis vt reliquus: alius: alter: z similia dicunt diuersitatis quia non accipiunt pro eodẽ pro quo accipiebat suũ antecedens. Item relatiuoꝝ idemptitatis quedam sunt reciproca: vt se suus. Alia nõ reciproca: vt ipse: idẽ: z similia. Tũc sunt regule de relatiuis idẽptitatis. ¶ Prima relatiuũ idẽptitatis pro nullo supponit nisi ꝓ cui in qua ponit suũ antecedens pro aliquo verificet. ¶ Secũda regula non oportet relatiuũ pro tot supponere sicut suũ añcedens patet ex regula precedenti. ¶ Tertia regula relatiuum idẽptitatis si supponit precise supponit pro illis pro quibus ꝓpositio antecedentis verificatur: vt omnis homo est albus z ille est coloratus: intellectus capit relatiuum ille pro hominibus albis: quia pro illis ꝓpositio sui antecedẽtis verificat.

Prima diuisio relatiuoꝝ in relatiua substãtie z accidentis.

Relatiua substantie.

Relatiua accidentis.

Scõa diuisio relatiuorum substantie.

Relatiua substãtie idemptitatis

Relatiua substãtie diuersitatis.

Sequũt .4. regule suppo. relatiuoꝝ substãtie idemptitatis.

Regula. 1.

Regula. 2.

Regula. 3.

Regula. 4. ¶ Quarta regula. Relatiuum supponit quandoq; confuse distributiue antecedēte supponente determinate: vt homo equitat omnem suum asinum: asinum stat determinate: suū vero confuse distributiue. Est tamē aduertendum licet suppositio relatiui varietur per signi distributiui appositionē aut prepositionem negationis: tamen talis distributio est solum pro illis pro quibus propositio antecedētis verificatur: vt in tertia regula dictum est. Hec de relatiuis substantie idemptitatis.

## De relatiuis accidentium.

Notabile. 1. de relatiuis accidētium. ¶ Nota quando vnum relatiuū accidentiū ponitur in ꝓpōne oportet preesse terminum antecedentē illius predicamēti cuius modū significandi habet relatiuū: vnde si talis debeat poni in ꝓpositione oportet preesse terminū de predicamento qualitatis vt socrates est albus z talis est plato: z hec est inepta. socrates est bicubitus: z talis est plato. Secundo nota huiusmodi relatiua posse esse de quolibet predicamēto accidentiū: licet aliquibus non sint imposita nomina: de predicamento quantitatis sunt hec: tm̄: tot: z quotiens: de predicamento qualitatis: talis: de predicamento qn̄: tūc: de predicamento vbi: ibi: de predicamento habitus/taliter habituatus in actione/taliter agens/in passione/taliter patiens/in situ/taliter situatum/in aliquid taliter se habens ad aliquid/in his enim vltimis predicamentis necesse est nomina fingere/cum non sint imposita. Tertio nota ꝙ non

Notabile. 2. de relatiuis accidētium.

Notabile. 3. de relatiuis accidētium.

oportet talia relatiua supponere pro eisdē pro quibus supponunt sua antecedentia: sed sufficit ꝙ supponant pro taliter se habentibus illo predicamento in quo sunt relatiua.

## De relatiuis diuersitatis.

¶ Relatiua diuersitatis sunt: aliud alterū: differēs: reliquū diuersum: ⁊ similia: de quibus. Notandū qñ capiunt̄ indefinite sunt noīa neutri generis substātiua ⁊ sic ꝯgrue ponunt̄ sine antecedente: vt aliud currit: alterū currit: id est res alia vel res altera currit. Et dicuntur sic capi indefinite: qꝛ vt sic non exprimūt respectū cuius hec res sit altera. Scdo capiuntur relatiue: ꝙ patet dicendo: hominū alius socrates: alius plato. ¶ De istis ergo relatiue tētis sit hec regula: ꝙ supponūt pro alio a suo antecedēte: ideo enim dicunt̄ relatiua diuersitatis. ¶ Secūda regula: ꝑm variationem signoꝝ eis additoꝝ: hij termini aliter ⁊ aliter supponunt: vt hic: hominum alius hainricus: alius ioānes: terminus alius vtrobiqꝫ supponit determinate: sed hic: ioānes studet ⁊ omnis alter disputat: alter stat cōfuse distributiue. Hec de omniū terminorum suppositionibus sufficiant.

Notabile de relatiuis diuersitatis.

Regula. 1. de relatiuis diuersitatis.

Regula. 2.

¶ Postq̄ Mars. determinauit de suppositionibus terminoꝝ absolutorum ꝯsequenter prosequit̄ de terminoꝝ respectiuoꝝ suppōnibus. Et ratio ordinis est ista: qꝛ suppō respectiuoꝝ presupponit suppōnem terminoꝝ absolutorum: relatiuis enim non conuenit suppō nisi gratia suoꝝ antecedentiū absolutorum. Ponit auctor in textu duas relatiuorum diuisiones declarando diuisionis membra ponendo ⁊ de eoꝝ suppōne non nullas regulas: deinde de relatiuis accidentiū tria ponit notabilia: ⁊ de relatiuis diuersitatis vnū ponit notabile ⁊ duas regulas. Et pro maiori textus enodatione sequens mouetur questio iunctis duobus sophismatibus.

Continuatio.

¶ V. Relatiuū supponat eodē modo sicut suū añcedens. Pro presenti questiōe ante eius solutionē q̄ttuor ponunt̄ notabilia potissime tñ sequentē relatiuoꝝ diuisionē nota que ꝑ longū in textu declaratur.

Nōbile. 1. de relatiuoꝝ diuisiōe

- Relatiuū est duplex: scz.
  - Logicale. Est cuius totū esse est ad aliud: i. qđ ꝑcat respectū ꝑ modū respectus: de quo habes tract. tertio. Pe. His. in ꝑdicamēto ad aliquid folio. 69. de hoc non est ad propositum.
  - Grāmaticale. Est ante late rei recordatiuum. Et de hoc est ad ꝓpositum. Et est duplex: scz.
    - Substātie vide in textu qđ sit. Et est duplex: scz.
      - Idemptitatis quid sit habet̄ in textu. Et est duplex: scz.
        - Reciprocū. Est illud qđ denotat reflexionē actꝰ vl̄ passiōis in illū a q̄ egredit̄: vl̄ ī rē ab eo possessam vt sui: sibi: se: a se. Et tale recipit̄ in eadē cathegorica cū suo antecedente.
        - Nō reciprocū ꝑ oppositū dicitur nec pōt in eadē cathegorica poni cū suo antecedente.
      - Diuersitatis quid sit vide in textu.
    - Accidentis. Est qđ reffert rē ꝑ modū denominationis Et ē duplex
      - Idēptitatis. Est qđ reffert eandē qualitatē in specie ⁊ supponit pro eadē in specie: vt socrates est albus ⁊ talis est plato.
      - Diuersitatis. Est qđ reffert eandē qualitatē in spē sed supponit ꝑ alia in specie diuersa: vt socrates est albus ⁊ alterius modi est plato.

Notabile. 2. de suppōne relatiui.
Opinio Burid.
Opinio Mars.

¶ Difficultatē suppōnis relatiui faciūt ꝯtrarie due opiniones Buridani ⁊ Mars. Tenet enim Buridanus relatiuū ⁊ suū añcedens si supponūt semꝑ eadē specie suppōnis suppōere. i. aut ambo determinate aut ambo distributiue. ⁊c. Mars. vero relatiuū non semꝑ dicit supponere eodē modo sicut suū añcedens: nā relatiuū ille in ista ꝓpōne. Oīs homo currit et ille mouet̄ ꝟm Mars. supponit determinate: sed ꝟm Buridanū supponit distributiue: est tñ in hoc magis imitandus Mars. ꝟm cuius mentē premissis duobus notabilibus ꝑ questione finalis dabit̄ conclusio.

Corolarium.

¶ Corollarie ex dictis sequit̄ ꝟm burid. ꝑdicatū in ista ꝓpōne supponere distributiue: oīs hō est ipsemet: nec est falsa: licet ibi enunciet̄ vniuersale vniuersaliter sumptum: qꝛ hoc intelligit̄ ꝟm eum dūmō predicatum distribuit̄: distributione simpliciter dicta: ibi aūt distribuit̄ predicatum distributione sygillata: vnde (vt sequitur) nota.

Notabile. 3.

- Distributio est duplex: scz.
  - Sygillata. Est distributio termini ad distributionem alterius: ita ꝙ sub eo nō descēdit̄ quin descēdat̄ sub alio: vt oīs hō est ipsemet: ⁊ isti sunt oēs hoīes: ergo ille hō est ille hō q est ipsemet: ⁊ ille hō est ille hō qui est ipsemet: ⁊ sic de singulis.
  - Nō sygillata. Est distributio termini sub quo pōt descendi dūmō sub alio non descendat̄: vt oīs hō est animal.

Relatio est duplex: scz.

Personalis. Est i qua añcedēs ⁊ relatiuū suppo-nunt pro eadē re in numero: vt socrates currit qui mouetur.

Simplex. Est in qua añcedens ⁊ relatiuum non supponunt pro eadem re numero: sed bene in specie: vt mulier saluauit que damnauit: femina que clausit portam vite reserauit: in prima propositione antecedens supponit pro virgine gloriosa: ⁊ relatiuum pro eua: in secunda antecedens pro eua ⁊ relatiuum pro beata virgine. Nōbile. 4.

¶ Respondetur ad questionē. Ipsam esse veram prout eodem modo valet tm̄ sicut similiter: quia est vna indefinita affirmatiua cuius extrema supponūt pro eodem: possunt enim verificari de relatiuo ille: in ista ꝓpōne: homo currit ⁊ ille mouetur: tñ vniuersaliter loquendo questio esset falsa: q̄ non omne relatiuū supponit eodem modo sicut suum antecedens. Unde ad intelligendum: quod relatiuū supponat eodē modo sicut suū antecedens: ⁊ quod non: sequens ponitur conclusio. Questionis solutio.

¶ Conclusio. Omne relatiuū substātie idēptitatis: nō reciprocum: positum in copulatiua: affirmatiua: refferens relatione personali: et pro eodē ꝑcato: antecedens positum in cathegorica affirmatiua supponens: supponit pro illo pro quo propositio sui antecedentis verificatur nisi restringatur ad standū pro paucioribus: vel amplietur ad standum pro pluribus: vt homo studet ⁊ ille benefacit. Quare singule illius conclusionis addant̄ particule sufficiēter patet ex dictis in p̄senti quest. ⁊ ex textu Marsilij: cuius regulas de relatiuorum suppositione vide. Responsalis cōclusio. De suppositiōe relatiui Tatar. tractat. 7. Pe. His. 52.

¶ Contra dicta arguitur. Dialecticus non habet considere de relatiuo grammaticali: sed pocius de relatiuo logico per consequens: Mars. male diuidit in presenti relatiuum grāmaticale de quo ⁊ presens questio tractat. ¶ Respondetur in diuersis scientijs bene posse de eodem tractari ꝑm diuersas rationes. Sic enim fit de relatiuo de quo in grammatica in ordine ad congruitatē agitur: in dialectica vero in ordine ad suppsitionem: per consequens argumentum nihil concludit.

# Sophisma septimum.

¶ Omnis ꝓpositio est vera vel eius ꝯtradictoria est falsa. Presens sophisma mouet̄ ꝓpter diuersos Marsilij ⁊ Buridani opiniones de suppositione relatiui (sicut questione precedenti habet̄) magis tñ in hoc tenendus Mars. ꝑm cuius mentē respondet̄ ad sophisma vt sequitur.

¶ Respondetur ad sophisma: ipsum esse verum siue relatiuum eius-referat terminum-propositio-vel terminum-vera-sic enim semp est vna disiunctiua: cuius secunda pars est vera-si enim eius reffert terminum propositio-tunc secunda pars sophismatis tantum valet: alicuius propositionis contradictoria est falsa: ⁊ hoc est verum. Si vero relatiuum eius: reffert terminum-vera-Secunda pars tantum valet alicuius propositionis vere contradictoria est falsa: ⁊ hoc est verum: quia relatiuum in presenti sophismate non supponit eadem specie suppositionis cum suo antecedente: Sophismatis solutio.

quoniam relatiuum supponit determinate: antecedens vero distributiue nec hoc est contra conclusionem precedentis questionis cum iam non ponatur in copulatiua sed disiunctiua propositione: aliter esset sentiendum de sophismate ſm Buridanū: tamen Marsilij via magis in hoc imitanda.

# Sophisma octauū.

¶ Omnis homo est animal: ⁊ aliquis homo non est illud.

De relatiuorum suppositione (vt prius dictum est) Mars. magis ꝙ Burid. est imitandus: ideo ⁊ in presenti sophismate secluſa Buridani opinione (ſm quam sophisma esset simpliciter verum: propter suppositionē confusam tantum relatiui illud) ex sententia Marsilij respondet ad sophisma vt sequitur.

Sophismatis solutio.

¶ Respondetur ad sophisma: ipsum esse simpliciter falsum quia est vna copulatiua affirmatiua cuius vna pars est falsa: igitur tota ſcz aliquis homo non est illud: quia valet tantum aliquis homo non est animal. quod est homo: quia illud supponit confuse distributiue cum super ipsum feratur negatio. Et ſi aliquis in sophismate a genere absoluit sophisma est falsum ⁊ impossibile cum partes sibi ipsis repugnent. Si autem non absoluitur a genere sophisma est falsum ⁊ possibile in casu quo solum mulieres essent tunc quelibet pars esset vera.

Quō sophisma sit impossibile ⁊ quō possibile.

# Tractatus Suppositionū foeliciter finitur.

Titulus tract.

PRo vberiori notitia eoꝝ que tractatu ampliationum traduntur nota presentē tractatū sic intitulari. Tractatus ampliationū Marsilij. Et sicut dictum est de titulo suppositionis: ita ⁊ hic de ampliationis titulo suo modo dici potest. Ampliatio vero est subiectum illius tractatus: ⁊ eius ꝓpria passio est hoc totum. Suppositio termini respectu pluriū differentiaꝝ temporꝝ diuisim. Et hec passio potest demōstrari de suo subiecto iuxta vers. diffi. pro med. ⁊c. Et pro ampliationū exordio duo sequētia notabilia ⁊ vnum habes corolariū.

Subiectū tract. ampliationum.

Ampliatio capitur dupliciter: scz.

- Vno modo in prima impositiōe. Et sic valet tm̄ sicut dilatatio rei. Et sic nō capit̄ hic ꝗuis ampliatio logicalis metaphorice dicatur ad similitudinē ampliationis realis.
- Alio modo ī secunda impositiōe ꝓ dilatatione termini rōne sue ꝯcationis. Et sic capit̄ dupliciter: scz.
  - Proprie. Et sic est suppō termini. ⁊c. prout in textu sequēti ipsius Mars. describitur. Et sic dicit̄ ampla suppositio que ꝯuenit terminis habētibus correspondentiā significati in ordine ad diuersas differentias temporꝝ: vt homo fuit: homo erit.
  - Cōmuniter pro ampla acceptiōe termini: que est acceptio termini in ꝓpōne respectu alicuius signi qđ in ordine ad ipm̄ importat plures differentias tpm̄ diuisim: non curando an terminus ample acceptus supponat vel non.

Notabile. 1.

¶ Corolarie ex dictis sequit̄: ampliationē cōmuniter dictā habere se vt genus ad ampliationē proprie dictā: nam vbicunqꝫ est ampliatio: ibi etia est ampla acceptio ⁊ non econuerso stat enim terminū ample accipi: ⁊ tn̄ non ampliari: vt adam erit: antichristus fuit in his enim subiecta ample accipiunt̄: non tn̄ ampliant̄: cum iam non supponant ad plures temporꝝ differentias non enim habent significata correspondentia ad differentias temporꝝ ad quas nunc accipiunt̄. Ita ⁊ in illis ꝓpōnibus. Scipio Affricanus debellauit Chartaginenses. Antichristus potest saluari capiendo potest stricte subiecta quidē supponunt ad vnā differentiā temporis licet ad plures temporꝝ differentias accipiantur: ideo in illis ꝓhōnibus non est ampliatio sed bene ampla acceptio.

Corolarium.

¶ Ampliationes sunt vtiles ad saluandas ꝓpōnum cōmuniter concessaꝝ ⁊ negataꝝ veritates ⁊ falsitates: nam hec ꝓpōnes ꝯmuniter ꝯceduntur: homo est mortuus: antichristus est generandus: tn̄ sine ampliatione minime ꝯcedi possent: inuit ⁊ Aristoteles primo elenchoꝝ exēplificando de fallatia equiuocatiōis sic arguendo: quicunqꝫ sanabatur sanus est: et laborans sanabat̄: ergo laborans sanus est: hoc exemplū Aristoteles ibidem soluit exprimendo ampliationē: aut enim laborans capitur pro illo qui nūc est laborans: vel pro illo qui fuit laborās: primo modo minor est falsa ⁊ etiā conclusio: sed secundo modo minor est vera ⁊ etiā conclusio. Et sic ampliationis mutatio ꝓpōnis veritatē mutat. Et hec de notabilibus generalibus in exordium positis sufficiant.

Nōbile. 2: de ampliationū vtilitate.

Arist. inuit ampliationem.

# Tract. Ampliationū.

## Clarissimi philosophi Marsilij tract. ampliationum.



Circa tractatum ampliationum premittenda est ampliationis diffinitio: deinde ponēde sunt ampliationum regule.

¶ Postq̄ Marsi. tractatu p̄cedenti determinauit de suppōne tanq̄ de quodam generaliori: ꝓsequenter p̄senti tract. determinat de ampliatione tanq̄ de speciali. Nam oīs ampliatio est suppositio ⁊ nō ecōtra. Et in p̄senti tertu ampliationū materiā p̄mittit se Marsi. tradituꝝ p ampliationis diffinitionem ⁊ per regulas. Et p̄o maiori ampliationū notitia ante ampliationis diffinitionē mouetur sequens questio vno tūcto sophismate.

# Questio prima.

## ¶ Vtrum aliquis terminus possit ampliari.

¶ Presens questio mouet non q̄ vertat in dubium: an terminus ampliari possit: sed ad inquirendū quid sit terminū ampliari: ⁊ an oīs terminus ampliari possit: vnde (vt sequit) notabili vnico p̄misso questiōis ponitur solutio.

Mōbile.

Termi-nus dicit:

Ampliare: ratione cuius alter terminus supponit ad plures differentias tempoꝝ diuisim: vt terminus saluabitur ampliat terminū hō: in illa: homo saluabit: ad est ⁊ ad erit.

Ampliari: qui supponit ad plures differentias tēporum diuisim: vt homo in p̄dicta ꝓpositione ampliatur.

Questionis solutio.

¶ Respondeꝯ ad questionē ipsam. s. simpliciter esse veram: est enim vna particularis affirmatiua: cuius extrema supponnnt p̄o eodem. Est etiā questio nedum vera sed etiā necessaria ꝓpositio (iuxta hanc generalem regulā) oīs ꝓpositio de potest vera est necessaria ꝓpositio: vnde sequit q̄ questio non tm̄ paiticulariter sed etiā vniuersaliter sit vera.

Regula.

¶ Arguitur. Nulla passio realis ꝙuenit termino: sed ampliatio est passio realis. s. ipsius quātitatis: ergo nulla ampliatio ꝙuenit termio

¶ Respondeꝯ p̄ primū notabile in exordio posito. Ampliationē non in prima: sed in secūda impositiōe ꝙuenire termino: ideo argumentū nihil ꝙcludit.

# Sophisma primum.

## ¶ Albus fuit socrates.

Sophismatis casus.

¶ Ad ostendendā ampliationis virtutē hoc p̄sens mouetur sophisma: p̄o quo Hugo hunc ponit casum. Q̄ socrates sit nūc primo albus ⁊ p̄ius fuerit niger: ⁊ non albus. Et isto casu posito non intelligentib⁹ ampliationem sophisma videt falsum: tamen virtute ampliationis adhuc manet verum.

¶ Album dicitur res que in se vel sua superficie exteriori habet albedinem sufficientem ꝺm vulgarem denominationem. Dicitur vel in sua. ꝛc. ethiops enim in se scz in superficie interiori sufficientem forsan habet albedinem: nō tamen in sua superficie exteriori: nec ꝺm denominationem vulgarem. Ita clipeus pro medietate albus: ꝛ pro medietate niger non est albus nec niger sed albus ꝛ niger simul. Album.

¶ Respondeꝯ ad sophisma ipsum. ſ. esse verum quia vna indefinita affirmatiua. ꝛc. in casu enim posito extrema verificantur pro socrate sic: hoc est vel fuit album: ꝛ hoc fuit socrates. Sophismatis solutio.

¶ Arguit sophisma est falsum: ergo minus bene concessum antecedēs probatur: quia ex eo sequitur falsum expositorie sic arguendo: album fuit socrates: ꝛ nigrum fuit socrates: ergo album fuit nigrum.
¶ Respondetur. Q; ibi arguitur ab amplo ad non amplum fine distributione ampliratione termini nigrum in minori ꝛ conclusione: ꝛ talem consequentiam non oportet valere.

¶ Potest ergo ampliatio describi sic. Ampliatio est suppositio termini ꝓ suis significatis respectu diuersoꝝ temporꝝ indifferēter pro diffinitione est notandū termino nō addi ampliationē respectu sue significationis: nā semp terminus eque multa significat: sed ampliatio additur termino respectu suppositionis: quādo ergo terminꝰ solū stat pro suis significatis que sub vna differentia temporis cōprehenduntur tunc dicit stare restricte: ꝛ in ordine ad illam suppositionem restrictā non dicit ampliatio: quia terminus qui ampliatur stat pro suis significatis nō sub vno sed pro diuersis temporibus indifferenter: vt homo fuit: homo non solum stat pro suis significatis que sunt etiam pro his que fuerunt disiunctiue. Est ergo notandum tres esse temporꝝ differentias. ſ. presens: preteritū: ꝛ futurum: ꝛ possunt addi duo. ſ. possibile esse: ꝛ possibile imaginari: que improprie temporꝝ differētie dicuntur. Est ergo descriptio prius posita sic intelligenda. Ampliatio est suppositio termini pro suis significatis sibi Ampliationis diffinitio.

Notabile. 1. Talis ampliatio dicit ampliatio temporum ꝛ non suppōnum vt dicit Tartaret. 7. Petr. hisp. 59.

Notabile .2.

Diffinitiōis ampliationis intellectus.

correspondentibus pro distinctis temporꝫ differentijs: puta pro suis significatis que sunt vel fuerūt: pro eis que sunt vel erūt: vel pro eis que sunt vel possunt esse: vel pro eis que sunt vel possunt imaginari: tunc in ista: homo fuit: que valet tantum quod est iam vel fuit: fuit homo: homo ampliatur

Corolarium. 1. ad standum pro eo quod est vel fuit homo. Ex dictis sequit supposito ꝙ nihil fit antichristus seo generabitur in tali casu antichristus non ampliatur: stat enim respectu vnius differentie temporis tantū. s. futuri: dicendo antichristus erit. Non enim sufficit ad hoc ꝙ terminus amplietur ꝙ capitur respectu copule futuri temporis nisi cum hoc supponeret ꝓ suis significatis respectu diuersoꝝ temporum indifferēter:

Corolarium. 2. modo sic non est de antichristo in casu posito. Deinde ex dictis sequitur supposito ꝙ nihil sit vacuum: seo tamē poterit esse ⁊ nunqꝫ sit actu: tunc dicendo: vacuum intelligitur vacuum ampliatur: quia supponit pro suis significatis respectu diuersorum temporum indifferēter: nam propter huius verbi intelligo ampliationem: ampliatur pro isto quod potest esse vel ꝙ potest imaginari esse.

Intentio textꝰ. ¶ Et premiserat Marsilius hic ampliationis diffinitionem pro eadem duo adiungit notabilia: ponit ⁊ deinde diffinitiōis intellectum: ex quo duo infert corolaria. Et pro maiori textus noticia mouetur sequens questio iuncto vno sophismate.

# Questio secunda.

¶ Vtrum diffinitio ampliationis sit bona.

¶ Diffinitio ampliationis in textu Marsilij posita de rigore verborum non valet: qz fin eam terminus discretus (cum non habeat plura suppposita) non posset ampliari. Est tamen diffinitio Marsi. intelligenda (vt sequit) ex cuius intellectu duo sumuntur notabilia.

¶ Diffinitio ampliationis intelligit sic. Ampliatio est suppositio termini scz stantis pro suo significato vel suis significatis respectu diuersoꝝ temporꝝ indifferenter. i. respectu signi importantis diuersas differentias temporꝝ diuisim: in ordine ad talem terminū sic supponentē respectu plurium talium. ¶ Dicitur in diffinitione. Est suppositio ideo ibi non est ampliatio. Chimera fuit: vacuum erit. ¶ Dicitur suo significato propter terminos discretos: vt petrus fuit in fore: vbi petrus ampliatur. ¶ Dicitur vel suis significatis ꝓpter terminos cōmunes. ¶ Dicit respectu signi q; intelligendum est tam de signo complexo q; incomplexo: ideo non opus est addere signorum. ¶ Dicitur diuisim: quia ibi homo non ampliatur: homo est ꝛ fuit animal licet enim supponat ad plures differentias temporꝝ tamen non diuisim sed copulatim vnde (vt sequitur) nota.

Intellectus diffinitiōis ampliationis.

Signum dicit importare diuersas differētias temporum dupliciter: scz

Diuisim vel disiunctim quod idem est. Nō importat plures differentias temporum: que vt sic non coniungitur copulatim sed disiunctim. i. per coniunctionem disiunctiuam.

Notabile. 1.

Copulatim. Quando tales temporꝝ differentie non disiunctiue: sed copulatim coniunguntur. i. per coniunctionem copulatiuam.

¶ Dicitur in diffinitione ampliationis in ordine ad talem terminū: q; animal in illa: homo fuit animal non ampliat: q; fuit iam importat diuersas temporꝝ differentias in ordine ad subiectum et nō predicatum. ¶ Dicitur sic supponentem. ꝛc. per qō inuitur q; si terminus ampliari debeat oportet ipsum ad minus ad duas temporꝝ differentias supponere. Et sic illaꝝ ꝓpōnum subiecta non ampliantur. Adam fuit homo: antichristus erit homo: sed bene ample accipiunt: vt patet ex differentia inter ampliationem ꝛ amplam acceptionē superius positam. Et pro dictis (vt sequitur) nota.

Differētia tēporis. Est signū importās tempus p modū presentis: preteriti: futuri: possibilis: vel imaginarij. Et signū dicit importare diuersas differentias temporꝝ tripliciter: scz.

Formaliter: quod apud grāmaticū est diuersorum temporum: vt illud disiunctum est vel fuit: vel illud est vel erit.

Virtualiter: qō apud grāmaticū nullius est temporis: tn intellectus ratione illius signi accipit terminū in ordine ad ipsum ac si secū exprimere poneret disiunctū diuersoꝝ temporꝝ: vt nota verbalia in bile vel in tiuū. ꝛc. vt i regulis ampliationū habes

Notabile. 2.

Formaliter ꝛ virtualiter simul: qō apud grāmaticū importat vnā differentiā temporis ꝛ intellectus vltra hoc accipit terminū ratiōe ipsius ad ad aliam vel alias differentias temporꝝ q; sm grammaticum importat: vt fuit in illa: homo fuit animal ꝛ erit in illa: homo erit animal.

¶ Corolarie sequitur (vt etiam habet Marsilius in textu) propriē esse tantū tres differentias temporum: que apud grammaticum sufficiunt scz presens: preteritum ꝛ futurum. Improprie tamen (sm logicum) due adduntur differentie scz possibilis: ꝛ imaginaria. Et sic logicus quinq; differentias temporum considerat.

# Tract. Ampliationū.

Questionis solutio.

¶ Respondeť ad questionē. Diffinitio ampliationis (intelligendo eam (vt est dictū) est bona. Et sic questio est vera: quia vna indefinita affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodem. ꝛc̄.

¶ Arguiť contra dicta. Terminus supponēs respectu verbi presentis tēporis supponit pro oībus suis suppositis: ergo cū accipitur ad copulam ampliatiuā nō potest accipi pro pluribus: cū non possit accipi nisi pro suis suppositis: ꝛ per consequens frustra ponit ꝛ diffinitur ampliatio.

¶ Respondeť maiorē simpliciter esse falsam: qz terminus supponēs respectu copule de presenti: solū supponit ꝓ oībus suis suppositis sibi correspondentibus ad copulā de presenti: sed ad copulā ampliatiuā potest supponere pro ominbus suis suppositis: presentibus: preteritis: futuris: possibilibus: ꝛ imaginarijs: ideo ampliatio bene ponitur ꝛ diffinitur.

# Sophisma secundū.

¶ Omne creans necessario est deus.

¶ Pro ostendenda ampliationis virtute presens monetur sophisma in qua terminus ponit ampliatiuus scz necessario (vt habeť in septima ampliationum regula) vnde ad inuestigandū denotationem huius modi necessario.

Casus sophismatis.

Hugo hunc ponit casum sophismatis ꝙ scz deus actu nihil creet: sed immediate post hoc creabit: ꝛ de termino creans (vt sequitur) nota.

Notabile.

Creans capiť dupliciter: scz.

- Nominaliter: nō dicit actum sed potentiam: ꝛ est illud ꝙ natum est aliquid creare.
- Participialiter: pro illo quod actu creat. Et sic capiť dupliciter: scz.
  - Large: pro illo quod producit aliquid ex nihilo siue hoc sit virtute propria vel aliena. Et ita angelus potest esse creās: similiter homo.
  - Stricte. Est qđ producit aliquid ex nihilo virtute propria. Et sic solus deus est creans.

Sophismatis solutio.

¶ Respondetur ad sophisma. Si necessario determinat copulam (sicut de rigore fit) capiendo creans stricte ꝛ absoluendo copulam a tempore sophisma est verū: qz est vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatum conuenit cuilibet supposito subiecti. Subiectum enim supponit pro deo glorioso: similiter ꝛ predicatum. Dicitur in conclusione signanter: si necessario determinat copulā: nam si determinat: creans: sophisma est falsum ꝛ impossibile: qz vna vniuersalis cuius subiectū pro nullo supponit: de nullo enim verum est dicere: hoc est creans necessario: qz quicquid creat contingenter creat: ꝛ non necessario. Dicitur capiendo creans stricte: qz capiendo creans large sophisma est falsum: qz vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatum non conuenit cuilibet supposito subiecti: qz subiectum supponit pro angelo ꝛ pro homine: predicatum vero pro solo deo. Dicit vltimo absoluendo. ꝛ c̄. qz non absoluendo copulā a tempore sophisma est falsum: ꝛ impossibile: qz valet tantum. Omne creans necessario in tempore est deus: hoc est falsum: ex quo nullum tempus est necessarium.

¶ Arguitur sophisma est falsum: igitur minus bene concessum antecedens probatur q̄ ex eo sequitur falsum: sequitur enim bene per conuersionem. Omne creās necessario est deus: igit deus necessario est creās. ¶ Respondetur q̄ hic non fit conuersio: quia modus vniuersalis in conversione debet mutari in particularem: prout habes tractatu primo Pe. Hisp. de modalibus folio. 40.

# Sequunt. xiij. ampliationū regule.

Istis presuppositis sit prima ampliationū regula. Omnis terminus a parte subiecti respectu copule de preterito positus habens significata presenti z preterito tpibus correspondētia ampliat pro eo qō est vel fuit: vt albū fuit petrus: albū: ampliat pro eo qō est vel fuit. Sil'iter in ista: homo amauit: hō ampliat eodē modo z est sensus: qō est vl fuit homo amauit: dico notanter positus a parte subiecti: nam si sit terminus captus a parte predicati: supponet pro suis significatis que fuerūt z nō pro illis que sunt z ideo nō ampliat. ¶ Secūda regula. Terminus positus a parte subiecti respectu huius verbi erit: aut alterius futuri tpis: ampliat ad supponendū pro suis significatis q̄ sunt vel erūt: vt homo: in illa: homo erit: ampliat ad supponendum pro illo quod est vel erit: vnde sensus est: qō est vel erit: erit homo. ¶ Postq̄ auctor absoluit membrū primū ics ampliationis diffinitionē de qua circa principiū huius tract. se tradituꝝ pmiserat: psequenter hic de altero (sm pmissa) determinat: ponēdo scz tredecim ampliationū regulas: quaꝝ hic in psenti textu due ponunt: z vt sequit intelliguntur ob ꝓtrarias Marsi. z Buridani opiniones ex regulis vnum quod sequitur mouetur sophisma. ¶ Prima regula intelligit sic. Omnis terminus a parte subiecti respectu copule. s. principalis vel eam includētis: de ꝓterito. s. pfecto: positus habēs scatū vel scata sibi correspondens: vel correndentia: pro tpe psenti z pterito ampliat pro eo qō est vel fuit nisi restringat ad pauciores differentias tpm: vt italia quondā fuit dicta magna gretia: vbi italia supponit ad est z ad fuit. ¶ Dicitur a parte subiecti: hec clausula declaratur in textu.

Regula. 1.

Regula. 2.

Continuatio.

Regule prime intellectus.

¶ Dicit principalis: qz homo in illa: homo qui fuit est animal: non ampliat: qz non est copula principalis. ¶ Dicit vel eam includentis ꝓpter verba adiectiua ꝓteriti tpis: vt Romani vicerunt Carthaginenses. ¶ Dicit. s. plecto: qz si talis terminus ponat respectu verbi ꝓteriti imꝑfecti tpis tūc ampliatur pro eo qō est vel erat: si vero ponit respectu verbi preteriti pluſq̄ꝑfecti tpis tunc ampliat pro eo qō est vel fuerat. ¶ Dicit habens ſcatum: propter terminum diſcretum: vel ſcata ꝓpter terminū cōmunem. ¶ Dicit ſibi correſpondens vel correſpondentia: qz ſubiecta illaꝝ non ampliant. Ariſtoteles fuit hō: adam fuit primus noſter parens: vacuū fuit locus. Vnde terminus dicitur habere ſcatum correſpondens ad est vel fuit: qui ſupponit ad est vel fuit. Predictaꝝ vero duaꝝ ꝓpōnum ſubiecta non ſupponunt ad est: ſed tm ad fuit: tertie vero ꝓpōnis ſubiectū in toto non ſupponit. ¶ Dicit finaliter: niſi reſtringatur. ꝛc. quia homo in illa: homo qui est fuit animal: non ampliatur: ſed tantum ad est recipitur.

Terminus dicitur habere ſcatum correſpondens

Virtute preſentis regule tales et ſimiles propoſitiones conceduntur.

- Viuum fuit mortuum.
- Virgo fuit pregnans.
- Puer fuit ſenex.

Regule ſecunde intellectus.

¶ Secunda regula intelligitur ꝛ declaratur ſicut prima regula cum omnibus clauſulis debite hic etiam applicatis.

Virtute ſecunde regule tales ꝛ ſimiles propoſitiones conceduntur.

- Mortuum erit viuum.
- Meritrix erit virgo.
- Senex centum annorum erit puer vnius diei.

# Sophiſma tertiū.

## ¶ Omne quod erit est.

Prima diſcrepantia marſ. et buridani.

¶ Hoc ſophiſma mouet ꝓpter diuerſas (Marſilij ꝛ Buridani) opiniones. Diſcordant primo Marſ. dicit differētias temporales eſſe partes extremoꝝ ꝛ ſm eum hoc totū est ſubiectū ens qō erit: ꝛ terminus ens: est predicatum. Sed ſm Buridanum differentie temporales non ſunt partes extremorum. Et ſic ſm eum terminus ens est ſubiectum ꝛ cum hoc predicatum: et quod erit: ſm eum non est pars extremi: in hoc magis est imitandus Marſilius: tū ad intentionem regule ſeptime de aſſignatione extremorum tractat. primo Pe. libi. folio. 12. qñ ſcz differētie tpales reſtringunt ꝓ qui: que: vel qō. ꝛc.

Secūda diſcrepantia Marſilij ꝛ Buridani.

Secūdo diſcrepant marſ. ꝛ burid. qz marſ. dicit terminū ampliatiuū a parte ſubiecti poſitū ſolū ſupponere ꝓ re que est. Et ſic ſophiſma ſm eū valet tm. Omne quod erit ꝛ est: est ꝛ hoc est verum: ꝛ omnes ille (ſm marſilium) eodē motiuo conceduntur. Omne poſſibile est: omne futurum est: omne preteritū est: omne imaginabile est. Hecꝝ valet obiectio q etiā ille ꝛ ſimiles ſint concedende. Omne quod comedet comedit: omne quod bibet bibit: que ſunt ſimpliciter falſe: quia valent tantum. Omne quod comedet ◌ est comeditꝰ omne quod bibet ꝛ est bibit: quia nihil plus exprimi debet circa copulam principalem q̄ differentie tēporales importare per copulam principalem. Omnes tamen dicte a marſilio conceſſe propoſitiones ꝛ etiā ſophiſma preſens negantur rationabiliter a Buridano ſecundum quem terminus ampliatiuus a parte ſubiecti poſitus ſupponit pro re que est ꝛ non est. Et ſm hoc dicitur ad ſophiſma.

¶ Respōdetur ad sophisma ꝙ ipsum sit simpliciter falsum: quia vna vniuersalis affirmatiua cuius predicatū non ꝯuenit cuilibet supposito subiecti. Subiectū enim supponit pro antichristo: p̄dicatū vero non. Est etiā equiualens sophismatis falsa scz illa. Omne quod erit in tempore futuro est iam actu: ⁊ hoc est falsum: per consequens etiam sophisma. Sophismatis solutio.

¶ Arguitur sophisma est verum: igitur male negatum: nam sequitur bene. Tantum ens est ens quod erit: igitur omne quod erit est ab exclusiua ad suam vniuersalem. Similiter bene sequit̄: ens quod erit est: igit̄ om̄e ens quod erit est ab indefinita ad suam vniuersalē in materia naturali.

¶ Respondetur dictas regulas tenere dummodo in antecedente ⁊ consequente arguatur ad easdem temporum differentias modo hoc non fit in dictis argumentis: ideo nihil probant.

¶ Tertia regula. Terminus positus a parte predicati respectu verbi futuri temporis non ampliatur quia solum supponit pro suis significatis que erunt: vt homo: in illa: ioannes erit homo: supponit solum ad erit. Regula. 3.

¶ Quarta regula. Terminus captus respectu participij preteriti tēporis ampliatur ad supponendum pro suis significatis que sunt vel fuerunt: vt homo est genitus: sensus est: quod est vel fuit homo est genitū. Ex hac regula hec est vera: homo est mortuus. Regula. 4.

Duarum regularum intellectus.

¶ Regula. 3. intelligit̄ dummodo tale verbū alias non habet ampliare: ꝓpter venientem: in illa: ego cognoui venientē: vbi ampliatur ad quinq; differentias temporum: vt habetur regula tredecima. Intelligatur etiam regula si tali predicato non additur disiunctum diuersoꝝ temporum: quia animal in illa ampliatur: homo fuit animal quod est vel fuit.

¶ Regula. 4. intelligitur cum clausulis in prima regula appositis. Et ex illa regula sequens mouetur sophisma.

# Sophisma quartum.

## ¶ Homo est mortuus.

¶ Pro sophismate nota ea que dicta sunt tract. primo Pe. His. folio. 24. circa materiam remotā: q̄uis enim presens sophisma sit de terminis disparatis tñ mars. tract. suppositionū dicit esse verum: propter ampliationem patet idem in regula presenti: pro quo tñ (vt sequitur) nota.

Notabile. De ista duplici acceptiõe termini mortuꝰ Tat. 2. perih. 46. D. Sophismatis solutio.

Mortuū capit dupliciter: scz. Nominaliter. Est res carens vita nata tñ habere vitam: vt embrio: ꝛ alimentū existens in propinqua dispositione ad formā viui. Item lapis sic non dicit mortuus: quia licet careat vita: non tamen natus est habere vitam. Participaliter. Est res que desinit habere vitā vt cadauer alicuius animalis.

¶ Respondeꝯ ad sophisma: ipsum. s. esse verū: si mortuū: capitur participialiter: si vero capit nominaliter ipsum est simpliciter falsum prima pars conclusionis probatur: qꝛ tunc sophisma est vna indefinita affirmatiua cuius extrema supponunt pro eodem patet de adam qui est vel fuit homo est mortuus. Secunda pars conclusionis patet: quia tunc est vna indefinita affirmatiua ex extremis disparatis composita per consequens falsa ꝛ impossibilis propositio.

¶ Arguitur: sophisma est falsum: qꝛ ex eo sequit falsum: sequit enim bene in Barij. Omne mortuū est non hō: ꝛ hō est mortuus: igitur hō est non homo. ¶ Respondeꝯ q arguatur ab amplo ad non amplū sine distributione ampli ratione minoris extremitatis scz termini homo.

Regula. 5. ¶ Quinta regula. Terminus captus respectu participij futuri temporis ampliat ad supponendū pro suis significatis que sunt vel erunt: vt homo est generandus: homo supponit pro suis significatis que sunt vel erunt: ex hoc patet hāc

Regula. 6. esse ꝓcedendā: meritrix est futura virgo. ¶ Sexta regula. Terminus captus respectu huius verbi potest ampliat pro his que sunt vel esse possunt: vt homo potest esse albus: homo: supponit pro hominibus qui sunt vel esse possunt.

## Pro intellectu duarum regularum in textu positarum (vt sequitur) nota.

¶ Regula. 5. intelligit cū clausulis cōmunib⁹ circa primā regulā positis.
¶ Regula. 6. pariter cum dictis exponit clausulis tñ terminus potest dupliciter consideratur: ꝛ sm hoc dupliciter ampliat.

Notabile. Potest capit dupliciter: scz Large pro eo qō est: vel fuit: vel erit: vel pōt esse: ꝛ sic ampliat ad dictas quattuor differentias temporum. Stricte: pro eo qō est: vel potest esse. Et sic tm ad illas duas differentias temporum ampliat ꝛ hoc modo de verbo potest Marsi. presentem ponit regulam.

¶ Corolariū. Si potest capitur large tunc subiectū illius. Corolarium.
Antichristus potest esse: ampliatur ad erit z potest esse. Si vero potest capit stricte tunc non ampliatur: quia non habet significatum sibi correspondens ad est z potest esse.

¶ Septima regula. Terminus captus respectu horū modo rum cōtingens: necessariū: possibile: impossibile qñ propo sitiones faciunt de sensu diuiso ampliant terminos ad supponendū pro eo quod est vel potest esse: ideo illa: creantem necesse est esse deum valet tantū quod est vel potest esse creans de necessitate est deus. Dico notāter quādo modi faciunt modales de sensu diuiso nam si facerēt de sensu composito nulla esset ampliatio: vt hominē esse animal est necesse. Regula. 7.

¶ Octaua regula. Terminus supponens respectu predicati ūbilis vel tiuus ampliat ad supponendū p eo quod est vel potest esse: vt homo est generabilis: homo est amatiuus. Regula. 8.

¶ Nona regula. Terminus captus a parte ante respectu huius termini prius: ampliatur ad supponendum pro eo qō est vel fuit: vt homo prior est antichristo. Regula. 9.

¶ Decima regula Terminus captus a parte post respectu huius termini prius: ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel erit: qz suum significatum connotat sequi: vt adam prior est antichristo: z significat q adam est prior illo quod est vel erit antichristus. Regula. 10.

¶ Vndecima regula. Terminus supponens a parte ante respectu huius termini posterius ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel erit: vt antichristus est posterior adam: antichristus ampliat pro eo qō est vel erit. Regula. 11.

¶ Duodecima regula. Terminus supponens a parte post Regula. 12.

respectu huius termini posterius ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel fuit. ¶ Tredecima regula. Terminus rectus a verbis actum interiorem anime significantibus ampliatur ad supponendum pro eo quod est: erit: fuit vel potest esse: vel imaginari esse. Et sunt huiusmodi verba intelligo: diligo: cognosco: desidero: appeto: promitto: imagino: & consimilia: ideo in illa. intelligo hominem: homi nem ampliatur ad supponendum pro eo quod est: vel erit: vel fuit: vel potest esse: vel imaginari esse: simili modo ampliatur homo in illa: homo intelligitur.

Regula. 13.

## Regularum in textu positarum.

intellectus sequitur.

¶ Regula. 7. sufficienter hic in textu Marsilij declaratur.

¶ Regula. 8. intelligitur dummodo tale predicatum in bilis vel in timus importat aptitudinem & potentiam vnde illarum subiecta non ampliantur. Camera est cubile: fibula est monile: nec subiectum illius ampliatur: petrus est risibilis: capiendo risibile vt proprium hominis: quia tunc non importat aptitudinem ampliatiuam.

Quod predicatum termini denotet precedere & qđ denotet sequi prius vel posterius.

¶ Regule. 9. 10. 11. et. 12. sunt de prius: & de posterius: que ante se et post se ampliant terminos quorum significata denotant precedere vel sequi. Unde significatum illius termini denotatur precedere: prius qui terminus vna cum termino prius: significat rem excedentem. Si vero talis terminus cum prius: significat rem excessam tunc significatum talis termini dicitur sequi prius vt pater est prior filio: pater significat rem excedentem: filio vero excessam & sic significatum patris dicitur precedere terminum prior: significatū vero filij denotatur sequi. Et per oppositum significatum termini denotatur precedere terminum posterior: qui terminus significat rem excessam. &c. vt Aristoteles fuit posterior platone: vbi Aristoteles significat rem excessam & platone excedentem.

¶ Item terminus prior quando dicit ordinem vel dignitatem non ampliat vt petrus est prior predicatorum.

¶ Regula. 13. declaratur sufficienter in textu marsilij. Et sicut dicitur in regula de verbis: ita etiam dicatur de participijs: & nominibus verbalibus talium verborum: que pariter casum quem regunt ampliant ad quinq; differentias temporum vt petrus est cognoscens venientem: vbi venientem ampliatur ad quinq; differentias temporum: ita etiam asini in illa ampliatur cognitio asini est in anima mea.

¶ Nota consequenter dictas tredecim marsilij regulas ad omnem ampliationem non sufficere: vnde pro complemento materie ampliationum sequentes sex nota regulas.

¶ Prima regula. Terminus positus iuxta dictionem importantem mutationem acquisitiuam ampliatur ad supponendum pro eo quod est vel immediate post hoc erit: vt asinus generat asinum: terminus asinum ampliatur pro eo: quod est vel erit. Et talia verba in voce actiua ampliant accusatiuos a parte post rectos. Sed in voce passiua ampliant nominatiuos per modum suppositi rectos: vt asinus: in illis ampliatur: asinus generatur: asinus fit: asinus incipit esse: ita ⁊ illarum subiecta: domus edificatur: tunica disponitur. Regula. 1.

¶ Secunda regula. Verba importantia mutationem deperditiuam ampliant ad supponendum pro eo quod est vel immediate ante hoc fuit: vt asinus corrumpitur: homo moritur: domus comburitur. Regula. 2.

¶ Tertia regula. Verba importantia vtramq; mutationem: scz deperditiuam et acquisitiuam: ampliant terminos pro eo quod est: vel immediate ante hoc fuit: vel immediate post hoc erit: vt asinus: in illa: asinus mutatur. Regula. 3.

¶ Quarta regula. Verba significantia actum anime exteriorem ampliant pro eo quod est: vel immediate ante hoc fuit: vt audio sonum: sonus auditur: video hominem: homo videtur. Regula. 4.

¶ Quinta regula. Illa verba supponit: ampliatur restringitur: accipitur: significatur: verificatur: ampliant terminos quos regunt mediante prepositione de vel pro ad quinq; differentias temporum: vt homo supponit pro homine iam homine ampliatur ad quinq; differentias tẽporum. Regula. 5.

¶ Sexta regula ⁊ vltima. Quilibet terminus receptus respectu signi importantis diuersas differentias temporum diuisim in ordine ad ipsum supponens ad minus ad duas differentias temporum ampliatur ad easdem quas tale signum importat: vt asinus est vel fuit animal. Regula. 6.

¶ Deinde nota ampliationem exprimi sufficienter disiunctim. Et in tali expressione nihil est mutandum nisi ꝙ disiunctum ex talibus differentijs addatur termino ampliato: vt socrates fuit animal: sic exprimit: socrates qui est: vel fuit: fuit animal: ⁊ conformiter exprimat in alijs. Unde ampliationem exprimi non est aliud nisi differentias temporales ab quas terminus ampliatus supponit expresse poni cum termino ampliato. Notabile quomodo ampliatio exprimi debeat.

# Questio tertia.

## ¶ V. Vltra potest sit ampliatio.

¶ Presens questio potest habere sensus quattuor ꝑm quos eius patet solutio. ¶ Primus sensus est. An sit aliquod signum ampliatiuũ importans plures differentias temporum inquantum est copula principalis q̃ potest ⁊ sic questio est vera patet de imaginatur: similiter de verbis actum anime interiorem significantibus que ampliant ad quinq; differentias temporum. Primus quest. sensus.

Secūdus questionis sensus.

¶ Secundus sensus est. An aliquis terminus non natus ampliari ad potest possit ampliari: ꝛ in isto sensu questio est falsa: si potest capitur large: quia omnis terminus qui debet ampliari: debet ad min⁹ supponere ad duas differentias temporum: sed vltra potest large captum solum est vna differentia temporis scz imaginatur.

Tertius questionis sensus.

¶ Tertius sensus est. An aliquis terminus natus solum supponere ad potest possit ampliari. Et sic questio iterum est vera: quia vacuum in illis ampliatur vacuum imaginatur vacuum est significabile.

Quartus questionis sensus.

¶ Quartus sensus est: An impossibile sit significabile: nam ampliatio est suppositio: ꝛ suppositio presupponit significationem per consequens si vltra potest fit ampliatio erit vltra ipsum significatio: ꝛ sic impossibile erit significabile. Pro quo nota q̄ impossibile est res non potens esse ꝛ hoc est nihil: quia omnis res mundi potest esse: vnde Buridanus dicit impossibile nō esse significabile: quia omne significabile debet mouere intellectum sed impossibile (ſm eum) non potest mouere intellectum. Tamen secundum Marsilium probabiliori via tenetur impossibile esse significabile: ꝛ nihil obstat vt obiectum non existens possit intelligi: patet hoc auctoritate Guilhelmi occam quest. 3. dis. 2ame primi vbi ponit ꝛ cognitionem ꝛ delectationem respectu obiecti non existētis. Et vt tertio ethicorum habetur voluntas est impossibilium: ergo a fortiori intellectus: ꝛ per consequens impossibile est significabile: vacuū enim quod nec est nec fuit: nec erit: nec potest esse: sed imaginatur esse: est significabile. Et sic in isto quarto sensu ſm quem rationabiliter conceditur impossibile esse significabile questio pariter est vera. Et hec de ampliationum materia sufficiant.

Impossibile.

Cōtra Buridanum pbatur impossibile esse significabile.

# Ampliationum tractatus explicit foeliciter.

# In exordium tract. appellationū Marsilij nota.

TItulus tractatus appellationum est ille Tractatus appellationū Marsilij. Unde appellatio est subiectum presentis tractatus: ꝛ eius propria passio est hoc complexum terminus accidentaliter connotatiuus in propositione positus: ꝛ quomodo in proposito sumatur appellatio: et ad quid sit utilis sequentia duo ostendunt notabilia. Titulus. Subiectum.

Appellatio ꝓsideratur dupliciter: scz.

In prima impositione: idem est quod nominatio: est enim appellare nominare: est ꝛ appellare prouocare: ꝛ appellatio prouocatio: ꝛ tunc appellatio (ſm iureconsultos) est ab inferiori, iudice ad superiorem gradatim facta prouocatio: ꝛ de illa nihil ad propositum.

In secunda impositiõe et logicaliter: idem est quod accidentalis connotatio: nam appellare logicaliter: est accidentaliter connotare. Et ita appellatio personaliter capta est subiectū presentis tract. Et est duplex appellatio: scz.

Forme. Et hec diffinitur tertu sequẽti ipsius Marsi. ꝛ de hac videbitur questiõe prima.

Notabile .1.

Rationis. Hãc describit Marsi. de qua vide questionem secundã.

¶ Apellationes sunt vtiles ad dinoscendas propositionum veritates ꝛ falsitates cõmuniter concessarum ꝛ negatarum: illa enim concedit Buridanus papam percussit: ꝛ tamen nunq̃ percussit papam: eo enim tempore quo eum percussit non fuit papa fertur enim petrũ de Candia auditorem ꝛ discipulum fuisse Buridani: postea electum esse in pontificem Romanum: qui nominatus est Alexander quintus. Et consimiliter in alijs propositionibus appellationis mutatio propositionis veritatem vel falsitatem mutat. Et hanc appellationem de qua presenti agitur tractatu innuit Aristoteles in antepredicamẽtis circa denominatiuorum diffinitionẽ cum inquit denominatiua vero dicuntur quecunq̃ ab aliquo solo differentia casu ſm nomen habẽt eandem appellationẽ. i. accidentalẽ connotationẽ: de hoc vide tertio tract. de denominatiuoꝝ diffinitione folio. 58. Et hec de notabilibus in exordium appellationum positis.

Notabile. 2.

Buridanus papam percussit.

Arist. appellationem innuit.

Visis ampliationibus restat dicere de appellationibus primo ponā appellationis diuisionem: ⁊ cuiuslibet membri diffinitionē: deinde appellationum regulas subiungā. Quantū ad primū: duplex est appellatio: aliqua est termini pro formali ꝑcato: vt hic: ioanes fuit albus: iste terminus albus appellat albedinē in preterito adhesisse ioanni. Aliqua vero est appellatio pro ratione vt hic diligo pecuniā. Pro quo nota ꝙ terminoꝝ quidam sunt absoluti: ⁊ sunt de p̄dicamento substātie in recta linea: vt petrus: ioannes: aīal. Aliqui aūt termini sunt ꝯnotatiui: vt sunt albū: coloratū: ⁊ ꝯsimiles. Et nota ꝙ terminus ꝯnotatiuꝰ duplex dicit̄ habere significatū. s. materiale ⁊ formale Materiale dicit̄ res ꝓ qua terminus ꝯnotatiuus supponit. Formale aūt significatū dicit̄ res ꝯnotata siue significata ꝯnotatiue ꝑ talē terminū. vt significatū materiale istius termini albū dicit̄ res ꝑcata habēs albedinē puta ipsum subiectum albedinis. Sed ꝑcatum formale dicit̄ illud qđ ille terminus ꝯnotat: vt est albedo. Tertio nota ꝙ terminus dicitur appellare illud qđ ꝯnotat: nam nihil dicit̄ albū nisi sibi adiaceat albedo: ideo ille terminꝰ albū appellat albedinē: adiacere rei pro qua supponit. Ex istis ergo potest inferri diffinitio appellationis pro formali. Appellatio est ꝑcatio formalis significati termini tanq̄ꝫ suo determinabili ꝓ aliqua differentia tēporis per modum adiacentis vel non adiacentis. Dico significatio: qꝛ terminus qui appellat illud formaliter significat quod appellat ⁊ appellatio non ꝑ suppositionem

Duplex appellatio. s. formal' ⁊ rationis.

Duplices termini scꝫ absoluti ⁊ connotatiui.

Terminus connotatiuus duplex habet ꝑcatū

Scot. in primo dis. 4. q. 1. in solutione. 4. arg. ꝯtra mars. tenet Oꝛ terminꝰ cōnotat ꝑcatū materiale ⁊ nō formale.

Terminꝰ appellat illud quod connotat.

Diffi. appellationis forme.

Diffi. declaratō

sed per fcationē sumit: q2 terminus p2o isto significato qō appellat non supponit. Dixi p modū adiacētis suo determinabili: ꝓpter terminos ꝓnotatiuos positiuos: dixi p modū non adiacentis: ꝓpter terminos priuatiuos qui p modū nō adiacētis significāt: vt petrus est cecus: cec⁹ appellat visum p modū non adiacētis petro. Ex istis infero differentiā inter appellationē z suppōnem: q2 suppositio est respectu significati materialis. Sed appellatio est respectu formalis. Differunt secūdo q2 aliqñ termini supponunt z non appellant: z aliqñ termini appellāt qui non supponunt exemplum primi: vt sunt isti termini absoluti z similes: socrates: hō: animal: exemplū secūdi: hō bimibilis: nā homo bimibilis p2o nullo supponit: z tñ dictus terminus appellat: q2 ꝓnotat actum bimiendi posse adiacere homini. Est etiam differentia inter appellationē z significationem: q2 significatio est tam respectu materialis q̄z formalis. Sed appellatio tantū respectu formalis. Similiter fcatio est termini positi extra p pōnem z illius non est appellatio: z hec de diffinitione appellationis respectu significati formalis termini sufficiant.

Differentia inē appellationē et suppositionem.

¶ Appellationum tractatum Marl. hic inchoando ponit primo vnam appellationis diuisionem: diffiniendo z declarando primū diuisionis membrū scz appellationem formē: ponendo deinde differentiam inter appellationem suppositionem: z significationem: z p2o textus explanatione notabilia duo: z sequentem habes questionem.

Intētio textus.

¶ Diuisio appellationis in appellationē forme z appellationem rationis: est analogi in ina analogata: nam appellatio per prius fcat appellationē forme: z p posterius appellationē rationis: z quāuis: veniente in illa: ego cognosco veniente: appellet appellatione rationis z forme: tamē appellatio rationis non est appellatio forme inquantum talis.

Notabile. 1.

¶ Diffinitio appellationis forme intelligitur sic. Appellatio forme. s. accidens talis est fcatio formalis fcati termini: idest est terminus

Notabile. 2.

significans formaliter suum significatum in propositione tanq̄ suo determinabili pro aliqua differentia temporis: per modum adiacentis vel non adiacentis. i. per modum denominationis positiue vel priuatiue. Et hec diffinitio cum suis clausulis sufficienter declaratur in textu: tamen pro maiori eius euidentia sequens mouetur questio.

# Questio prima.

## ¶ V. Omis terminus sit appellatiuus.

¶ Quid sit terminus cathegorematicus: quid sincathegorematicus vide tract. primo circa diffinitionem nominis: folio. 7. Quid sit terminus absolutus: quid connotatiuus habes tract. secundo Pe. His. circa predicatiōes folio. 43. de duplici significato termini connotatiui vide textum Marsilij.

Appellatiuus. ¶ Item appellatiuus in questione valet tm̄ sicut accidentaliter connotatiuus ⁊ ampliat dictionē terminus ad est ⁊ potest esse ex octaua ampliationū regula: ⁊ per hoc (vt sequitur) patebit solutio questionis.

Questionis solutio. ¶ Respondet̄ ad questionē ipsam. s. esse verā ⁊ necessariam: ⁊ hoc ꝓpter ampliationē: valet enim tm̄: oīs terminus qui est vel potest esse potest appellare: ⁊ hoc est verꝝ: cū oīs terminus possit adhuc de nouo imponi ad significandū accidētaliter. Sed si terminus appellatiuus capit̄ ipropriе ⁊ nō ampliatiue questio est falsa: qꝛ instātia est de terminis absolutis et essentialiter ꝯnotatiuis: vniuersaliter tn̄ p̄sens questio ꝯceditur ad formam huius conclusionis. Oīs terminus nō pure sincathegorematicus accidentaliter ꝯnotatiuus in ꝓpōne positus appellat suam formā. Ex illa ꝯclusione corollarie sequit̄ nullū scꝫ terminū sincathegorematicū: nullum absolutum: nullum essentialiter connotatiuum (vt sic) appellare suam formam.

Cōclusio respōsalis. ¶ Arguitur ꝯtra conclusionem: solum noīa cōmunia sunt appellatiua: ergo eis solum cōpetit appellatio: ⁊ per ꝯsequens terminis singularibus accidentaliter connotatiuis non conuenit appellatio qui tn̄ ꝑm formam ꝯclusionis appellarent: igit̄ ipsa ꝯclusio falsa. ¶ Respondetur q̄ appellatiuū in dialectica nō distinguit̄ contra ꝓprium: sed potius contra absolutum: ideo antecedens dicte ꝯsequentie est verum ꝑm grāmaticū sed falsum ꝑm dialecticum: igitur argumentum contra conclusionem nihil probat.

# Sequitur de appellatione rationis.

Appellationis rōnis diffinitio ¶ Appellatio rationis sic diffinitur. Est acceptio termini in ꝓpōne ꝓ suo significato ꝑm illā determinatā rationē ꝑm quā suū significatū significat: dicit̄ acceptio termini in ꝓpositione: qꝛ extra ꝓpōnem terminus nunq̄ appellat suā rationem. Dicit̄ acceptio nō significatio: nā terminus vbicunq̄

ponitur suum significatū scat sm rationē determinatā seō non semper appellat. Si enim dicerem veniētē cognosco terminus veniens non appellat suā rationē: qz sensus non est q cognosco rem que venit sm eam rationē sm quā dicit venire: pōt ergo dicta diffinitio generaliter sic exponi: est acceptio termini id est qñ aliquis terminus accipit i ꝓpōne pro suo scato: nam extra ꝓpōnem terminus nunqz appellaret suā rationē: z hoc qñ talis termin? accipit sm illā determinatam rationē sm quā sua scata vel suum significatū significat: vt ille terminus veniens in ꝓpōne positus: ego cognosco venientem: capit pro veniente sm illā determinatam rationē sm quā dicit venire. aut albū in ꝓpōne positū accipitur pro re alba sm illā rationē sm quā dicit alba: z tūc appellat suā rationē: z sic de alijs terminis: z hoc sufficit de diffinitionibus appellationis sub correctiōe melius dicētium.

Diffinitiōis exposito.

¶ Postq Marsi. determinauit de primo membro diuisionis appellationis scz de appellatione formē: hic ꝓsequenter determinat de altero dicte diuisionis membro: scz de appellatiōe rōnis eam diffiniēdo z diffinitionē declarādo. Et p maiori textus euidētia sequēs ponit qstio vno iuncto sophismate.

Continuatio.

# Questio secunda.

## ¶ V. Diffinitio appellationis sit bona.

¶ Diffinitio de qua querit questio ponitur z sufficienter declaratur hic in textu Marsilij: pro qua tñ diffinitione vt sequitur nota.

Terminum accipi sm determinatā rationē ptingit dupliciter: scz.

Large. Est ipm accipi sm determiatū ꝯceptū sibi cōrñdente z hoc cōpetit etiā termino extra ꝓpōnem.

Stricte. Est ipm terminū i ꝓpōne poni iuxta dictionē denotante ipm accipi sm determinatā rationem vel ꝯceptū. Et sic intelligitur in diffinitione z clarius videbitur in regula appellationis rationis.

Notabile.

¶ Respondetur ad questionem: ipsam. s. esse veram intelligendo eam vt iam dictum: z vt Marsi. eam in textu exponit z declarat.

Questionis solutio.

¶ Arguitur: si diffinitio appellationis rationis esset bona sequeretur q̄ in ista: homo est animal: terminus homo appellaret suam rationem: ꝓsequens falsum est: igit̄ & añcedens: ꝓsequentia ꝓbat: q̄ terminus hō vel in dicta ꝓpone accipit̄ ſm ꝓpriū ꝓceptū ſm quē ſuum ſcatum ſcat & sic habetur intentum. Vel accipit̄ ſm aliū conceptū & hoc dicere est absurdum. ¶ Respondetur licet homo in dicta propositione accipiatur ſm proprium eius conceptum non tamen est ibi appellatio rationis ex quo non accipitur cum dictione importante actum potentie: vel actum anime interiorem q̄ tū requiritur vt ex regula de appellatione rationis habetur.

# Sophisma.

## ¶ Ego cognosco venientem.

Casus sophismatis.

¶ Ad explicandā virtutem appellationis rationis hoc ponitur sophisma pro quo talis ponit̄ casus. Q̄ ego cognoscerem platonē & plato veniat me ignorante: & per hunc casum appellationis virtus innotescit.

Sophismatis solutio.

¶ Respondetur ad sophisma ipsum. ſ. esse falsum in casu posito. Est enim vna singularis cuius extrema non supponunt pro eodem: requiritur enim ad veritatē sophismatis q̄ demonſtratus per subiectum: ego cognoscat platonem per conceptum vel per rationem venientis: sed hoc est falsum: cum repugnet casui posito per consequens etiam sophisma falsum: & hoc fit ratione appellationis rationis: nam hec etiam in casu prius posito est vera. Ego venientem cognosco: q̄ iam: venientem: cū nō sequatur verbū non appellat suā rationem: & sic ad eius veritatē non requirit̄ q̄ cognoscam platonē per modum venientis: sed sufficit eum cognoscere per modū platonis: de hoc vide marſ. circa diffinitionem appellationis rationis.

¶ Arguitur in casu posito sophisma est verum: q̄ sequitur ex vero: sequitur enim bene expositorie. Ego cognosco platonem: & plato est veniens: ergo ego cognosco venientem. ¶ Respondetur. Argumentum nō valere cum arguatur a non amplo ad amplum ratione termini veniens: in minori & conclusione.

# Sequunt appellatiōis forme regle.

Regula. 1.

QVantum ad secundū sit hec prima appellationū regla

¶ Terminus appellatiuus positus post verbū semp. appellat suū significatū formale pro tpe verbi: vt in illa de p̄senti: socrates est albus: albus appellat albedinē p̄sentialiter inherere socrati: sic etiā in ista: socrates fuit albus: albus appellat albedinem inhesisse socrati pro tempore preterito.

Ex his infero corolarie ꝙ si socrates iam ꝑmo sit albus: ita ꝙ nunq̃ antea fuisset albus: hec esset falsa: socrates fuit alb⁹ Corolarium.

¶ Secũda regula. Terminus appellatiu⁹ sui formalis significati: positus a parte subiecti in ꝓpõne: in qua nulla est ampliatio: que est de presenti: appellat formale significatũ suũ inherere vel nõ ĩherere suo detetminabili pro tꝑe p̃senti: vt albũ est hõ: albũ appellat albedinẽ homini inherere pro tꝑe p̃nti. Regula. 2.

¶ Tertia regula. Terminus appellatiu⁹ positus ante verbũ p̃teriti tꝑis aut futuri appellat formale suũ adiacere vel non suo determinabili pro tꝑe verbi sub disiunctione ad presens: vt albũ fuit homo: sensus est qui habet in p̃senti vel in p̃terito habuit albedinẽ sufficientẽ fuit homo. Regula. 3.

Ex regula sequit̃ corolarie posito ꝙ ioãnes primo sit sciẽs ita ꝙ nũq̃ antea fuit sciens licet antea fuerit ioãnes: hec est vera: sciẽs fuit ioãnes: ita etiã hec vera est in aliquo casu: sanctus in celo erit ioannes peccator: posito ꝙ nũc sit peccator ⁊ postea erit sanctus in celo: qꝛ sanctus ponitur respectu verbi futuri tꝑis a parte subiecti: ideo appellat suum formale pro tꝑe verbi sub disiunctione ad presens: ⁊ ideo sensus est qđ habet actu vel habebit sanctitatẽ in celo erit ioãnes peccator: mõ ita est per casum: ergo ꝓpositio est vera. Corolarium.

¶ Quarta regula. Omnis terminus appellatiuus captus a parte subiecti respectu predicati ampliatiui appellat suũ formale adiacere suo determinabili pro tꝑe ad qđ tale predicatũ est ampliatiuũ sub disiunctiõe ad presens tẽpus: vt albũ est corruptũ: album appellat albedinẽ pro tꝑe illo ad quod corruptũ: est Regula. 4.

ampliatiuū sub disiunctiōe ad p̄sens: ⁊ sensus est: quod actu habet vel in preterito habuit sufficientē albedinē est corruptum. Ex regula infero corolarie illas esse veras: virgo est corrupta: corruptū est nasciturū: generandū est generatum corrumpendū est corruptū: patet eaꝝ veritas exprimendo ampliationē. ¶ Quinta regula. Terminus appellatiuus a parte subiecti respectu huius modi possibile determinantis copulā vel alicuius ipsum includētis: vel ꝯsimiliter amplian tis sicut ipse ampliat: appellat suū formale adiacere vel non adiacere suo determinabili pro tēpore illo ad quod iste modus possibile est ampliatiuus sub disiunctiōe ad presens: vt albū possibile est esse hoīem: albū appellat albedinē adiacere homini pro tp̄e presenti sub disiunctiōe ad illud tempus ad quod possibile ampliat: vnde potest sic exponi: qd̄ actu habet vel aliquo tēpore potest habere albedinē sufficientē potest esse homo. Ex illa regula sequit̄ hāc esse verā: fur potest esse iustus: patet exprimēdo ampliationē. ¶ Sexta regula et vltima quo ad appellationē forme. Oīs terminus appellatiuus positus a parte subiecti respectu copule ampliatiue vel p̄dicati ampliatiui nisi fiat impedimentū per hoc qd̄ est vel equiualens appellat suū formale pro tp̄e illo ad qd̄ predicatum est ampliatiuū: seu talis copula sub disiunctiōe ad presens: vt albū est amatiuū: albū est amabile: dico notāter nisi impediatur: qꝛ in illa quod est albū est amatiuū: album appellat albedinē solum pro tempore presenti ꝓpter restrictionem. Hec de appellationibus forme sufficiant.

Corolarium.

Regula. 5.

Corolarium.

Regula. 6.

¶ Habita diuisione appellationis ⁊ diffinitis membris eius ⁊ consequenter auctor determinat de appellationibus per regulas: ponendo in textu presenti sex regulas appellationis forme: pro quibus (vt sequitur) notabile habes vnicum cum duobus annexis regulis. Continuatio.

Appellatio est duplex: scz.
- Simplex siue vniformis. Et est qñ a parte vni⁹ extremi vnus ponitur termin⁹ ꝯnotatiuus tm̄: vt socrates est albus. Et de illa appellatione Mars. sex ponit regulas.
- Composita siue difformis. Et est qñ a parte vnius extremi ponuntur plures termini cōnotatiui: vt ioannes legit librum: petrus est doctus musicus: ⁊ de hac appellatione sequentes duas nota regulas. Notabile.

¶ Prima regula. Qñ a parte eiusdem extremi ponunt̄ duo termini connotatiui accidentaliter: ⁊ positiui: se mutuo determinantes ⁊ vnica acceptione accepti: tunc appellant sua ꝓcata formalia adiacere pro eodē tempore verbi: vt Buridanus percussit papam: ioannes erit cantor regis. Dicitur vnica acceptione accepti: qꝛ dicendo sic: Buridanus papam percussit: Joannes erit regis cantor: vbi predicata non appellant sua formalia significata: cum diuersis sumantur acceptionibus: precedit enim dictio recta ⁊ regens sequitur: ideo non est vnica acceptio. Regula. 1.

¶ Secunda regula. Quādo a parte eiusdē extremi ponunt̄ duo termini accidentaliter ꝯnotatiui ⁊ positiui: habentes se adinuicē vt adiectiuū ⁊ substātiuū: tūc adiectiuū appellat suū formale adiacere formali significato substātiui: vt ioānes est bonus grāmaticus: petrus est niger monachus: ⁊ sic appellatiōis virtute dicte ꝓpōnes sunt vere: etiā si ioānes moraliter sit malus: ⁊ petrus corpore sit albus dūmodo nigrum habeat habitum. Regula. 2.

# Sequit̄ de appellatiōe ratiōis regl'a.

¶ Cōsequēter de appellatōibus termini respectu sue rōnis sit hec regula. Terminus appellat suā rationem ꝑm quā suū significatū ꝑcat: qui sequit̄ verbū ꝑcans actū anīe interiorē dūmodo regit̄ a tali verbo: tanq̄ determinās actū signatū ꝑ tale verbū: vt diligo pecuniā: terminus pecuniā appellat suā rationē: vnde sensus est: diligo rem q̄ est pecunia: sil'iter ibi: cognosco venientē: terminus venientē: appellat rationē suā sensus est. cognosco rem q̄ venit ꝑm rationē ꝑm quā venit ⁊ scio eam venire. Sunt aut verba ꝑcantia actū anime interiorē: intelligo: diligo: cognosco: appeto: scio: desidero: Regula de appellatione rationis. Verba actū anime interiorē significantia.

ꝛ similia: dico notāter qui sequit̄: qꝛ terminū precedentē nō faciūt appellare suā rōnem: vt venientē cognosco: venientē non appellat suā rationē: dico etiā dūmodo talis terminus regat̄ a tali verbo tanq̄ determinās actū significatū ꝑ tale verbū: nam dicendo sic: intelligo hoīem qui est albus: albus non appellat suā rationē: qꝛ nō regit̄ a tali verbo tanq̄ determinās actū ipsius. Et nota participia dictoꝝ verborum terminos sequētes eo modo sicut sua verba facere appellare suā rationē. Ex regula corolarie sequit̄ posito me diligere fratrē meū prout est homo: ꝛ odire ip̄m pro vt est sartor hec esset falsa: diligo sartorē. s. fratrem meū: ratio patet ex regula. Ex quo sequit̄ illā consequentiā nō valere: hūc sartorem diligo: ergo diligo hūc sartorē: ꝛ causa est: quia in casu posito antecedēs est verū ꝛ cōsequens falsum: nam in antecedente non est appellatio rationis: in ꝯsequente autem est. Similiter dicendū de istis: venientē cognosco: igitur cognosco venientem hec de appellationibus.

Corolarium.

Corolarium.

Continuatio.

¶ Postq̄ Mars. per regulas determinauit de appellatione forme consequenter hic vnam ponit regulam de appellatione rationis: quam pro parte in textu declarat. Et pro euidentia textus: regule intellectum ꝛ vnum notabile de signis facientibus appellationem rationi (vt sequitur) habes.

Regule intellectus.

¶ Est enim regula sic intelligenda. Quilibet terminus in propositione positus sequens dictionem que significatione formali adequate solum significat actum potentie: vel actum intellectus: vt sic. Uel sequens dictionem talem includentem: in cuius termini significatum actus per talem dictionem importatus denotatur transire appellat suam rationem: vt venientem: in illa ego cognosco venieniem. Dicitur dictionē includendo per hoc participia: ꝛ verbalia verborum sic significantium. Dicitur actum potentie: per quod includitur: cognosco quod importat actum potentie cognitiue: non tamen adequate interiorem sed etiam exteriorem: ꝛ excluduntur per hanc clausulam: isti termini nutrio: digero: augmento. ꝛc. quia non important formaliter actum anime cognitiue: quia forma arboris etiam augmentatur ꝛ nutritur. Dicitur vel actum intellectus ad includēdum illa verba: intelligo: scio. ꝛc. ꝛ ad excludendum illa verba video: audio. ꝛc. que licet importent actū cog-

nitiuum non tamen intellectus: dictio tamen appellans vtrumq; copulatim importare debet. Dicitur vel talem includentem propter signa reduplicatiua speciuocatiue capta: que terminum quem determinant faciunt appellare suam rationem: vt nullum elementum inquantum elementum est coloratum. Dicitur in cuius termini. ꝛc. quia platonem in illa non appellat suã rationem: ego platonem cognosco.

¶ Signa facientia appellationem rationis sunt triplicia. Quedam enim appellant ad conceptum tantum. Quedam faciunt appellationem quo ad conceptum: ꝛ cum hoc quo ad assensum vel dissensum. Quedam vero ad hec superaddunt actum voluntatis vel appetitus: vt sequenti habes figura.

- Dictiones appellant suam rationem tripliciter scz vel.
  - Quo ad cõceptum: vt.
    - Intelligo.
    - Apprehendo.
    - Cognosco.
    - Concipio.
    - Imagino.
    - Significo.
    - Denoto.
    - Et similia.

    Illoꝝ verboꝝ appellatio sic exprimitur. Ego cognosco venientem. i. ſm conceptum venientis.
  - Quo ad cõceptum ꝛ assensum vel dissensum: vt.
    - Scio.
    - Credo.
    - Opino.
    - Dubito.
    - Assentio.
    - Dissentio.
    - Concedo.
    - Et similia.

    Appellatio sic exprimitur. Ego scio hominem esse animal. i. ſm conceptum pre supponentem assensum illi⁹ propositionis homo est animal.
  - Quo ad assensum vel dissensum et actũ voluntatis vel appetitus: vt.
    - Diligo.
    - Desidero.
    - Cupio.
    - Appeto.
    - Volo.
    - Promitto.
    - Et similia.

    Ego diligo fratrẽ meum. i. ſm actũ dilectionis ꝓsupponentẽ assensum alicuius ꝓpõnis in qua ponitur conceptus huius complexi fratrem meum.

Notabile.

¶ Inciptentibus satis est scire antepositas dictiones facere appellationem rationis non curando quo ad conceptum: vel quo ad assensum. ꝛc.

# Finitur appellationũ tractatus.

# Textus Mars. de statu.

Cōtinuat mars. sequentia precedentibus de statu premittendo.



Postq̄ dictū est de suppositionibus: ampliationibus: appellationibus: restat de restrictionib⁹ ⁊ terminoꝝ alienationibus dicere. Pro maiori tamen restrictionis intellectu primo est considerandus status ſm quē terminus nō restringit̄ nec ampliatur. Status enim vltra quē terminus sepe ampliatur ⁊ citra quē restringitur sepe. Est suppositio termini pro omnibus suis suppositis vel omni suo supposito sibi adequate correspondentibus vel correspondente respectu vnius differentie tēporis precise: vt presentis tantum: vel preteriti solum: vel futuri: vt homo currit: adam fuit: antichristus erit.

Diffi. status.

Intētio textus.

¶ Continuat mars. hic seqnentia ad p̄cedentia premittendo de statu: qui est vltra restrictionē materialem: ⁊ infra ampliationem: ⁊ pro diffinitione status in textu posita sequentia duo notabilia: ⁊ duo habes corolaria. Aduerte enī primo in diffinitione status poni: est suppositio nam subiecta illarum Chimera est: vacuum est: non supponunt ſm statum: cum in toto nō supponant. ¶ Dicitur pro omnibus suis suppositis id est significatis materialibus. Et significatū materiale vt habet Mars. superius de appellationibus. Est res ꝓ qua terminus supponit: ⁊ includunt̄ per clausulā dictā termini cōmunes qui supponūt pro suis significatis materialibus. ¶ Dicit̄ vel omni suo supposito: id est significato materiali ꝑ hoc excludit̄ ille terminus homo: in illa: homo albus currit: iam enim non supponit pro ethiope: qui tamen est suum suppositum. ¶ Dicitur sibi adequate correspondentibus. ⁊c. vbi terminus adequate: dicit exclusionem quo ad alias differentias temporum. Et illud significatum dicitur correspondere termino ad aliquam differentiam temporis pro quo talis terminus seorsum acceptus et adequate ad illam differentiam temporis est verificabilis. Et sic homo in illa: homo est animal: supponit secundum statum licet non supponat pro omnibus suis suppositis: quia pro adam non: sufficit tamen ꝙ supponit pro omnibus suis suppositis sibi correspondentibus ad vnam differentiam temporis.

Mōbile. 1. ꝓ declaratiōe diffinitionis status.

Significatū dicitur correndere termino ad aliquā differētiam temporis.

Tria requirunt̄ ad terminum supponentem scdm statū.

- Primum. Q̄ supponat: vnde illi termini vacuum: ⁊ chimera: non supponunt ſm statum. ⁊c.
- Secundum: ꝙ supponat pro omnibus suis suppositis vel omni suo supposito sibi correspondētibus vel correspondente ad copulam ad quam accipitur. Et ꝑ hoc differt status a restrictione materiali.
- Tertium: ꝙ supponat respectu vnius differētie tēporis precise. Et ꝑ hoc differt status ab ampliatiōe.

¶ Cozolarium ex dictis sequitur. Q; omnis terminus supponens suppositione accidentali: aut ampliat: aut restringitur: aut supponit ſm statum. Et suppositio accidentalis dicitur que fit respectu copule importantis tempus. Essentialis vero dicitur que fit respectu copule absolute a tempore: r ad talem copulam terminus nō ampliatur: nec restringitur: nec supponit ſm statum.

Cozolarium. 1.

Duplex est suppositio accidentalis r essentialis.

¶ Cozolarium aliud. Terminus discretus ſm aliquos non supponit ſm statum quia terminus supponens ſm statum debet esse ampliabilis r restringibilis materialiter: r licet terminus discretus sit ampliabilis non tamen restringibilis materialiter: ideo non supponit ſm statum. Hoc tñ non est verum ſm Marſ. qui de terminis discretis ſm statum supponentibus exempla ponit.

Cozolariū. 2.

# Questio de statu.

## ¶ V. Diffinitio Status sit bona.

¶ Pro questione nota q; Status in proposito capitur secunde intentionaliter pro proprietate logicali termino attributa et est a parte rei suppositio quedam termini. Et dicitur status quasi in medio stans: sez inter ampliationem: r restrictionem materialem.

Satus in ppoſito.

¶ Respondetur ad questionem. Diffinitionem status (in textu positam) esse bonam: per consequens questio vera. Est enim vna indefinita affirmatiua cuius extrema supponūt pro eodem: supponunt enim pro statu diffinitione intellecta ſm formam declarationis prehabite.

Questionis ſolutio.

¶ Arguitur ſi diffinitio status esset bona sequeretur terminum discretum supponere ſm statum: consequens est falsum: igitur r antecedens consequentis falsitas probatur: quia terminus supponens ſm statum debet esse restringibilis restrictione materiali: sed terminus discretus nō est restringibilis restrictione materiali igitur non supponit secundum statum.

¶ Ad argumentum respondeatur iuxta intentionem secundi cozolarij: quia ſm Marſ. non requiritur q; terminus supponens ſm statum sit restringibilis restrictione materiali: dummodo talis terminus habeat suppositum sibi correspondens ad vnam differentiam temporis precise.

# De Statu finis.

# Clarissimi philosophi Mars. restrictionum tractatus.

Tria ad restrictionē requisita.

Restrictōis dif.

Corolarium. 1.

Corolarium. 2.

Hic ponunt. 5. regle restrictōis materialis: quia formalē restrictionem Mars. nō ponit.



Is de statu premissis dicendū est de restrictione: pro quo nota ad restrictionē tria esse necessaria. s. restringens: restringibile ⁊ supposita respectu quoꝝ fit restrictio. Est itaq; restrictio suppō termi restrīgibilis ꝓ paucioribus suppositis q̄ꝫ ꝑm statū supponeret ꝓpter adueniens restrictiuū: vt oīs hō bonus est deo gratus: homo albus currit: homo studiosus acquirit scientiam. Ex illo sequit̄ restrictionem proprie non nisi termino attribui ⁊ non copule: eo ꝙ oīs restrictio est suppō sicut ⁊ ampliatio. Secūdo infert̄ terminū posse restringi respectu pluriū differētiarū tēporis: vt oīs homo iustus saluabit̄: ibi homo supponit pro hominibus presentibus ⁊ futuris: non tamen pro omnibus sed pro iustis solum. Istis positis notabilibus ponende sunt restrictionum regule. ¶ Et sit hec prima. Om̄e quidditatiue inferius natum est restringere suū quidditatiue superius: vt aīal homo currit: hō socrates mouet̄. ¶ Secūda regula. Omne essentialiter inferius natū est restringere suū superius: vt aīal rationale currit. ¶ Tertia regula. Om̄e adiectiuū superius pōt restringere suū subiectū inferius vel econuerso: vt hō albus currit: homo restringit̄ ad supponendū pro hoībus albis. ¶ Quarta regula. Oēs termini de se inuicem verificabiles se mutuo possunt restringere: vt omnis homo qui est socrates currit. ¶ Quinta regula. Determinatio inferior pōt restringere suū determi-

nabile superius ꝛ ecõuerso: vt quidam homo est vir: aliquis homo currit. Et hec dicta sunt de restrictionibus.

¶ Habita ꝛ premissa diffinitione Status cõsequenter Marsˢ. determinat de restrictionibus: ponendo primo tria necessaria ad restrictionem requisita: de inde subiungit restrictionis diffinitionem annectendo duo corolaria. Et postremo quinq restrictionum regulas ponit. Et pro maiori textus euidentia sequens mouetur questio. Continuatio.

## ¶ Vtrum Diffinitio Restrictionis sit bona.

¶ Ante questionis solutionẽ duo ꝑmittunt notabilia. Nam diffinitio marsˢ. de qua q̃rit questio est insufficiens: qz datur tm̃ de restrictiõe materiali ꝛ terminus discretus ꝑ̃ diffinitionẽ marsˢ. nõ potest restringi debet itaq; ad diffinitionẽ addi hec clausula: vel ad pauciores differentias tpm: ad includendum restrictionẽ formalem. Itaq; in genere hec erit diffinitio restrictionis. Est suppõ termini ꝓ paucioribus suppositis: vel ad pauciores differentias tpm ꝓpter aliquã determinationẽ sibi: aut copule additã: sine qua supponeret ꝑ̃ statũ. ¶ Dicit ꝓ paucioribus suppositis ad includendã restrictionẽ materialem: vnde hõm illis hõ risibilis currit: hõ rõnalis est aial: hõ vines disputat: non restringitur cum non supponat pro paucioribus suppositis. ¶ Dicitur vel ad pauciores. ꝛc. ad includendam restrictionem formalem: alie diffinitionis clausule patent. Et ex dictis duplex habetur restrictio. Notabile. 1. Diffinitio restrictionis ipsius marsˢ. est insufficiens. Vera restrictionis diffinitio.

Restrictio est duplex.

- **Materialis.** Hec diffinitur in textu Marsˢ. cuius diffinitionem ꝛ exempla vide.
- **Formalis.** Est suppositio termini ad pauciores differentias tpm propter aliquod additum sine quo supponeret ad plures: vt homo qui est fuit animal: terminus homo iam restringitur restrictione formali. Notabile. 2.

¶ Respondetur ad questionẽ negãdo eam de restrictione in genere: qz est insufficiẽs cũ non ꝙueniat restrictioni formali: neq; termino discreto: qui tñ potest ampliari: ꝓ ꝙsequens etiã restringi: non restrictiõe materiali cum non habeat plura suppoſita: sed restrictiõe formali ad pauciores differẽtias tempoꝝ. Tamẽ Marsˢ. restrictionẽ formalẽ non ponit: sicut patet ex diffinitione ꝛ ex corolarijs ac regulis quas in textu ponit. Questionis solutio.

¶ Arguit cõtra questionis fundamentũ. Nulla est restrictio materialis: igit diffinitio nulla: antecedens probatur: si enim aliqua esset restrictio materialis: maxime cõueniret adiectiuo: sed hoc non potest esse qz ois restrictio fundatur in suppositione: sed terminus adiectiuus non supponit: igitur restrictio sibi non ꝙuenit: ꝓ ꝓns nulla erit restrictio materialis. ¶ Respondetur ad argumentum: licet omnis restrictio fundetur in suppositione: non tamen oportet q̃ terminus qui restringit supponat sufficit enim supponere terminum qui restringitur.

## Restrictionũ tract. finitur.

# Tract. Alienationū.

# Clarissimi philosophi Marsi.

## Alienationum tractatus.

Prima alienationum regula.

¶ Nota dictam expositionẽ tenere quãdo signa alietatis capiunt ꝓpꝛissime: qꝛ si signũ capit cõmuniter: tunc talis ꝓpõ non est expoꝛibilis sed sententia eius exprimit sufficienter per vnã cathegoꝛicã: vbi vnũ extremoꝝ negatur de altero: vt vacuũ differt a chimera: que valet tantũ vacuum non est chimera. Si vero signũ tenetur propꝛie tunc sufficienter exprimitur ꝓpõnis talis sententia per duas ꝓpõnes in quaꝝ prima ꝝ adiacens predicatur de vno extremoꝝ. Et in secunda vnum extremoꝝ de alio affirmatiue vel negatiue ꝝ exigentiã ꝓpõnis: vt illa: socrates differt a chimera: sic exponitur: socrates est ꝛ socrates non est chimera. Möbile. 3.

# Secūda pars cōsequentiaꝝ.

## Septimum cap. de infinitū.

INfinitū qñq; attribuit magnitudinibus: qñq; numeris: qñq; virtutibus: qñq; durationibus: sed hic solum loquor vt magnitudinibus vel numeris attribuit: z sicut in istis ita z in alijs exponitur. Et in continuis siue magnitudinibus idem est dicere infinitum: z extensum sine termino: vt linea est infinita secundum longitudinem: ideſt extensa sm longitudinē sine termino. Sic etiā exponit infinitū in multitudinibus: vt numerus est infinitus: ideſt nō habens terminum: z sic infinitū capit categorematice. Alio modo capit sincategorematice z sic in magnitudinibus sic exponit: infinitum est qđ est aliquātū: z quantūlibet maius vt ifinitū est ens: ideſt aliquantū est ens: z quantūlibet maius est ens. Sed in multitudinibus infinitū sincategorematice captū dupliciter exponit. Vno modo sic: due partes: et quattuor: centū: mille: z sic sine termino: z sic in continuo sunt infinite partes. Alio modo exponit sic: aliquot z non tot quin plura et sic forte posset negari in continuo esse infinitas partes.

*Infinitū categorematice exponitur.*

*Infinitū sincategorematice exponitur.*

*Regula. 1.* ¶ Consequenter sit hec prima regula de infinito. Ab existētia infiniti in magnitudinibus categorematice accepti sequitur quālibet eius partē que nominat aliquotta esse infinitā: vt infinitū est: ergo medietas eius est infinita: z igitur tertia eius est infinita z sic de alijs: sequit etiā ex hoc partē

*Regula. 2.* infiniti non esse minorē toto. ¶ Secunda regula ab esse infiniti sincategorematice capti ad esse infiniti categore-

matice capti est bona ꝓsequentia: vt infinitū est hoc lignū: igitur hoc lignū est extensum sine termino: vltra igitur infinitum: capiendo cathegorematice. Hec de infinito.

¶ Docet presenti cap. Marsi. expositionē ꝑpōnum de infinito diuersimode capiendo infinitū scz cathegorematice vel sincathegorematice: prout attribuit magnitudini vel multitudini: z est ꝑpōnum de infinito expōsito facilis vt tradit hic Marsi. qui in hoc articulo per oīa tenet z iuxta eiusdē doctrinā infiniti acceptionē z expositionem sequenti habes figurato notabili. Intētio textus.

Infinitū ad ꝑpositū capitur dupliciter scz.

Cathegorematice quādo scz ponitur se solo a pte alicuiꝰ extremi. Et sic vel attribuitur.

Magnitudini. Et sic idem est infinitum z extensum sine termino: vt corpus est infinitum. i. extēsum sine termino.

Multitudini. Et sic infinitum iterum tantum valet sicut sine termino: vt dicendo multitudo est infinita. i. sine termino.

Sincathegorematice qñ scz habet substātiuū expresse secum positū. Et sic vel attribuitur.

Magnitudini. Et sic infinitum exponitur aliquantum z quantumlibet maius: vt infinitum pondus potest socrates portare. i. aliquantū pondus et quantumlibet maius. Notabile.

Multitudini: et sic exponit dupliciter.

Uno modo infinitū valet tantum due partes: et tres: quattuor: z sic sine statu: vt infinite partes sunt ī cōtinuo. i. due partes: tres partes: z sic sine statu.

Alio modo infinitū valet tm̄ sicut aliquot z nō tot quin plura. z c.

# Octauum cap. de comparatiuo et superlatiuo.

PRimo videndū de cōparatiuo qui qñq; tenetur ꝑprie sic denotat res inter quas fit cōparatio in suo significato ꝓuenire: vt fortior in fortitudine: doctior in doctrina Et sic ꝑpones in quibus cōparatiui ponunt exponunt per copulatiuā trimembrem: vt socrates est fortior platone: exponitur sic: socrates est fortis: z plato est fortis z plato nō Comparatiuus ꝓprie tentus exponitur.

est ita fortis sicut socrates: sic illa est falsa deus est melior diabulo: qꝛ secūda exponens est falsa. ſ. diabolus est bonus.

Cōparatiuus impꝛie capit dupliciter: ꝛ ſm hoc duplicem ſumit expoſitionem.

Alio modo cōparatiuus tenet impꝛopꝛie: ꝛ hoc dupliciter. Uno modo enim comparatiuus denotat ſolum poſitiuum verificari de ſubiecto: reſpectu cuius fit cōparatio: vt hic deus est melior diabolo: ſignificat enim ꝙ deus est bonus: nō

Prima expoſitio

ꝙ diabolus ſit bonus: ꝛ ſic exponitur per duas exponentes: deus est bonus: ꝛ nullus diabolus est ita bonus ſicut deus: ꝛ hoc modo vulgares loquuntur. Alio modo tenetur ſic ꝙ nō denotat comparatiuus poſitiuū de aliquo eoꝝ inter que fit comparatio verificari: ſed ſolum denotat oppoſitū poſitiui verificari: cum hoc addito minus de ſubiecto: vt fornicatio est melior adulterio: nō ſignificat ꝙ fornicatio ſit bona: vel ꝙ adulterium ſit bonū: ſed ꝙ fornicatio ſit minus mala ꝙꝫ adulterium: ꝛ licet iſte ſit modus impꝛopꝛiſſimus: est tamē

Scōa expoſitio

vſitatus pꝛopter pꝛopoſitiones cōmuniter cōceſſas. Et cō paratiuus tentus hoc modo exponitur per copulatiuā tri membꝛem: cuius duo membꝛa capiunt̄ per poſitiuū oppoſitum poſitiuo comparatiui: vt aſinus est rationalioꝛ capꝛa exponitur ſic: aſinus est irratiōalis: ꝛ capꝛa est irrationalis: ꝛ aſinus est minus irrationalis ꝙꝫ capꝛa. Unde patet qualiter exponit̄ comparatiuus illo modo tamen non pꝛeſuppoꝛnit poſitiuū ſuū ſed poſitiuū ſui oppoſiti: ꝛ etiam qualiter cunqꝫ capiat̄ cōparatiuus includit ſemper in ſe negationem diſtribuentē terminū cōmunem ſe ſequentē in quem tranſit actus eius. Et nota ꝙ poſitiones de cōparatiuis negatiuas

Negatiue de cō paratiuis expo nuntur.

esse exponendas per disiunctiuam de partibus oppositis. Deinde nota si cōtingat ablatiuū quem regit cōparatiuus precedere comparatiuū non ꝯfunditur cōfuse distributiue: ideo tunc tertia exponens non debet esse vniuersalis: vt socrates est homine fortior: sic exponitur: socrates est fortis: ⁊ homo est fortis: ⁊ homo non est ita fortis sicut socrates. Per hoc possunt ꝓportionabiliter inferri cōsequentiarum regule in cap. de exceptiuis posite. ¶ Preter tamen illas sit hec regula. Arguendo mediante cōparatiuo gradu posito cum ablatiuo sequente cum signo vniuersali aut aliqua determinatione ad eundē ablatiuum sine signo vel determinatione non oportet consequentiā valere: vt non sequitur: socrates est fortior omni homine: igitur socrates est fortior homine. ¶ Alia regula. Arguendo a comparatiuo ablatiuo preposito ad eundem ablatiuum postpositum non valet cōsequentia: vt non sequitur: socrates est homine fortior: igit̄ socrates est fortior homine.

Regule ꝯñarū de cōparatiuis.

¶ Mars. hac parte huius cap. ꝑ tres acceptiones cōparatiui expositionē docet ꝓpōnum in quibus cōparatiuus ponitur: ⁊ pro intellectu eoꝝ que in textu habentur de cōparatiuo: vnicum notabile ⁊ duas habes regulas.

Intētio textus.

- Cōparatiuꝰ accipit̄ tripliciter. scz.
  - Vno modo adiectiue: vt fortior homo.
  - Secundo modo partitiue: vt fortior hominum.
  - Tertio modo cōparatiue: et sic capit̄ triplicit̄. scz.
    - Proprie: ꝓut p̄supponit formam in qua fit cōparatio inesse vtriq; cōparatoꝝ vni tñ magis q̄ alteri. Et ita capit̄ comparatiuus in proposito.
    - Improprie: inquantū p̄supponit formā in qua fit cōparatio in esse vni comparatoꝝ et non alteri: vt iustus est melior iniquo.
    - Improprijssime: in quantū non denotat formam in qua fit comparatio inesse alicui cōparatorum sed bene oppositum: licet vni minus q̄ alteri: vt homicidium est melius heresi.

Notabile.

# Secūda pars cōsequentiaꝝ.

De expositione propositionum in quibus ponuntur comparatiui sequentes nota regulas.

Regula. 1. ¶ Prima regla. Quelibet ꝓpō de cōparatiuo ꝓprie sumptō exponiꝫ per vnam hypotheticā ꝯinentē tres cathegoricas. Et si comparatiuus affirmaꝫ exponitur copulatiue: si vero negaꝫ exponiꝫ disiunctiue.

Regula. 2. ¶ Secunda regula. Cuiuslibet ꝓpositionis affirmatiue de cōparatiuo prime due exponētes debent esse affirmatiue: in quaꝝ prima positiuus illius cōparatiui dicit de re excedente. Et in secunda positiuus comparatiui predicaꝫ de re excessa. Sed tertia exponens debet esse negatiua in qua negatur idem positiuus de re excessa respectu excedentis: ita ꝙ terminꝰ significans rem excessam subijciaꝫ ⁊ terminus significans rem excedentem predicet: vt illa: equus est fortior homine sic exponitur: equus est fortis: ⁊ homo est fortis: ⁊ nullus homo est ita fortis sicut equus. Sed propositiōes de comparatiuo negatiue exponuntur per disiunctiuam trimembrē de partibus oppositis copulatiue per quam affirmatiua exponebatur: vt illa: nullus asinus est maior equo: sic exponitur: nullus asinus est magnus vel nullus equus est magnus: vel equus est ita magnus sicut asinus.

Corollarium. ¶ Corollarie ex dictis sequitur dictam expositiōem tenere si comparatiuus capitur proprie. Si enim cōparatiuus caperet improprie vel improprijssime tunc expone ꝓpositionem in qua talis ponitur comparatiuus eo modo sicut docet Marsi. in textu.

Suplatiuus affirmatiue ⁊ negatiue exponiꝫ. ¶ Restat nunc dicere de superlatiuo pro quo nota superlatiuū quandoꝙ exponi affirmatiue: vt socrates est fortissimus: idest omni alio a se fortior: ⁊ sic intelligiꝫ dictum philosophi octauo Ethicoꝝ: quod per superhabundantiā dicit vni soli rei conuenit. Alio modo exponiꝫ sic: socrates est fortissimus: idest nullus alius est fortior socrate. Ex hoc patet quomodo exponende sint ꝓpositiones in quibus ponuntur superlatiui: nam si affirmatiue teneatur superlatiuus exponitur per copulatiuā trimembrē: vt hec: socrates est fortissimus hominum: socrates est fortis ⁊ homines sunt fortes: et socrates omni homine alio a se est fortior. Negatiue vero exponuntur per disiunctiuā de partibus oppositis partibus copulatiue. Sed quo ad consequentiarum regulas ponantur regule prius dicte. Et preter eas sit hec. A superlatiuo

Regula.

ad cõparatiuũ terminis eodẽ modo retentis non valet consequentia: vt non sequit: socrates est fortissimus hominum: igit̃ socrates est fortior homine. Et alie due regule de comparatiuo posite: hic conformiter applicari possunt.

Intẽtio textus.

¶ Consequenter in hac secunda ⁊ vltima parte huius cap. auctor ponit expositionem propositionũ in quib⁹ ponunt superlatiui: q̃ tales ꝓpones exponãtur affirmatiue probat auctoritate philosophi que originaliter quarto Topicoꝝ habetur. Sed auctoritas octauo Ethicoꝝ est perfectã amicitiam nõ esse nisi ad vnũ: quia quod per superhabũdantiam est ⁊ perfectũ: non potest fieri ad plures ꝙ ad vnum. ⁊c. Et post dictam auctoritatẽ Marsilius ponit talium propositionũ tam affirmatiuaꝝ ꝙ negatiuarũ expositionẽ: deinde superaddit modum arguendi in talibus propositionibus. Et pro euidentia textus sequentem nota exponendi modum.

De expositione affirmatiuarũ.

¶ Propositiões de superlatiuo affirmatiue exponunt̃ per copulatiuã continentem tres cathegoricas quarum prima est affirmatiua in qua predicatur positiuus superlatiui de re excedente. Et secũda est affirmatiua in qua positiuus superlatiui predicat̃ de re excessa. Tertia vero exponens est affirmatiua affirmans comparatiuũ illius superlatiui de re excedẽte per comparationẽ ad rem excessam captam vniuersaliter: vt illa. Celum est maximũ corporum: sic exponit̃. Celum est magnũ ⁊ corpora sunt magna: ⁊ celum est quolibet corpore a se maius.

De negatiuorũ expositione.

¶ Propositiones de superlatiuis negatiue exponunt̃ p disiunctiuã de partibus oppositis partibus copulatiue per quã affirmatiua est exposita: vt illa. Terra non est minimũ corpoꝝ sic exponit̃. Terra nõ est pua vel alia corpora nõ sunt parua: vel terra nõ est minor aliis corporibus.

# Nonum cap. de signis collectiuis.

Quid sit Sẽs collectiue.

SCiendum q̃ nihil aliud̃ est dicere omnes collectiue quã tota collectio: aut maximus numerus: ideo illa: omnes apostoli dei sunt duodecim: capiendo omnes collectiue: sic exponitur: maximus numerus apostoloꝝ dei est duodecim: similiter omnes alie exponuntur. Et quelibet talis in qua signum tenetur collectiue est indefinita non vniuersalis.

Regula. 1.

¶ Sed quantum ad istaꝝ propositionũ consequentias sit hec prima regula. Arguẽdo a signo stante collectiue ad suppositũ termini cui addit̃ non valet ꝯsequentia: vt nõ sequit̃:

omnes apostoli dei sunt duodecim: igit̄ isti sunt duodecim: demonstratis duobus. ¶ Secunda regula. Conuertendo collectiuam in terminis est bona consequentia: vt oēs apostoli dei sunt duodecim: igit̄ duodecī sunt oēs apostoli dei.

Nōbile. 2.

Regula. 3.

¶ Tertia regula a qualibet collectiua ad suā preiacentē est bona ꝯsequentia: et voco preiacentē istā que remanet signo deposito: vt bene sequit̄ oēs apl'i dei sunt duodecim: igitur apostoli dei sunt duodecim. Hec de collectiuis.

Intētio textus. Signum collectiuum.

¶ Presenti cap. Mars. ponit duplicē expositionē ꝓpōnum in quibus ponuntur signa collectiua. Et signū collectiuū est signū ratione cuius terminus cōmuniter tentus sup quē fertur si nō impedit̄ accipit̄ ꝓ quolibet suo supposito copulatim: vt sunt ista signa collectiue ea capiendo: oēs: oīa: cuncti: singuli: ⁊ hec signa faciūt suppositionē collectiuā: vt oēs liberales artes sunt septē: cuncte femine affabiliores sunt viris: singuli homīes currunt et hec ⁊ similes ꝓpōnes ꝑm Mars. qui suppositionē collectiuā nō ponit oēs sunt indefinite: est tñ verior opinio ⁊ tenēda suppositionē collectiuā esse ponendā: vt habes quest. nona de suppo. ⁊ in vna regula post regulas suppositionum: ideo dicte ꝓpōnes sunt vniuersales ⁊ sunt exponēde vel per cathegoricam vel per hypotheticam vt clare hic in textu Marsilij habes.

# Decimum cap. de signo totus.

Totꝰ cathegorematice exponitur.

Totꝰ sincathegorematice exponitur.

Totus mixtim capiendo exponitur.

Totus qñqꝫ capit̄ pure cathegorematice tūc tm̄ valet sicut aliqd̄ habēs partes: ⁊ sic idē est dicere: totus socrates est hō: sicut aliqd̄ habēs partes est homo: qñdoqꝫ vero totus pure capit̄ sincathegorematice ⁊ sic tm̄ valet sicut q̄libet pars: sic hec ꝯcedit̄: totus socrates est minor socrate: qꝛ ꝑcat ꝙ q̄libet pars socratis sit minor socrate. Tertio modo capit̄ totus partim cathegorematice partim sincathegorematice: tunc sic exponit̄: hoc est illud: ⁊ nihil illius quin sit illud: sic totū sexto Phisicoꝝ cepit philosophꝰ dicēdo si pūcta sunt in linea totū punctū tangit totum: idest ꝙ nihil sit vnius quin illud tangat reliquū: ⁊ sic ꝯsueuimus dicere: tota

anima intellectiua est in corpore: idest nihil est ipsius anime intellectiue quin sit in corpore. ¶ De consequentijs de totus formandis sit hec prima regula. Capiendo totum categorematice est consequentia bona a propõne in qua ponit totum vt totus socrates est hõ: ergo socrates est homo. ¶ Scõa regula capiendo totum sincategorematice a propõne in qua ponitur totus ad eandem dimisso termino totus nõ valet consequentia: vt non sequitur: totus socrates est minor socrate: igitur socrates est minor socrate.

Consequentiae regule de totus

¶ Dic Marsi. sm triplicem acceptionem totius: docet quo modo propositiones de totus sint exponẽdę. aliter in eis sit arguendũ duas ponit regulas. Et ex textu Marsi. patet quomodo propositiones de termino totum: sint negandę: et quomodo concedende sm q totum: aliter et aliter sumitur. Nam capiendo totum: categorematice iste conceduntur: totum quod est in mundo est in oculo meo. Tota pecunia mundi est in bursa mea. Joannes dat mihi totum quod possidet: sed sincategorematice capiendo totum: omnes dicte propositiones sunt false. Sic etiam ille: totus deus est: tota anima intellectiua est: negantur categorematice vel sincategorematice capiendo totum: sed mixtim capiendo conceduntur.

Intẽtio textus.

## Vndecimũ cap. de ita et sicut.

SIcut est similitudinis aduerbiũ ideo semper connotat conuenientiam eorum inter que ponitur vt participẽt in aliqua habitudine: vt socrates est ita albus sicut plato. termini sicut et ita denotant q̃ vterq; et socrates et plato sit albus et hoc modo tenentur improprie alio modo sicut et ita strictius tenentur dicunt tunc totalem similitudinem: et sic illa: socrates est ita fortis sicut plato: exponitur per copulatiuam trimembrem: vt socrates est fortis: et plato est fortis: et socrates nec est magis nec minus fortis quã plato sed sunt eque fortes. Sed negatiua exponitur per disiunctiuã

Sicut et ita impropríe.

Sicut et ita propríe.

trimembrem de partibus oppositis: primo modo sicut ⁊ ita aliqualem denotant similitudinem rerum inter quas fit cō paratio ⁊ sic largius capiantur non oīmodam tunc dicunt similitudinē: vt socrates est ita fortis sicut plato exponitur per copulatiuam trimembrem prout iam dictū est. Sed ad

Regula ꝓñarū. istarum ꝓpōnum consequentias sit hec regula. Arguendo a propositione affirmatiua in qua ponunt̄ hec aduerbia sicut et ita: ad propositionem in qua ponit̄ alterꝝ comparatorū est bona consequētia: vt bene sequit̄: socrates est ita bonus sicut plato: igitur socrates est bonus et plato est bonus. Et presens regula est intelligenda capiendo sicut proprie: ponā tur ⁊ hic proportionabiliter regule: in capite primo de ex ceptiuis dicte: ⁊ hec de expositionibus sicut ⁊ ita (meliori sal uo iudicio) sufficiant: deo optimo aspirante (cui sit laus et gloria) foeliciter ad finem deducta.

Intētio textus. ¶ Presenti vltimo cap. Marsilius dicit ista aduerbia sicut ⁊ ita dupliciter teneri scz proprie ⁊ improprie ⁊ exponit propositionē affirmatiuā de signo similitudinis per copulatiuā continentem tres cathegoricas: quaꝝ due sunt affirmatiue ⁊ in prima positiua ꝫ dicatur de re excedente: ⁊ in secunda de re excessa. Tertia vero ꝓpō sit negatiua in qua positiuus tum: magis vel minus ꝙ ⁊ subiecto dicit̄ de alio extremo: vt Hermani sunt ita bellicosi sicut Halli: que sic exponitur. Hermalli sunt bellicosi: ⁊ omnes Halli sunt bellicosi: ⁊ Halli non sunt magis vel minus bellicosi ꝙ Hermani. Sed propositio negatiua de signo similitudinis exponitur per disiunctiuam trimembrem de partibus oppositis partibus copulatiue per quam exponebatur affirmatiua: vt illa: petrus nō est ita doctus sicut paulus: sic exponitur: petrus non est doctus: vel paulus non est doctus: vel paulus est magis vel minus doctus ꝙ petrus.

**Foeliciter secunda consequentiarum pars finitur.**

# Queſtiones putiles in Ariſt. poſteriora: eruditiõe refertiſſima: per Conradũ Pſchlacher Artium profeſſorem ac Theologie baccalaureũ (pro non mediocri ſtudioſorum fruge) luculenter congeſte.

## Additã eſt in obligationes ⁊ inſolubilia compendiaria introductio.

VADIANVS LOGICAE STVDIOSIS.

Quo mage culta tibi logicæ documenta placerent
Conradi effecit ſueta labore manus.
Aedita nam nuper, rurſum præcepta pererrans
Addidit inuentis quæ latuere prius.
Idcirco ut nuſq̃ meritis ſua præmia deſint,
Eſt iterum docto gratia habenda uiro.)

# Reuerẽdo in christo pri ac dño: dño Ioãni Lindenlaub, Abbati Runensi, generali ordinis Cistercienſiũ Cõmiſſario. CONradus Pſchlacher fœlicitatem optat & ſe cõmendat.

NON indignũ duxi (Reuerẽde gratioſe pater) pro tuis in me officiis meaq; lucubrationũ quicq; ad tuã. R.P. mittere ꝓſpicue enĩ noui tuã integritatẽ, animi conſtantiã, ac rerũ oĩm peritiã, taceo ſanctimoniã, ſingularẽ prudentiã, & reliquas inſignes tuas uirtutes, quibus effectũ eſt, ut Ciſtercienſiũ reuerẽdiſſimus te unũ e multis delegerit i generalẽ ordinis cõmiſſarium, tibi uni ſingula Ciſtercienſiũ moderamina cõmiſerit. Quomq; felici tua adminiſtratiõe multa ꝑclara geſſeris inter reliqua tñ hoc unicũ percelebre tuũ nomen poſteritati cõmendabit q; Viennẽſe Ciſtercienſiũ collegiũ certis annis ſolutũ reſtaurueris ſingulareq; oĩm literarum domiciliũ Ciſterciẽſibus effeceris. Quare & ego tuæ. R.P. tanq; precipuo litteratoq; oĩum patrono libellũ in Ariſt. Poſteriora (meo uidere) nõ ineruditũ uigili cura. per me congeſtũ offero ac dedico, me etiã tuæ R.P. recõmẽdo, tuamq; R.P. perbelle ualere cupio.

CONradus Pſchlacher Artiũ ꝓfeſſor. Studioſo.

QVOM ego (ſtudioſe lector) in tract. P e. Hiſ. & Marſilii logicam cõmentaria (iam pridẽ congeſta) diligẽti limatione recognoſcerẽ documẽtiſq; pluribus, nouis etiã quottationibus, omni ex parte illuſtrarẽ. Animaduerti quempiã facile totius dialectices ſummam tenere poſſe ſi dictis logices tract. fructuoſa ac pacuta Ariſtotelis in poſterioribus documẽta eſſent appoſita. Quare cũ nõ nobis ſolũ nati ſimꝰ publice ut conſulerem utilitati dicta in Ariſto. Poſteriora (oñi doctrina refferta) nõ paruo ſudore, ꝓgeſſi queſtiões (ſententia mea) perutiles, etiã nõ incõmoda breuitate cõtextas, Ariſtotelico textui correſpõdentes. Quibus pro totius dialectices cõplemento, addidi perbreuẽ in obligationes, & Inſolubilia introductionẽ, ita ut nimirũ hoc in cõpendiario logices opuſculo nihil quod ad uere dialecticæ normam attinet uideatur neglectum.

# Questio prima.

De Syllogismo demõstratiuo (tanꝯ de subiecto) sit scientia lib. analyticorũ posteriorum Aristotelis.

¶ Videtur ꝙ non. Quia de subiecto scientie presupponit ꝙ est: & quid est. Sed de syllogismo demõstratiuo nõ presupponit quid est: igitur syllogismus demõstratiuus nõ est subiectũ huius scientie maioꝝ & minoꝝ habent. 1. huius quest. 5. et. 8. vbi Arist. duas demonstrationis diffinitiões ponit: ideo videt quid est de syllogismo demõstratiuo nõ ꝓsupponere. Cõtra ꝗstionem obijcitur.

¶ In oppositũ. Est cõmunis auctoꝝ sentẽtia. Et signanter Lincolniensis in huius principio inquit. Intentio Aristotelis in isto libro est interrogare & manifestare demonstrationis essentialia. Qua ꝓpter in scientia tradita in libro isto est demõstratio genus subiectum. In ista questione incidentali nõ dicetur de diffinitionibus Syllogismi demonstratiui: de quibus habebitur infra quest. 8. Quid vero sit subiectũ & quot capiat modis. Vide in principio dialectice fol. 2. Tamen ante huius questionis solutionem vnũ habes notabile iuncto vno corolario. Linco.

Scientia de syllogismo est duplex: scz.

- Resolutoria siue inuentiua. Que docet syllogismũ reducere in sua principia. sicut est scientia lib. Priorum & Posteriorum. Resolutio enim syllogismi in sua principia est duplex. scz.
  - Consequẽtie. Qua resolui tur syllogismus in sua principia sibi cõuenientia ratione illationis: vt in terminos & ꝓpositiones. De hac resolutoria scientia agitur in lib. Priorum.
  - Consequẽtis Qua resoluitur ꝙsequens necessariũ in sua principia necessaria ꝓpter quoꝝ necessitatẽ ipm ꝙsequens est necessariũ. De hac resolutoria scientia in presenti scientia lib. Posteriorum agitur. Notabile.
- Inuentiua. Que dat modum inueniendi media multa ad aliquod ostendendũ ꝓpositum. Et scientia Topicorum & Elenchorum.

De duplici scia inuẽtiua. Tata. 1. quest. 3. not. 1. Top.

¶ Ad dicta sequit resolutionẽ ꝙsequentis esse posteriorem resolutione ꝙsequentie: quia vbicuꝝ est resolutio ꝙsequentis ibi est etiam resolutio ꝙsequentie: & nõ econtra: ideo etiam liber in quo agitur de resolutione ꝙsequentie vocatur liber Priorũ analyticoꝝ. i. priorum resolutionũ. Liber vero in quo agitur de resolutione ꝙsequentis vocat liber Posteriorum analyticoꝝ. i. posteriorũ resolutionũ: mã analeris grece resolutio latine. Cõꝝ. Titulꝰ hꝰ libri.

¶ Ad Questionem respõdetur: de syllogismo demonstratiuo tanꝯ de subiecto attributionis est scientia lib. Posteriorum analyticorum Aristotelis. probat ꝙclusio. Quia syllogismus demonstratiuus habet Rñdet ad ꝗstio.

principia scz dignitates: ⁊ ꝓpositiones immediatas: habet etiam partes: scz demonstrationē vniuersalē-particularem-affirmatiuā-negatiuā-ostensiuam ⁊ ad impossibile: habet etiam passionem de seipso demonstrabilē: scz generatiuum scientie. Uel vt alij dicunt illatiuum cōsequentis ex antecedēte demōstratiue: igitur de syllogismo demōstratiuo est scientia tanq̄ de subiecto etiā vt patet per totam subiecti attributionis diffinitionē que habetur in principio primi tract. Pe. His. folio. 2.

Passio subiecti

Obiectionis solutio.

¶ Ad argumentū dicitur negando minorem. Et ad Arist. 1. huius dicitur ꝙ ipse de syllogismo demōstratiuo presupponat Quid nominis ꝙ sufficit: hoc tamen non obstante Quid rei syllogismi demōstratiui per diffinitiones explicat.

# Quest. secūda.

1. Doct. ⁊ discipl. capiunt̄ i textu ꝓ noticia ꝯclōnis demōstrate q̄ fit ex p̄existēti ꝯgnitiōe p̄missarum (s̄m Arist) pōt tn̄ pn̄s text⁹ etiā aliter itelligi vt habet̄ in ꝯclusiōe q̄stionis

## Omnis doctrina omnisq̄ disciplina intellectiua ex antecedenti cognitione fieri solet.

¶ Philosophus suū orditur librū dictam per conclusionē ideo. Quia dicturus de syllogismo sciētie generatiuo prius philosophoꝝ refellit opiniōes scire ipsum destruentes: ad quod refutandum dictam assumit conclusionem: quā inductiue probat in scientijs demōstratiuis: Dialecticis: ⁊ Rhetoricis. Unde presenti super ꝯclusione sequens mouetur questio.

## ¶ V. Omnis doctrina ⁊ omnis disciplina intellectiua ex preexistenti fiat cognitione.

Cōtra q̄stionem obijcit̄ dupliciter

¶ Uidetur ꝙ non. Quia phisice loquēdo. vel fieret ex preexistēti cognitione intellectiua vel sensitiua nō primum: quia illa fit ex alia: Et sic esset processus in infinitum. Nec secundū quia de deo ⁊ intelligentijs: ⁊ multis alijs habemus scientiam de quibus tamen nullam habemus noticiam sensitiuam.

¶ Etiam logice intelligēdo questionem: videtur ꝙ non omnis cognitio cōclusionis fiat ex cognitione premissarū quia (vt prius etiā dictum est) fieret ⁊ ibi processus in infinitum cum non appareat vbi tamen sit status.

¶ In oppositum est Aristo. qui ad destruendā Platonis opinionem (que habetur infra quest. 6.) dictam vniuersalē assumit conclusionem: pro cuius pleniori intellectu duo habes notabilia duobus cum corolarijs.

Nōbile. 1.

¶ Anima duertendū est doctrinā ⁊ disciplinā in proposito capi pro eodē. s. pro noticia ꝯclusionis syllogismi demōstratiui. Et sunt idez realiter sed differunt ratione: nam dicit̄ doctrina prout ꝓcedit a doctore. Et eadem cōclusio dicit̄ disciplina prout recipit̄ in discipulū. Unde per nomen doctoris Linco. nō solum intelligit vocem que est aptissimū docēdi instrumentū (iuxta illud Plinij) viua vox plus afficit q̄ mortua pellis. Sed etiā illud (s̄m dictū Linco) vocat̄ doctor a q̄ p̄ricipaliter. vel instrumētaliter doctrina ꝓcedit: vt sunt: scriptor-vox-mgr̄-intellect⁹: ita em̄ de itellectu agēte ingt. Et si verius dicamus: nec qui exteri⁹ sonat docet: nec littera scriptura exterius visa docet: sed solū mouēt hec duo ⁊ excitāt mentē. Sed verus doctor est qui interius mentē ⁊ intellectū illūinat ⁊ veritatē oñdit. Hec Linco.

Linco.

¶ Animaduertendū secūdo. Q̄ præexistēs cognitio est præcedens cognitio ad cuius esse sequit naturaliter esse alterius cognitionis. Et phisice loquēdo est cognitio sensitiua exterior. Sed logice loquendo est premissarū cognitio. Et ſm hoc q̄stio duplicē habet intellectū: primū phicū: illū. An oīs doct. ⁊ dis. ⁊c. fiat ex præexistēti cognitiōe. ſ. sensitiua. Secundū logicū illū. An Oīs doct. ⁊ disc. ⁊c. fiat ex p̄existenti cognitione. i. ex premissarum cognitione. Ex hoc patet prepositionē ex dicta in questione nō dicere circūstantiam partis vel subiecti. sed cause efficiētis instrumētalis. quoniā premissarū cognitio instrumentaliter efficit cōclusionis cognitionem tanq̄ dispositio prima vel prouia ad illam acquirendam cognitionem.

Mōbile. 2.
Præexistēs cognitio.
Duplex q̄stionis intellectus.
Ex quā dicat circunstantiam.

¶ Ex dictis sequit doctrinā in ꝓposito non tm extendi ad scientiā proprie dictam: que sez generat ex premissis simpliciter necessarijs: sed etiā ad oēm conclusionis noticiā: siue generet ex necessarijs: siue ex antecedente ꝓbabili: siue persuasiuo. Et hoc patet ex eo q̄ Arist. (vt supra dictū est) suam probat conclusionē etiam in scientijs Rhetoricis: que tñ non sunt ex simpliciter necessarijs sed persuasiuis.

Cōz. 1.

¶ Sequit secūdo. Q̄ q̄uis primoꝝ principioꝝ noticia fiat ex præexistenti cognitione suoꝝ terminoꝝ: tamē talis noticia nō dicit doctrina nec disciplina: q̄ doctrina ⁊ disciplina ſm Arist. addiscunt sed primorum principiorum noticia non addiscitur: cum nihil addiscatur nisi dubium (vt dicit Auic.) de primis vero principijs nō est dubium: nec de eis dubitari debet cum sint euidentissima.

Cōz. 2.

¶ Ad questionē respondet phisice loquendo. Oīs doctrina ⁊ oīs disciplina intellectiua: que fit mere naturaliter: fit ex præexistenti cognitione sensitiua. Sed logice loquēdo fit ex cognitione premissarū. Prima cōclusionis pars probat per Arist. 3. de aīa. Oportet quēcunq̄ intelligentem phantasmata speculari. Et in de sensu ⁊ sensato. nihil intellectu nisi prius fuerit in sensu: ratione tali. Omnis cognitio intellectiua fit ex præexistenti cognitione. sed omnis doctrina ⁊ omnis disciplina est cognitio intellectiua igitur. ⁊c. maior patet dictis auctoritatibus: minor manifesta primo ex notabili. Secūda cōclusionis pars patet ex demonstrationis diffinitione que habetur infra quest. 8. Et probatur tali ratione. Suppositiones sunt causa conclusionis. sed premisse habent se vt suppositiones: igitur. ⁊c. maior habetur. 5. Meth. et. 2. Phisi. minor patet ex. 1. huius.

Rñdetur ad q̄stionem.

¶ Dicitur in cōclusione intellectiua ꝓpter cognitionē sensitiuam exteriorem que nō fit ex alia cognitione. ¶ Dicit habita ex sensibilibus ꝓpter scientiā que habet de deo de intelligētijs: ⁊ de substātijs separatis: q nō est habita ex sensibilibus p̄sequēs neq̄ fit ex præexistenti cognitiōe. ¶ Dicit mere naturaliter ꝓpter scientiā infusam sicut habuerūt apostoli.

Cōclusionis declaratio.

¶ Ad argumentū primū dicit q̄ deueniendū sit ad cognitionem sensitiuā exteriorem que nō presupponit aliam cognitionē. Et licet de deo: intelligentijs ⁊ substātijs separatis: habeamus scientiā: tamen illa sciētia nō est habita ex sensibilibus ideo nō requiritur q̄ fiat ex præexistenti cognitione sensitiua.

Obiectionis solutio.

¶ Ad secundū dicit q̄ sit status in primis principijs que sunt per se nota: ⁊ q̄uis talis noticia acquirat per noticiam incomplexā terminoꝝ: non tamen acquiritur per aliquā noticiam complexam precedentem.

# Questio tertia.

2. Dupliciter aũt oportet p̃cognoscere: quedã enĩ esse: quedã quid dictu significẽt: quedam vtroq; modo ante percipiamus oportet.

¶ In illis verbis Arist. duas ꝯcludit esse p̃cognitiones. Quia de aliquibꝰ oportet p̃cognoscere qa sunt: cuiusmodi sunt dignitates. Alia sunt de qbus oportet precognoscere quid est, quod dicit̃ per nomen sicut sunt passiones. Alia vero sunt de quibus oportet precognoscere quid est ⁊ quia est. cuiusmodi est cõclusionis subiectũ: ergo tm̃ due sunt precognitiões: scz quia est ⁊ quid est: super qua ꝯclusione sequens oritur questio.

¶ V. Tm̃ due sunt precognitiones scz Quia est: ⁊ Quid est.

Cõtra qstionem obijcit̃.

¶ Videtur ꝙ nõ. Quia precognitiões sunt indemõstrabiles: sed Quia est: ⁊ Quid est demonstrant̃. igit̃ maior manifesta. minor probat̃ per Aristo. 4. Meth. vbi demõstrat de dignitate Quia est. Et etiã in hoc lib. ostẽdit de subiecto: ⁊ passione Quid est. igit̃ Quia est: ⁊ Quid est nõ sunt precognitiões.

¶ In oppositũ est Arist. (vt supra). Et ideo pro questionis solutione. 5. notabilia ⁊ vnum habes corolarium.

Nõbile. 1. Vide Tatar. 2. dub. 1. questi. 1. post.

Precognitio capitur dupliciter: scz.
- Materialiter siue improprie: scz passiue pro re precognita. Et sic premisse syllogismi demonstratiui precognitiones dicuntur.
- Formaliter siue proprie capitur dupliciter. scz
  - Large. Pro quacũq; preuia noticia ad habendã ꝯclusionis noticiã requisita: siue hoc sit demõstratiue vel dialectice. Et sic nõ capit̃ in ꝓposito.
  - Stricte. Pro noticia ĩtellectuali actualiter vel habitualiter requisita ad habẽdam scientiã de aliqua ꝯclusione per demonstrationẽ. Et sic capit̃ in ꝓposito.

Nõbile. 2.

Demonstratiõez tria ingrediũtur: scz.
- Dignitas capit̃ dupliciter: scz.
  - Stricte ⁊ ꝓprie. Et sic prima p̃ricipia dicunt̃ dignitates: qꝛ ob euidẽtiam ipsoꝝ dignũ est intellectũ eis (sine demõstratione assentire.
  - Large ⁊ ĩproprie. Et sic premisse syllogismi: demõstratiui dicũt̃ dignitates: vt ĩ ꝓposito
- Subiectũ. Est primus ꝯclusionis terminus: de quo aliqua demõstratur passio: vt homo in illa demõstratione. Omne animal rationale est risibile: ⁊ oĩs homo est animal rationale: ergo oĩs homo est risibilis.
- Passio. Est ꝯclusionis predicatum: quod de subiecto demonstrat̃: vt terminus risibilis in dicta demonstratione. Capiũtur tñ hic passio ⁊ subiectũ large. pro terminis cõuertibilibus vel nõ ꝯuertibilibus.

Quia est capit̃ tripliciter.
- Primo. Pro questione que querit passionẽ suo inesse subiecto: vt patebit questione. 1. huius secũdi.
- Secũdo. Pro demõstratione in qua ab effectu ad causam procedit̃: vt videbit̃. 8. questione. 1. huius.
- Tertio. Pro precognitiõe. Et sic capit̃ in ꝓposito. Et est duplex: scz Quia est dignitatis: ⁊ Quia est subiecti. Quid vero sit precognoscere Quia est dignitatis: ⁊ subiecti: habetur infra. 5. notabili.

Qr est. 1. mõ dr̃ Qr est passiõis: sed. 3. mõ dr̃ Qr est principioꝝ. Vñ Tat. 1. post. fol. 79. B. Nõbile. 3.

Quid est duob⁹ modis capit̃.
- Vno modo. Pro questione que querit esse diffinitiuum rei: vt patebit. 1. questione. 2. huius.
- Alio mõ ꝓ diffinitione ⁊ sic capit̃ dupl̃r.
  - Primo modo. Pro diffinitiõe Quid noĩs. Et est oro exprimẽs grãmaticalẽ noĩs significationẽ. vt vacuũ est locus nõ replet⁹ corpe.
  - Secũdo mõ: pro diffinitiõe Quid rei Et est oro exprimẽs rẽ siue diffinitũ ꝑ suas causas ⁊ sua prĩcipia: vt hõ est anĩal rationale.

Nõbile. 4.

Tã Quid noĩs q̃ qd rei est precognitio.

Precognoscere vel p̃supponere.
- Quia est de
  - Dignitate. Est p̃cognoscere noticiam maioris ⁊ minoris alicuius demõstrationis tanquam vere ⁊ necessarie.
  - Subiecto. Est p̃cognoscere notitiã ꝑ quã assentit̃ huic ꝓpõni. Subiectum ꝯclusionis natum est esse vel possibile est esse.
- Quid est de
  - Subiecto. Est p̃cognoscere notitiã ꝑ quã cognoscit̃ diffinitio subiecti ꝯclusionis: vel quid per nomẽ subiecti ꝯclusionis ꝑcetur.
  - Passione. Est p̃cognoscere notitiaz ꝑ quã cognoscit̃ quid ꝑ nomẽ passionis ꝑcetur.

Notabile 5.

¶ Ex dictis corolarie sequit̃: Quia est: nõ p̃cognosci de passione: quia passio demonstrat̃ suo inesse subiecto: idem vero nõ potest demõstrari ⁊ precognosci. Sic etiã Quid est: nõ precognoscit̃ de dignitate: quia Quid est: est diffinitio: dignitas vero ꝓpositio: modo ꝓpositionis nõ est diffinitio: sed solius incomplexi (vt. 7. Metha.) habemus.

Cõꝝ.

¶ Ad questionẽ respondet̃. Tm̃ due sunt precognitiões in in genere: ꝑm diuisionẽ immediatã. Ista ꝯclusio a q̃stionis principio (ex Aristo. sentẽtia) est ostẽsa. ꝓbatur tali ratiõe diuisiua. Oĩs precognitio aut ex parte vocis sumitur. Si ex parte rei sic est precognitio Quia est. Si ex parte vocis sic est precognitio Quid est: igitur tãtum due sunt precognitiones: tenet ꝯsequentia per diuisionem immediatam ⁊ sufficientem.

Rñdet̃ ad q̃stio.

¶ Dicitur in cõclusione in genere: quia in numero plures q̃ due sunt precognitiones: cum plures q̃ due sint demõstrationes: in omni vero demonstratione due sunt precognitiones.

¶ Dicit̃ ꝑm diuisionẽ immediatã: qr ꝑm diuisionẽ mediatã tres erũt precognitiones ꝑm tria dicta precognita: scz dignitatẽ subiectũ ⁊ passionem.

Obiectionis solutio.

¶ Ad argumentū in oppositū dicitur negando minorem. Arist. vero nō demōstratiue sed solū a posteriori rationibus Topicis: ꝛ per modum quarūdem suppositionū de dignitate quia est. Et de subiecto ac passione quid est ostendit: igitur argumentū non tenet.

# Quest. quarta.

2. Non enim vnūquodq; istorū simili modo nobis est manifestum: fit aūt vt cognoscamus: quedā prius cognoscentes.

¶ Hic Arist. vult ꝙ in quacūq; demōstratione premisse saltem minus prius natura cognoscant & ipsa conclusio. Cuius talis potest assignari rō. nō cuiuslibet demōstrationis premissarum notitia est causa notitie conclusionis: sed omnis causa natura prior est suo causato: igitur. maior est Arist. 1. huius. et Linco dicit ꝙ premissarū notitia cōclusionis notitiam gignit. minor habetur. 2. Phisicoꝝ: ꝛ. 5. Meth. Et ex his sequens mouetur questio.

Cōtra ꝗstionem obijcit.

¶ V. Cognita maiore et minore simul tempore cognoscatur conclusio.

¶ Videtur ꝙ non: quia intellectus noster est potentia libera potest in vtrūq; oppositorum: igitur cognitis maiore ꝛ minore potest vel non potest conclusionem cognoscere.

¶ In oppositū videtur cōmunis auctorum sententia. Unde pro questione (vt sequit) notabilia habes duo. Et presens questio loquit de cognitione intellectiua. Unde questio tm querit. V. habito assensu maioris ꝛ minoris simul tempore habeat cognitio assensiua conclusionis.

Questiotm ꝗrit

Nōbile. 1.

Maior et minor possūt dupliciter cognosci.

Seorsum inquantū sunt quidā enunctiationes ꝛ nō fm ꝙ in modo ꝛ figura disponūtur. Et sic bene possunt cognosci: non cognita conclusione.

Simul inquantū sunt debite vnite ꝛ coniuncte in modo ꝛ figura. Et sic maiore ꝛ minore cognitis cum cognitione bonitatis consequentie: simul tempore cognoscitur cōclusio: dūmodo intellectus aduertat circa conclusionem ꝛ nō fit indispositus: neq; voluntas eum auertat.

Notabile. 2.

Simultas tēporis est duplex: scz.

Adequationis. Est scōm quā aliqua simul sunt adequate in eodem tempore: ita ꝙ in quocunq; tēpore verū est dicere vnū est in eodem tēpore: verum est dicere aliud est. Sic premisse ꝛ conclusio simul tēpore nō cognoscūtur.

Immediationis. Est scōm quā aliqua sic se habent ꝙ vnum statim sine mediatione sequitur ad aliud. et ita est ad propositū. De alijs duabus simultatibus vide in postpredicamentis Arist.

¶ Ad questionem respõderi potest prout dictum est in primo notabili: potest tamẽ (scõm intẽtionem secũdi notabilis) pro questionis solutione hec poni conclusio. Cognitis maiore ꝛ minore simultate immediationis cognoscitur conclusio. Hec conclusio non est contra textum Arist. supra adductũ: stat enim premissas prius natura cognosci ꝙ conclusionem ꝛ cum hoc simul tempore. Probatur dicta conclusio tali ratione. posita causa totali sufficienti: ꝛ nõ impedita: ponitur ꝛ effectus. Sed cognitio premissarum est causa sufficiẽs cognitionis cõclusionis: igitur premisse simul tempore cognoscuntur cum conclusione.

Rñdeť ad q̃stñ.

Licet sit tpe sic ꝯgnoscant p̃miss ꝛ ꝯclõ: tñ pri9 natura cognoscũtur p̃misse: vt pz p rõnẽ ad textum s̃ adductã.

¶ Ad argumentũ in oppositum. Dicit ꝙ intellectus noster in vtrumq; oppositorum possit quo ad suos actus scilicet nolle ꝛ velle: sed non quo ad assencie dum vel dissentiendum cum naturaliter intellectui sit inditum scire ipsum (vt. 1. Metb.) habetur.

Obiectionis solutio.

Predicta. 4. in questione dictũ est de premissarum ꝛ conclusionis scientia: ꝙ scz simul tẽpore acquiratur. ergo videtur ꝙ scientia sit indiuisibilis. Pro quo inciden-taliter sequens mouetur dubium.

¶ Dubitatur. An scientia sit diuisibilis. Videtur ꝙ non: quia esset diuisibilis extensiue. Non primum: quia nihil diuiditur extensiue quod in subiecto est indiuisibili: sed scientia est in subiecto indiuisibili. igitur. Neq; secundũ: quia scientia est forma simplex: talis autẽ non habet partes: per cõsequens intensiue non est diuisibilis.
¶ In isto dubio relictis (de diuisione scientie) opinionibus vnum ponitur notabile ante dubij solutionem.

Cõtra dubium obijcitur.

Diuisio est duplex: scz.

Extensiua. Est que fit in partes magnas ꝛ extensas: vt omne quantũ diuisione extensiua diuiditur sicut lignum lapis: ꝛ huiusmodi.

Intensiua. Est que fit in partes graduales: vt omnis qualitas intensibilis ꝛ remissibilis potest diuidi intensiua diuisione.

Notabile.

¶ Ad dubiũ respondeť. Etsi scientia sit indiuisibilis extensiue est tamen diuisibilis intensiue. Conclusionis illius prima pars patet ex prima parte argumenti in oppositum. Sed secunda conclusionis pars tali probatur ratione. Scientia (ſm Aristot. in fine huius) differt ab opinione penes intensum et remissum: sed omne intensum et remissum habet partes graduales: cõm quas diuiditur: ergo scientia habet partes intensiuas graduales ſm quas intensiue diuiditur.

Rñdeť ad dub.

¶ Ad argumentum in oppositum. Respondetur concedẽdo partem primam argumenti. Sed ad secundã partem argumenti dicitur ꝙ forma simplex non habeat partes extensiuas. vel partes diuersarum rationum: potest tamen bene habere partes intensiuas vel eiusdem rationis in quas intensiue diuiditur.

Obiectionis solutio.

# Quest. quinta.

**Vnitatem vtroq; modo: ⁊ quid significet: ⁊ etiam esse.**

¶ Arist. vult q̄ de vnitate (tanq̄ de primo subiecto Arithmetice) oporteat presupponere ⁊ nō demōstrare Quia est ⁊ quid est: igitur in simili de quolibet subiecto videt dicendum. Et in ꝓposito nō loquimur de subiecto conclusionis de quo. 3. quest. sed loquimur de subiecto attributionis scientie de quo sequens questio intelligenda est.

Subiectū in ꝓposito.

**¶ V. In omni scientia de subiecto oporteat presupponere Quia est: ⁊ Quid est.**

¶ Videt q̄ nō. Quia Arist. 1. Elench. tribus rōnibus demōstrat syllogismū sophisticū: qui ibidē est subiectū: per ꝙsequēs Quia est de subiecto nō ꝓsupponit: neq; de subiecto ꝓsupponit Quid est qm̄ Arist. in hoc lib. duplici diffinitione describit demonstrationē que tm̄ est subiectū huius scientie: vt dictū est. 1. quest. ¶ In oppositū videt esse Arist. in textu superiori. Et ꝓ plenori questionis intellectu duo sequunt notabilia.

Cōtra q̄stionem obijcit.

Nōbile. 1.

Scientia describitur scōm

- **Aristo. 6. Ethicor.** Est habitus cōclusionis per demōstrationem acquisitus. Dicit habitus: per quod habet Aristo. diffinisse scientiā habitualem ⁊ nō actualem. Dicitur per demonstrationē acquisitus: per hoc distinguit ab intellectu: nam intellectus est habitus primorum principior: ⁊ quidem nō per demonstrationē acquisitus.
- **Scotꝰ ⁊ occam.** Est certa cognitio veri ⁊ necessarij habēs euidentiā ex aliquo prius euidēte.

Nōbile. 2.

Presupponere de subiecto.

Q̄z est ſm.

- **Modernos.** Est ꝓsupponere notitiā ꝓpōis de est secūdo adiacēte in qua subiectū attributionis subijcitur: vt in sciētia libr. Posterior presupponit Quia est de subiecto cum presupponitur illa indemōstrabilis: Demonstratio est.
- **Scotisantes.** Est ꝓsupponere subiecti attributiōis significatū esse ens possibile: nō ꝓhibitum: quia (ſm eos) de oñi possibili ente possumus habere sciētiam: sed de entibus fictis (vt est chimera) nō.

**Quid ē.** Est ꝓsupponere ⁊ nō demōstrare q̄o ꝑcet subiectū attributiōis sciētie: vt in ꝓposito ꝓsupponere quid est de subiecto sciētie Posterior. Est presupponere quid grāmaticaliter ꝑcet terminus demōstratio.

**¶ Ad questionē respondet. In omni sciētia extrema: ⁊ aggregata de subiecto oportet ꝓsupponere quia est: ⁊ quid est.** probat ꝯclusio dicto textu Arist. Et tali ratiōe. Subiectū attributiōis sciētie est quid simplicissimū ⁊ notissimū (vt patet ex diffinitiōe eius) igit nō potest demonstrari vel

notificari p aliud in tali sciētia p ꝯsequēs de eo p̄supponit̄ Quia est ⁊ qd ē.
¶ Dicit̄ in ꝯclusiōe extrema qꝛ in scientia media nō presupponit̄ Quia est: sed demonstrat̄ de subiecto: vt in perspectiua sic arguēdo. Si linea visualis est radius visualis est: ⁊ linea visualis est. igitur radius visualis est. Et que sciētia dicatur media: ⁊ que extrema vide. 7. quest. 2. Phisicorum.
¶ Dicit̄ aggregata ꝓpter scientiā simplicē ⁊ etiā ꝓpter diffinitiuā: ⁊ ꝓpter diuisiuā scientiā: qꝛ nulla talis habet subiectū attributiōis. Et sciētia diffinitiua dicit̄ que habet̄ p diffinitionē. Diuisiua vero que habet̄ per diuisionē. Quid aūt sit sciētia simplex: quid aggregata: vide. 25. quest. huius primi. Scia diffinitiua. Scia diuisiua.

¶ Ad argumentū in oppositum: dicit̄ ꝙ Arist demonstrat syllogismū sophisticū per principia nō ꝓpria sed alterius sciētie: vt patet in textu: sed hoc nō est incōueniens nec voluit conclusio ꝙ omnino non possit demōstrari: sed satis est ꝙ nō possit demōstrari in scientia cuius est subiectū. Ad secundā partem argumēti dicit̄ ꝙ de demōstratione debeat presupponi Quid uomīs: nō aūt Quid rei per ꝯsequens bene possit hic diffiniri.

# Quest. sexta.

Antea vero q̄ꝫ sit inductio vel ratiocinatio facta partim fortasse dicendum est scire: partim nescire. ⁊c. 3.

¶ Presenti in textu Arist. vult ꝙ anteq̄ accipimus ꝯclusionis scientiā in ꝓpria forma: tūc sciebat̄ illa ꝯclusio quodāmodo antea scꝫ in vniūsali: ignorabat̄ tn̄ in ꝑticulari: scꝫ in ꝓpria forma: alias enī nihil ꝯtingēt sciri: aut scire nō esset nisi reminisci: ⁊ sic intellectus nō addisceret aliquid de nouo: sed solū ea que prius nouit: ⁊ hinc sequens oritur questio.

¶ V. Possibile sit nos aliquid scire de nouo.

¶ Videtur ꝙ non: quia si intellectus noster non omnia sciret a principio sue creationis: sequeret̄ ꝙ fuisset creatus imperfectus ꝙ non est probabile. Cōtra q̄stionem obijcitur.
¶ In oppositū est Arist. sentētia ⁊ etiā ipsa experiētia q̄m experimur nos multa scire de nouo: ideo ꝓ q̄stionis solutiōe de mō sciēdi. 4. sequunt̄ opōes

Opiniones de modo sciendi.

¶ Prima Heracleti quā. 4. Meth. et. 1. Phisicorum tangit Arist. Dixit enī Heracletus ob continuū rerum fluxum ac varietatem nos nihil scire. Sicuti nec dominū ꝯtingat capere fugitiuū seruum ignotum: huius quoq̄ opinionis dicitur fuisse socrates quem magni plures secuti sunt academici. Fertur enim sic arguisse Socrates. Nihil huius mundi inferioris ꝯtingit scire ob continuā rerum instabilitatē: quia sciētia est de impossibiliter aliter se habentibus. Neq̄ etiam aliquid mūdi superioris scitur: propter magnā a nobis distantiam: sicut neq̄ scimus ea que fiūt in ciuitates a nobis remotissima: ergo non cōtingit aliquid scire: patet ꝯsequētia: quia de nullo habetur scientia nisi de ente. Omne aūt ens pertinet ad mundū superiorem vel inferiorem. Hec Socrates. Opīo. 1. Heracleti. Socrates

¶ Secunda Platonis asserentis nos quidem aliquid scire 2. op. Platōis.

sed nō de nouo. Et ꝙ nostrum scire sit solum antiquoꝝ reminisci. Quoniā Plato imaginabat (vt reffert Auerrois .3. de anima) omniū rerum species concreari in anima: scz ob eius vnionem ad corpus impediri in suis operationibus: quas postmodū successiue exercet ꝑm successiuam corporis dispositionē factam a sensibilibus per impressionē formarum sensatarum: eo modo quo aer successiue illuminatur per depurationem densitatis factam a calido. Unde quemadmodū Anaxagoras de rebus naturalibus philosophatus est: ꝙ scz non contingat aliquid simpliciter generari de nouo sed solum nouiter apparere ponens formas latitare in materia que per agens naturale extrahuntur e tenebris in lucem. Ita de rebus intētionalibus sensit Plato ponens nihil sciri de nouo: sed solum antiquorum reminisci dicens: formas speculatiuas in intellectu latitare: ⁊ per agens sensibile remouens prohibens de potentia ad actum reduci.

Anaxag.

Tertia op. Aui.

¶ Tertia Auicenne vt habetur nono sue metaphisice. Asserit quidem nos aliquid scire de nono scz non per receptiōem a sensibilibus sed a formarum datore quem dicebat esse decimam intelligentiam: scz orbē lune mouentem. Arbitrabatur enim Auic. intellectum agentem quandam esse intelligentiam separatam: habentem influere formas omnes in hec inferiora: agentia autem naturalia (ꝑm eum) solum preparabant materiam sic ꝙ sensus ⁊ sensibilia non faterent nisi ad dispositionem intellectus possibilis: vt conuerteretur ad agentem ex cuius conuersione ad ipsum influebantur species intelligibiles sic ꝙ sciētia ⁊ omnes intellectuales habitus dependerēt effectiue ab hac sola intelligentia: licet dispositiue ⁊ tanq̄ a causa sine qua non dependerent a sensibilibus.

Quarta opiniō Aristot.

¶ Quarta. Aristotelis is enim statuit in nobis scientiā contra Heracletum et Socratem ⁊ illam de nouo generari contra Platonem Non quidem ab agente immateriali tantum contra Auicennam. Sed immediate a speciebus in phantasia existentibus a sensibilibus defluxis (ꝑm illud .3. de anima: oportet quemcunq; intelligentē phantasmata speculari. Et in de sensu et sensato. Nihil in intellectu nisi prius in sensu. Nam iuxta Auerrois determinationem .3. de anima sicuti se habet materia prima in genere formarum speculatiuarum: quemadmodum enim materia est in pura potentia nullam de se habens formam naturalem (vt dicitur .1. Phisicoꝝ ita intellectus humanus (ꝑm philosophum .3. de anima. Est tanq̄ tabula rasa in qua nihil est depictum existens scz in pura potentia nullam de se habens formam speculatiuā: sed quamlibet recipit ab obiecto intelligibili virtute intellectus agentis: tanq̄ primam suam perfectionem ad quam naturaliter inclinatur (iuxta illud in prologo metaphisices omnes homines natura scire desiderant.

Rñdet ad q̄stio.

¶ Ad questionem respondetur. Possibile est nos aliquid scire de nouo. Hec conclusio probatur auctoritate Aristo. hic ⁊ ratōe tali. Omnes naturaliter scire desiderant: sed naturale desiderium nō est omnino frustra: igitur scientia est nobis possibilis: maior patet ex dictis minor est ex sentētia Arist. 1. celi: ⁊ cōmentatoris .2. Metha. vbi inquit nihil est ociosum in fundamento nature: igit̄ tale naturale desideriū est respectu rei possibilis quēadmodū est scientia: ⁊ cum omne desideriū sit ob carentiā sequit̄ scientiā de nouo acquiri probatio longior habet̄ quarta opinione. Et scire de nouo Est assentire conclusioni cui quis antea nunq̄ assensit.

Tā ꝑ viā sensus q̄ ꝑ viam intellect⁹ scim⁹ multa de nouo.

Scot. lib. 1. dis. 3. q. 4.

Scire de nouo.

¶ Ad argumentū in oppositum: dicit nō esse inconueniens intellectū fuisse imperfectū creatū perfectione accidētali: tamē fuit vere creatus perfectus perfectione essentiali. Obiectionis solutio.

# Quest. septima.

Scire aūt vnamquāq; rem simpliciter sed non vt sophiste per accidēs arbitramur cū causam ob quā res est illius causam esse ⁊ fieri nō posse vt res aliter sese habeat cognoscere arbitramur. ⁊c. Postea subiūgit At dicim⁹ p demōstrationē etiā scire. 4.

¶ In pūti textu Arist. duas ponit diffinitiones scire. Prima scire est rem p causam cognoscere ⁊ quoniā illius est causa ⁊ non ptingit aliter se habere. 1. diff. Scire.

Secūda diffinitio scire: est p demōstrationē intelligere. Primā diffinitionē phat Arist. a signo per ꝯmunē oīm estimationē: qz tam scientes ꝙ nō scientes vtūtur aliquo modo scire: sed omnes vtunt eo modo scire quo diffinitū est. ergo. ⁊c. Ex secūda vero diffinitione scire Arist. infert demōstrationis diffinitionem. Unde sup dictis diff. scire sequens mouetur questio. 2. diff. Scire.

¶ V. Diffinitiones Scire sunt bone.

¶ Videt ꝙ nō: qz de deo habemus scientiā ⁊ tñ deus nō habet causam: igit prima diffinitio nulla. Videtur etiā secūda diffinitio mala: quia nihil vel parum intelligimus: ergo nō intelligimus per demonstrationē: antecedens pbatur quia. 2. Topicorum dicit: contingit plurimū scire: intelligere vero non. Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositū est Arist. vt supra. Et p questionis euidētia tria sequētia habes notabilia.

Scire fm Arist. in textu capit dupliciter.

- Simpliciter. Quādo cognoscit res in pticulari ⁊ fm propriam formam.
- Scōm accidēs/ siue sophistico mō. Q̄n cognoscitur res nō in ppria forma sed in alio. Sicut q̄n cognoscit pticulare in vnīsali: vel pars in suo toto: vel accidēs in suo subiecto. Sic etiam conclusio cognoscit in suis premissis. Notabile 1.

Scire capitur q̄ttuor modis.

- Primo cōmuniter. Est assentire alicui ꝓpōi vere siue sit ptingens siue necessaria: vt assensus illius. Omnis mater diligit filium suum.
- Secūdo ꝓprie. Est assentire alicui ꝓpōi vere ⁊ necessarie siue hoc sit p demōstrationē siue nō. Et ita cepit Arist. in textu cū dicit: ꝙ premissas necesse sit magis scire ꝙ conclusionem. Mobile. 2.
- Tertio magis ꝓprie. Est assentire alicui ꝓpōi vere ⁊ necessarie dumō fiat p demonstrationē. Isto mō principia nō sciūtur: qz sunt suipsius fides. Et ita capit scire in secūda diffinitiōe.
- Quarto ꝓprissime. Est assentire alicui ꝓpositioni vere ⁊ necessarie per demonstrationē propter quid. Et sic capitur scire in prima diffinitione.

Nobile. 3. Diffinitio scire intelligitur.

Prima
- Realiter. Scire. s. potissime: est rem. i. effectum per causam. s. ꝓpinquã ⁊ immediatã cognoscere ꝓpter quã. s. causam res est. i. effectus habet esse. Et Et qm̃ illius est causa. i. sub habitudine cause. Et nõ ꝯtingit aliter se habere. s. in esse speciuoco.
- Logicaliter. Scire potissime: est rem. i. cõclusionẽ cognoscere. i. assentire ꝯclusioni. Et quoniã illius ꝯclusionis est causa ꝓpter assensum p̃missarum in quibus ponit̃ nomen cause. Non contingit aliter se habere. i. nõ est possibile ꝙ ialis ꝯclusio sit talsa qñcunq; apta nata est formari.

Secũda. Scire. s. in genere est per demonstrationẽ i. per premissas intelligere. s. ꝯclusionis veritatẽ. Et sic etiã de deo multa scimus: vt patet. 8. Phis. ⁊. 12. Meth.

Rñdet̃ ad q̃sti. ¶ Ad questionẽ respondet̃. Diffinitiões scire (vt dictũ est) intellecte sunt bone. Hec ꝯclusio est de mente Arist. qm̃ s̃m cõmunem omnium doctrinã. Scire est effectũ per causas cognoscere ⁊ hoc quidẽ scire potissime. Sed scire nõ potissime est causam per effectum cognoscere. Et bonũ dicta in conclusione dicit bonitatem sufficientie vt sensus sit. Diffinitiones scire sunt bone. i. sufficiẽtes. Et hoc est verum vt patet ex ꝯditionibus bone diffinitionis que. 1. Topicoꝝ enumerant̃.

Scire potissĩe. Scire nõ potissime.

Obiectiouis solutio. ¶ Ad argumentũ quo ad partẽ primã dicit̃: deum nõ habere causam capiẽdo causam proprie: habet tamẽ deus causam capiẽdo causaꝫ pro medio exprimẽte aliquã diffinitionẽ. Sed ad partem secundã argumẽti dicit̃ ad auctoritatẽ eam sic intelligendã. Cõtingit plurimũ scire. s. confuse. Intelligere vero nõ. s. distincte hoc voluit Arist. dicta auctoritate.

# Quest. octaua.

5. Demonstrationẽ autem dico ratiocinationẽ eam que scientiam efficit: deinde subiũgit. Si igitur ipsum Scire tale est quale posuimus necesse est ⁊ demonstratiuã scientiã ex veris: ⁊ primis medioq; vacantibus: ⁊ ex notioribus: ⁊ prioribus ipsa conclusione causisq; eiusdem esse.

¶ Hic in secũda parte. 2. cap. Arist. duas demõstrationis diffinitiõis ponit. Solemus tamẽ cõmuniter non s̃m hanc nouã sed s̃m antiquã tralationem demõstrationis diffinitiões formare. Et primã sic. Demõstratio est syllogismus apodidicon. i. faciens scire. Secunda diffinitio. Demõstratio est ex veris ⁊ primis ⁊ necessarijs ⁊ immediatis ⁊ notioribus ⁊ prioribus et causis ꝯclusionis. Et prima diffinitio datur de demonstratione ostensiua. Secunda datur de demonstratione ostensiua ⁊ propter Quid: vt inferius videbitur.

1. dif. demõstra. 2. dif. demõstra.

Unde ⁊ sequens mouetur questio.

¶ V. Demonstrationis diffinitiones sint bone. Cōtra q̄stionem obijcit.

¶ Videtur q̄ nō: quia primo demōstratio diffinitur per scire: ⁊ superius scire diffinitum est per demonstrationē: ⁊ sic comittitur circulatio que in diffinitionibus ⁊ demōstrationibus (vt vult Arist. in hoc primo) est prohibita. Etiam in secunda diffinitione male dicitur causis cōclusionis q̄m demonstratio Quia est: est bona demōstratio ⁊ tamē non procedit ex causis sed effectibus: per consequens secunda diffinitio insufficiens.

¶ In oppositum. Est Arist. vt dictum est. Et pro maiori questionis euidētia duo sequuntur notabilia.

Demonstratio est duplex: scz.

- Ostēsiua. Est que probat suā ꝯclusionē principaliter intentā. Et ꝓcedit tm̄ ex veris ⁊ necessarijs: q2 falsuz ⁊ ꝯtingens nihil ꝓbāt licet possint inferri. Et ostēsiua demonstratio est duplex: scz.
  - Propter Quid. Est vbi effectus demōstratur per causam: vt om̄e rationale est risibile: ⁊ omnis homo est rationalis: igitur oīs homo est risibilis vbi effectus scz risibile demonstratur per causam. s. rationale.
  - Quia est. Est vbi causa demonstratur per effectum: vt om̄e risibile est rationale: ⁊ oīs homo est risibilis: ergo omnis homo est rationalis. Nōbile. 1.
- Ad impossibile. Est que cū vna manifesta falsa infert vnaz manifeste falsam a cuius falsitate fit regressus ad primam falsam cuius contradictoriū ostendit̄ esse verum. vt si quis admitteret illam. Omnis homo est irrationalis tunc contra eum formabit̄ talis demonstratio ad impossibile. Oīs homo est irrationalis: ⁊ respōdens est homo: igitur respondens est irrationalis ibi conclusio est manifeste falsa: et non minor: erga maior: per consequens sua contradictoria vera: que fuit proterue negata. Et illa demōstratione vtimur ꝯtra proteruos respōdentes ideo syllogisare ad impossibile (s̄m philosophū. 2. Prior̄) est vna potestas syllogistica de qua vide in fine tract. 4. Pe. His. fol. 97. Demōst. ostens. ⁊ ad īposs. dr̄nt: q2 demōst. ostē. ꝓcedit ex ꝑoribus s̄m naturā ⁊ ex veris. Sed demōst. ad īpos. ꝓcedit saltē ex vna falsa. ꝯueniunt tū in hoc q̄ possunt fieri ex eisdē terminis.

¶ Sciendum est primam demonstrationis diffinitionem dari tam de demōstratione quia est: q̄ propter quid. Et prima diffinitio dicitur formalis: non q̄ detur per causam formalem syllogismi demonstratiui: scz modū ⁊ figuram: sed quia datur per finem: qui reducit̄ ad causam formalem. Unde facere scire dicitur finis demōstrationis. Sed secunda diffinitio datur solum de demonstratione ꝓpter quid: ⁊ dicitur materialis: quia datur per illa que sequuntur materiam scz premissas ⁊ terminos: sicut est veritas: immediatio: necessitas. Ex his diffinitionū intellectus infertur ⁊ prima exponatur vt supra circa textum dictū. Secunda vero sic intelligit̄. Demonstratio. s. ostensiua ⁊ ꝓpter quid est que est. i. procedit ex veris. s. premissis ⁊ primis. s. principijs ⁊ immediatis scz propositionibus ⁊ notioribus ⁊ prio- Notabile. 2. Formalis diff. demōstrationis Materialis dif. demōstrationis Diff. demōstratiōis intelligūt.

ribus scz quo ad naturam:causis scilicet conclusionis.

¶ Dicitur demonstratio scz ostensiua ꝓpter demonstrationem ad impossibile que non procedit ex veris.

¶ Dicitur propter quid:propter demonstrationē quia est:cui vltima diffinitionis particula non conuenit.

¶ Dicitur veris quia falsum nihil probat excludit̄ per hoc omnis syllogismus cuius vna vel ambe premisse sunt false.

¶ Dicitur primis scz principijs. qꝛ omnis demonstratio mediate vel immediate potest resolui in prima principia ad minus metaphisicalia que (vt.4. meth. dicit̄) aliarū scientiaꝝ principia stabiliūt. Unde demōstratiōis quedā principia sunt incōplexa vt subiectum ⁊ passio quedā complexa vt premisse.

Demōstra. principia duplicia.

¶ Dicit̄ immediatis. Unde īmediata ꝓpositio dicit̄:qua nulla est prior:nec notior in ordine ad inferendam conclusionem:sicut debent esse premisse.

ꝓpō īmediata.

¶ Dicitur et notioribus:⁊ prioribus:scz quo ad naturam:premisse enim natura notiores ⁊ priores conclusione sunt:vt quest. 4. dictum est.

¶ Dicitur causisqꝫ ꝯclusionis qꝛ premisse (sm philosophū) non solum sunt cause conclusionis in essendo sed etiā in cognoscendo:quia ꝯclusio formaliter nō cognoscitur nisi per premissas.

Rñdet̄ ad q̄sti.

¶ Ad questionē respondetur demōstrationis diffinitiones (vt dictum est) intellecte sunt bone ⁊ sufficiētes. Hec conclusio est de mente Arist. vbi supra.

Obiectionis solutio.

¶ Ad argumentū dicit̄ quo ad partem eius primam. Circulationem in diuersis generibus causarum non esse ꝓhibitam. Quādo em̄ scire diffinitur per demonstrationē tūc demōstratio habet se vt causa efficiēs Sed quādo demōstratio diffinit̄ per scire tunc scire habet se vt causa finalis Ad partē vero secundā argumēti dicit̄ ꝙ non sit ꝯtra conclusionē qꝛ ꝑ secūdam diffinitionē (vt dictū est) diffinit̄ tantū demonstratio propter Quid.

# Questio nona.

5. Causisqꝫ eiusdem esse.

¶ Hec est secūde diffinitionis ipsius demōstrationis vltima clausula: que sm Albertū ⁊ Buridanū sic exponitur. Causisqꝫ ꝯclusionis. i. sic esse sicut ꝑ antecedēs significat̄ esse:est causa sic esse sicut per ꝯsequens significatur esse intendit itaqꝫ Arist. per dictam clausulam ostendere premissas causas esse conclusionis:⁊ hinc sequens mouetur questio.

¶ V. Premisse sint cause conclusionis.

¶ Uel vt alij dicunt. U. In om̄i demōstratione ꝓpter qd sic sit ꝙ sicut ꝑ aīs ꝯcatur sit causa sic esse sicut per ꝯsequens ꝯcatur esse. Uidet̄ ꝙ nō:qꝛ datur demōstratio etiā ꝓpter quid vbi antecedēs nō videtur esse causa ꝯsequētis: vt patet in illo exēplo. Om̄e rationale est risibile: ⁊ oīs hō est rōnalis: ergo omnis homo est risibilis:in qua demōstratione cū rationale ⁊ risibile idem sint vnum nō est causa alterius:cum idem nunqꝫ fit causa sui ipsius.

Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositū est Arist. vt supra. Quomodo vero premisse cause sint conclusionis sequenti habes notabili.

Cause cõclusionis p̃misse. 4. modis imaginãtur.

Primo. In esse ⁊ conseruari. Et sic premisse nõ sunt causa ꝯclusionis: quia cõclusio: potest esse fine premissis

Secundo. Quo ad esse verum: sic ꝙ cõclusionis veritas causetur a premissarum veritate: ⁊ ita premisse non sunt cause conclusionis: quia conclusio potest esse vera absq; premissis.

Tertio. Quantũ ad esse notũ: sic ꝙ cõclusionis noticia ex premissaꝝ cognitione causetur. Et sic in demõstratione ostensiua premisse cause sunt conclusionis.

Quarto. Quantũ ad mediũ in premissis quod debꝫ importare causaz rei ꝑcate per ꝯclusionẽ. Et sic premisse in demonstratione ꝓpter quid sunt cause cõclusionis.

Mobile. Dis demõst. ꝓcedit ex causis. i. ꝑmissis q̃ꝝ noticia est causa ꝯcois: ꝫ nõ ois demõ. ꝓcedit ex causis. i. medio qõ imꝑtat cãm respectu rei ꝑcate ꝑ ꝯclusionẽ.

¶ Ad questionẽ respõdetur. In omni demonstratione ꝓpter quid premisse sunt cause cõclusionis: quia medium importat causam rei significate per conclusionem: patet etiam conclusio ex diffinitione demonstrationis ꝓpter quid in qua in fine dicitur causisq; conclusionis. Dicit etiam Arist. Suppositiones. i. premissas esse causas ꝯclusionis.

Rñdet ad q̃stio.

¶ Ad argumentum dicẽ. Rationale quidẽ et risibile idem sunt materialiter vel quo ad rem differunt tamen formaliter.

Obiectionis solutio.

# Questio decima.

Quia sunt ea ex quibꝰ extruitur ratiocinatio: necesse est nõ solum antea ꝓcina ipsa vel omnia ad aliqua cognoscantur: sed etiam magis noscantur.

§ Arist. his verbis que ponuntur. 3. cap. inter alia comparat premissarum noticiam ad conclusionis noticiam ⁊ intendit hanc conclusionem. In omni demonstratione principia sunt magis nota ꝙ conclusio patet quia illa que sunt scita: ⁊ ꝓpter que alia sciuntur sunt magis scita: sed principia demonstrationis sunt huiusmodi igitur quia ꝓpter vnumquodq; tale et ipsum magis: vt illud ꝓpter quod amamus magis est amatum. Et hinc sequens oritur questio.

¶ V. In omni demonstratione necesse sit premissarũ credulitatem esse maiorem conclusionis credulitate.

§ Videtur ꝙ non. Quia contingit per sensum credere ꝯclusioni sine demõstratione: vt si quis videret lunam eclipsari haberet credulitatẽ de hac conclusione. Luna eclipsat ⁊ tñ ignoraret illius ꝯclusionis principia ergo. ⁊c̃.

Cõtra q̃stionem obijcitur.

§ In oppositum. Est Arist. dicto in textu. Quomodo vero in ꝓpositõ necessitas ⁊ credulitas capiantur sequentia duo ostendunt notabilia.

¶ Ꝓ questione animaduertendũ. Necesse non dicere necessitatem absolutam: sed cõditionatam: ita si velimus conclusioni assentire

Mobile. L.

per premissas necesse est magis premissis assentire: cum per premissarū noticiam deueniamus in cōclusionis noticiam. Et propterea etiam premissarum noticia maior est. i. perfectior ⁊ intensior noticia cōclusionis hoc tñ intelligendum ꝑm modum notabilis sequentis.

Nōbile. 2.

Credulitas ꝯclusionis acquirit aut per

- Sensum. Est illa noticia cuius veritas apparet ad sensum siue per experientiā sensitiuā: vt cum rusticus videt lunā eclipsari tunc habet illius credulitatē. Luna eclipsatur. Et hec noticia non est scientifica.
- Demonstrationē: ⁊ hoc dupliciter: aut
  - Per vnā demonstrationē tantū. Et sic necesse est magis credere premissis q̄ conclusioni: vt est credulitas illius ꝯclusionis: omnis homo est risibilis: quādo acquirit per illud medium rationale.
  - Per plures demōstrationes quando scilicet veritas cōcluditur per plura media possunt enim demonstrationes augeri per plura media: vt habetur infra in textu Arist. quest. 22. habet enim tunc conclusio plures gradus credulitatis.

Qñ eadez ꝯcl'o demōstrat plurib⁹ demōstrationib⁹ tūc possibile est plus assentire ꝯcl'oni q̄ premissis.

Rñdet ad q̄sti.

¶ Ad questionem respōdetur. In omni demōstratione necesse est necessitate condicionata premissarū noticiam alicuius conclusionis esse maiorem noticia eiusdem conclusionis. Hec conclusio patet verbis et ratione Aristotelis vt supra dictum est.

Obiectiōis solutio.

¶ Ad argumentū dicitur: totum cōcedendo cum procedat de certitudine per sensum habita de qua non est ad propositum.

# Quest. vndecima.

Semper enim illud est tale magis ob quod vnūquodq; est
5. tale. Veluti magis id est dilectum atq; amatum ob quod amamus atq; diligimus. Quare si ob prima scimus ac credimus et illa sane scimus ac credimus magis: quoniā ob illa ⁊ ipsa scimus posteriora.

¶ In presenti textu Arist. precedētis questionis ꝯclusionē probat scz premissarum noticiā esse maiorē noticia ꝯclusionis: qr conclusio scitur propter premissas: ergo premisse magis sciuntur: ꝓpter vnūquodq; enim tale ⁊ ipm magis. Et ex hoc sequens mouetur questio.

¶ V. Propositio Arist. propter vnūquodq; tale ⁊ ipsum magis tale sit vera.

¶ Videtur ꝙ nō. Quia non sequitur Hemisperium nostrum est calidū propter solem ergo sol est magis calidus. Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositū est Arist. fm quē dicta in ꝓpositione aduerbiū magis nō dicit intensionem forme sed prioritatē ordinis ita vt premisse dicantur magis i. prius ordine sciri q̄ ipsa conclusio: vt. 4. conditione videtur. Magis dicit ordinis prioritatē

Q̄ teneat ꝯsequentia ad intentū dicte propositionis. 4. sequentes requiruntur conditiones.

¶ Prima conditio. ꝙ arguat̄ in causis vniuocis. i. ꝙ predicatum vel ꝓprietas in qua fit cōparatio vniuoce cōueniat cause ⁊ effectui. Unde nō tenet argumentū in oppositū adductum: quia caliditas nō ꝯuenit vniuoce Hemisperio nostro ⁊ soli. Sol enim effectiue ⁊ virtualiter solum est calidus. Hemisperiū autem nostrū subiective ⁊ formaliter.

¶ Secunda conditio. Q̄ arguatur in causis per se: scz ꝙ vnum illorum que sic comparantur adinuicem fit causa alterius: non quidē simpliciter in essendo: sed in essendo tale. Unde nō sequitur domus est alba propter domificatorem: ergo domificator est magis albus: licet enim domificator sit causa per se domus non tamen est causa per se domus albe sed magis ipsa albedo.

¶ Tertia conditio. Q̄ predicatum in quo fit comparatio suscipiat magis ⁊ minus non vt dicant intensionem ⁊ remissionem sed ordinem prioritatis ⁊ posteriorit atis (vt supra dictum est) vnde bene sequit̄ filiꝰ est homo propter patrē: ergo pater est magis homo. i. prius est hō ꝙ filius.

¶ Quarta cōditio. Q̄ vnū extremoꝝ sit causa sufficiēs ⁊ adequata effectus. Unde nō sequit̄: homo est ebrius ꝓpter vinū ergo vinū est magis ebriū: quia vinū nō est totalis causa inebriationis: sed preter vinū requirit̄ ascēsus vaporꝝ ad caput ⁊ aliqualis sensuū ligatio ⁊ alia huiusmodi.

¶ Ad Questionē respondeꝯ: dicta Aristotelis ꝓpositio est vera seruatis tū predictis ꝯditionibus. Et ꝯsequētia iuxta ꝓpōnis intentū formata est bona: patet hoc per Arist. vt supra: ⁊ ꝓbatur tali ratiōe. Q̄ cunqꝫ aliquid cōuenit effectui ⁊ cause hic excellētiori modo cōuenit cause ꝙ effectui: quia causa dignior ⁊ perfectior est suo causato: igitur ꝓpositio vera. Rñdeꝯ ad q̄st.

¶ Ad argumentū dicitur ꝙ nō arguatur fm intentionem dicte propositionis cum prima desit conditio. ⁊c̄. Obiectionis solutio.

# Questio. xij.

Et etiam patere dicimus fieri nō posse vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur: si demōstrationem ex prioribus ⁊ notioribus oportet esse. 6.

¶ Q̄ circulo demonstrare non sit possibile Arist. probat primo sic. Omnis demonstratio fit ex prioribus ⁊ notioribus: si vero contingeret circulo demonstrare idem esset prius ⁊ posterius: notius ⁊ ignotius respectu eiusdem.

Secundo sic probat quia si contingeret demonstrari circulo tūc idem possit demonstrari ꝑ seipsum: ꝙ est inconueniens. Unde sequens oritur questio.

¶ V. Demonstratio circularis sit possibilis.

Pro questione arguitur.

¶ Uidetur ꝙ sic. Quia (vt habetur. 2. Phisi.) cause sunt sibi inuicem cause ergo poterunt sibiinuicem demonstrari: ⁊ per consequens possibile est circulariter demonstrare.

¶ In oppositum. Est Arist. dictis cum rationibus ⁊ pro questionis solutione vnum ponitur notabile ⁊ tres casus quibus circulariter arguitur iuncto vno corolario.

Notabile.

Demonstratio circularis. Est que ex cōclusione prioris demonstrationis cū cōuertēte vni⁹ premisse infert aliam premissam: exempla habent infra tribus in casibus. Et demonstratio circularis est duplex: scz.

Uniformis. Est cuius ambe demonstrationes sunt secundum idem genus demonstrationis et cause. Et hoc modo nō est possibilis demonstratio circularis.

Difformis. Est cuius ambe premisse non sunt secundum idem genus demonstrationis: neqꝫ secundem idem genus cause. Et hec circularis demonstratio est possibilis secundum tres casus sequentes.

Circulo contingit demonstrare tribus casibus.

Luna eclipsat.

¶ Primus casus. Quando arguitur in diuersis demonstrationum generibus: scz propter quid. Et quia est vt sic arguendo. Quandocunqꝫ terra diametialiter interponitur inter solē ⁊ lunam. Luna eclipsatur sed luna existente in capite vel cauda draconis terra diametialiter interponitur inter solem ⁊ lunam: ergo luna existente in capite vel cauda draconis ipsa eclipsatur: hec est demonstratio propter quid cum effectus demonstretur per suam causam. Ulterius circulariter arguendo proceditur ab effectu ad causam sic. Luna eclipsatur quandocunqꝫ terra diametraliter interponitur inter solem et lunam: sed luna existente in capite vel cauda draconis ipsa eclipsatur: ergo luna existente in capite vel cauda draconis terra diametraliter interponitur inter solem ⁊ lunam. Et hec est demonstratio quia est.

¶ Secundus casus. Quando arguitur in eodem genere demonstrationis sed per diuersas causas: nam cause sunt sibi inuicem cause (vt habetur. 2. Phisicorum et. 5. Metheororum. Et ita per deambulationem potest demonstrari sanitas in genere cause efficientis sic. Quandocūqꝫ cibus bene descendit ad fundum stomachi sanitas acquiritur. Sed per deambulationem post cenam cibus bene descendit ad fundum stomachi: ergo per deambulationem post cenam acquiritur sanitas. Sic etiam circulariter per sanitatem potest demonstrari deambulatio in genere cause formalis sic. Quandocunqꝫ sanitas acquiritur cibus bene descendit ad fundum stomachi. Sed per deambulationem sanitas acquiritur: ergo per deambulationē cibus bene descendit ad fundum stomachi. Et ita in diuersis causarum generibus contingit circulo demonstrare.

Deambulatio post cenam est causa salutis.

¶ Tertius casus. Quãdo vna cõclusio demõstrationis ostẽditur per plures demõstrationes: tunc per ipsam põt demõstrari vna premissarum vnius demõstratiõis per quã prius ꝯclusio demonstrabat: vt demõstrando illam: oĩs homo est risibilis per multas premissas primo per illas. Oĩe rationale est risibile: ꝛ oĩs homo est rationalis: ergo oĩs hõ est risibilis Secũdo per illas premissas. Oĩe compositũ ex materia ꝛ forma rationali est risibile: ꝛ omnis homo est compositus. ꝛc: ergo omnis homo est risibilis. Et per istam ꝯclusionem circulariter potest demonstrari vna premissarũ ex aliqua duarũ demonstrationũ vt sumendo dictam ꝯclusionem pro maiori ꝛ conuertentẽ minoris prime demõstrationis pro minori tũc infertur maior dicte demõstrationis sic. Omnis homo est risibilis: ꝛ omne rationale est homo: ergo omne rationale est risibile.

¶ Ad questionẽ respõdetur. Demõstratio circularis nõ est possibilis nisi tribus casibus iam dictis. Hec conclusio patet per rationes supra circa textum Arist. adductas. Rñdet ad ꝙstiõ.

¶ Ex dictis sequitur demonstrationẽ circularem esse possibilem dictis in casibus ꝛ quidem dupliciter. Uno modo sumendo ꝯclusionẽ cum conuersa maioris inferendo minorem. Alio modo sumendo cõclusionem cum conuersa minoris concludẽdo maiorem. Et cõuersio in proposito est extremoꝝ trãspositio manente qualitate ꝛ quantitate. Cõx.

¶ Ad argumentũ dicitur non esse incõueniens causas sibi inuicem demonstrari vt casu secundo dictum est. Argumẽti solutio.

# Questio. xiij.

Cum aut fieri nequeat vt id aliter sese habeat cuius est absolute scientia id necessarium est profecto quod demonstratiua sciri scientia potest. Atq; ea est demonstratiua scientia quam habemus demonstrationẽ habendo. Est ergo demõstratio ex necessarijs rationatio. 7.

¶ Hic circa principiũ. 4. cap. Arist. hanc intendit cõclusionem. Syllogismus demõstratiuus procedit ex necessarijs: quia omnis syllogismus faciẽs scire ꝓcedit ex principijs necessarijs: sed syllogismus demõstratiuus est huiusmodi: igit maior patet: qz oĩs syllogismus faciẽs scire facit scire ꝯclusionem necessariam: sed conclusio necessaria non scitur nisi ex principijs necessarijs. Et hinc sequens mouetur questio.

¶ V. Omnis demonstratio sit ex necessarijs perpetuis ꝛ incorruptibilibus.

¶ Videt ꝙ nõ. Quia oĩs demõstratio est ex termis ꝛ ꝓpõnibꝰ: sed termini ꝛ ꝓpões nõ sũt necessarie ꝓpetue ꝛ incorruptibiles qz possunt nõ esse: igit. ꝛc. Cõtra ꝙstionem obijcit.

¶ In oppositum. Est ꝯclusio Arist. superius adducta. Item de necessario prime intētionaliter ⁊ secūde intentionaliter prout attribuit consequētijs ⁊ ꝓpositionibus: vide. 1. parte ꝓsequentiarū Marsi. fol. 186. sed pro alijs terminis in questione positis: vt sequitur nota.

Mōbile. 1.

Perpetuū capitur dupliciter: scz.

Prime intētionaliter. Est qō habet principiū ⁊ caret fine: vt anima intellectiua.

Secūde intētionaliter. Est vna passio ꝓpōnis Et illa dicit esse perpetua que qñcunq; formatur vel formabitur semp est vera: vt deus est. Et ois ꝓpositio per se dicit ꝓpetua cum copula ig eadem absoluat a tempore.

Mōbile. 2.

¶ Aīaduertendū vlterius. Qz eadē distinctio que habet hic de ꝓpetuo: etiā de incorruptibili dari potest. Cū incorruptibile in ꝓposito capit logicaliter: vt tm valet sicut infalsificabile: vt ista hō est risibilis dicitur incorruptibilis. i. infalsificabilis: qz nunq; pōt esse falsa. ꝑsertim in esse cognito. Sed incorruptibile prime intētionaliter. est quod nō potest corrūpi. Et sic omne ꝓpetuum est incorruptibile: ted non econtra: qz deus est incorruptibilis ⁊ tamē non ꝓpetuus: cum careat principio.

Rñdet ad qsti.

¶ Ad questionē respondet. Dis demōstratio ostēsiua ⁊ mānsiua est ex necessarijs perpetuis ⁊ incorruptibilibus. Hec ꝯclusio patet verbis ab initio positis. Et ꝓbatur ratione tali ipsius Aristotelis. Omnis demonstratio ꝓcedit ex ꝓpōnibus ꝑ se sed ois talis ꝑ se est necessaria igit. ⁊c.

Demonstratio mānsiua ⁊ nō mānsiua.

¶ Dicitur in conclusione ostensiua ꝓpter demonstrationem ad impossibile: que procedit ex falsis (vt dictum est quest. 8.)

¶ Dicitur mansiua ꝓpter demonstrationē non mansiuam. Est enim demonstratio mansiua cuius ꝓpositiones naturaliter semper sunt vere: nō mānsiua per oppositū cuius premisse possunt esse false vel adminus vna earum. vt omne rationale est risibile: ⁊ socrates est rationalis: igitur socrates est risibilis: ponendo socratem non esse minor sit falsa.

Obiectionis solutio.

¶ Ad argumentū dicit ꝓcedēdo terminos ⁊ ꝓpōnes nō esse necessarias perpetuas ⁊ incorruptibiles prime intētionaliter: sunt tamē secunde intentionaliter.

# Questio. xiiij.

9.

Per se aūt dicimus ea que sunt in ratione quid est dicentis vt triangulo linea: ⁊ linee punctū inest. Ex his enim ipsorum substantia constat: ⁊ hec sunt in ratione quid est dicente.

¶ His verbis Arist. circūscribit primū modū dicēdi ꝑ se. Et infert ꝙ qñcunq; predicata ponunt in ratione dicēte quod quid est. i. in diffinitiōe quidditatiua subiecti illa insunt ꝑ se in primo mō. Et ex hoc sequens mouet questio.

¶ V. Diffinitio et quelibet eius pars predicet de diffinito in primo modo dicendi per se.

¶ Videtur ꝙ non. Quia illud quod nō est predicabile nō potest predicari: sed diffinitio non est predicabile: ergo diffinitio non potest predicari: maior patet quia actus presupponit potentiam: minor probatur quia diffinitio est complexum: omne vero predicabile debet esse incomplexum. Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositū. Est Arist. ⁊ cōmunis auctoꝝ sentētia: nam predicari in primo modo dicendi ꝑ se. Est predicari diffinitionē vel partē eius de suo diffinito: vel de aliquo superiori aut inferiori ad diffinitū. Exēpla infra ponentur: Unde ad hoc plenius intelligendū tria sequuntur notabilia. Predicari in p̄mo mō dicendi per se.

Diffinitio immediate diuidit̄ in diffinitionē.

- Quid nois. Est oratio exprimēs illud qd̄ per diffinitum ſcatur grāmaticaliter: vt vacuum est locus non repletus corpore. Et talis diffinitio est terminoꝝ supponentiū ⁊ nō supponentium: accidentaliū ⁊ substantialiū: complexoꝝ ⁊ incomplexorum: de hac nihil ad propositum.
- Quid rei. Est oro exp̄mens principia vel causas diffiniti. et talis solū est entiū. Et est duplex. s.
  - Quiditatiua. Est que datur ꝑ essentialia ⁊ intrinseca ipsius diffiniti: vt hō est anīal rōnale. Et est duplex: scz.
    - Cōpleta. Est que datur per oēs conceptus quiditatiue superiores: ⁊ per om̄es differētias: vt corpus est ens substantiale corporeum. Notabile 1.
    - Incōpleta. Est que datur per proximū genus ⁊ differentiā: vt corpus est substātia corporea. Et sic sola specites diffinit̄ capiendo speciem tam pro specie subalterna q̄ specialissima.
  - Nō quiditatiua. Est que dat̄ per extrinseca vel ꝑ causas diffiniti Et est duplex scz.
    - Descriptiua. Est que datur per accidētalia seu per effectus simpliciter posteriores: vt homo est animal: risibile: bipes.
    - Causalis. Est que dat̄ per causas diffiniti: vt tonitruum: est sonus factus in nube propter inclusionem ignis in nube. Tonitruū.

¶ Sciendū q̄uestionē presentem tantū de diffinitione quiditatiua intelligendā. Et ad hoc ꝙ aliquid sit proprie diffinibile diffinitione quiditatiua. 5. requiruntur conditiones. Nōbile. 2. de ꝯditiōibus diffinibilis.

¶ Prima ꝙ sit ens positiuum ⁊ per hoc excluduntur non entia: ⁊ etiam priuatiua diffinitio enī est quiditatis expressiua (vt habetur. 1. Top.) sed non entia ⁊ priuatiua non habent quiditatem. De his vide Sco. in. 4. dist. 1. q̄st. 2. ⁊ Aquil quest. 1. lib. 4.

¶ Secūda ꝙ sit ens ꝑ se: excludunt̄ entia per accidēs: vt hō grāmaticus: hō niger nam (vt dicit̄. 7. Meth.) eius quod nō est pet se vnū nō est diffinitio.

¶ Tertia ꝙ sit ens reale per hoc excluduntur secunde intentiones que solū diffiniuntur diffinitione descriptiua.

¶ Quarta q̄ sit vniuersale particularīū eī (vt. 7. Meth. nō est diffinitio cū non habeāt quiditatem: est enī de ratione quiditatis q̄ sit cōmunicabilis. ¶ Quinta q̄ sit compositū. i. nō simpliciter simplex. Et per hoc excluditur ens differentis vltime: ⁊ etiā ꝓprie passiones.

Mōbile. 3.

Primus modus dicendi per se. Est q̄n predicatū est ratio. i. diffinitio vel pars rōnis. i. diffinitiōis ipsius subiecti. Q̄n ꝓpōnes dicunt esse in primo mō dicendi per se dupliciter: scz.

Directe et hoc fit tripliciter.

Primo. Q̄n tota diffinitio p̄dicatur de suo diffinito: vt aīal est corpus animatū sensitiuū.

Scō. Q̄n pars diffinitiōis p̄dicat de suo diffinito: vt aīal est corp⁹.

Tertio. Q̄n diffinitio vel pars diffinitiōis predicat de aliquo superiori vel inferiori ad ipm diffinitū: vt corp⁹ est aīal rōnale. petrus est aīal rōnale. ⁊c.

Etiaz negatiue dictarū, ꝓpōnuz sunt in primo mō: Etiā q̄n nomen cause ꝓdicat de noīe effect⁹: vt risibile ē rōnale

Reducitiue. ⁊ hoc fit triplicit er.

Primo. Q̄n diffinitū predicat de diffinitiōe vel de parte: vt aīal rōnale est homo rationale est homo.

Secūdo. Q̄n differētie essentiales nō disparate de se inuicē predicantur: vt sensitiuū est rōnale.

Tertio. Q̄n predicat synonimum de synonimo: vt homo est homo.

Rūdet ad q̄sti. ¶ Ad questionē respōdetur: diffinitio quiditatiua ⁊ quelibet eius pars predicat de diffinito in primo modo dicendi per se. Hec conclusio est de mente Arist. verbis supra adductis. Et probat per rationē Linconiensis sic. Q̄n quiditas subiecti egreditur de quiditate predicati est primus modus dicēdi perse. Sed sic est q̄n diffinitio quiditatiua vel pars eius predicat de diffinito: igit maior est Linco. minor est de mēte Arist. 2. Topl. vbi dicit diffinitionē ⁊ qualibet eius partē enunciare quiditatē diffiniti.

Obiectiōis solutio. ¶ Ad argumentū dicit predicabile capit vno modo large pro oīi illo q̄ potest predicari. Et sic negat minor. Alio mō capit stricte pro vniuersali. Et sic totū conceditur argumentū: sed ita nō capitur in ꝓposito.

## Questio. xv.

9. Et item ea quorū in ratione que quid est patefacit ea ipsa sunt quibus insunt: quo pacto linee quidē rectum ⁊ curuum ineſt: numero vero par atq; impar: primū atq; compositū: figura deniq; laterū equaliū ac altera parte longior.

¶ His verbis Arist. hanc ponit ꝯclusionem. Illa predicata predicantur in secūdo modo dicendi per se in quoz quod quid est ponitur subiectum: patet exemplis: quia linee ⁊ est rectum ⁊ curuū: numero par ⁊ impar: etiā primum

ꝛ compositū: equilaterū ineſt ysopleuro: et eſſe altera parte longius ineſt ſcalemoni in ſecūdo modo dicendi per ſe. Et de trianguli ſpeciebus (de quibus etiam vltima duo ſunt exēpla) ſequēs habes metrum.

Omnia pleurus equat: ſcalemon nil: ſed duo chelis.

Ysopleurus habens. 3. latera equalia.



Scalemon habens. 3. latera inequalia.



Ysocheles habēs. 2. lat. equalia tantū.



## ¶ V. Propria passio ſit predicabilis per ſe de ſuo ſubiecto in ſecūdo mōdo dicendi per ſe.

¶ Videt ꝙ nō. Quia nullū accidēs predicaꝛ per ſe de ſuo ſubiecto: ſed oīs ꝓpria paſſio eſt accidēs igiꝛ. ꝛc. maioꝛ eſt Ariſt. in hoc primo: minoꝛ eſt Porphyꝛius ꝛ Pe. hiſ. in cap. de genere vbi propriā paſſionem vocant accidēs. ¶ In oppoſitū eſt Ariſt. Et ꝓpria paſſio in ꝓpoſito: eſt terminus cōplexus vel incōplexus: cōnotatiuus vel magis cōnotatiuus predicabilis de alio accidentaliter ꝛ conuertibiliter. Dicit cōplexus: vt equale vel inequale dicit propria paſſio quātitatis. Dicit incōplexus vt riſibile eſt ꝓpria paſſio hominis Dicit cōnotatiuus excludit per hoc oīs terminus abſolutus quoꝝ nullus eſt propria paſſio. Dicit vel magis cōnotatiuus hic inuitur ꝙ pōdicabile eſt ꝓpria paſſio vniuerſalis. Et tēpus ipſius motus. ¶ Subiectū vero in ꝓpoſito. Eſt terminus abſolutus vel minus cōnotatiuus de quo alter terminus eſt predicabilis accidētaliter ꝛ conuertibiliter. Vnde predicari in ſecūdo mō dicēdi ꝑ ſe. Eſt ꝓpriam paſſionē predicari de ſuo ſubiecto: vel de aliquo inferiori aut ſuperiori ad tale ſubiectū: vt latius ſequēti patet notabili.

Cōtra q̄ſtionem obijcitur.

Propria paſſio in ꝓpoſito.

Subiectū in ꝓpoſito.

Notabile.

Paſſio pōdicaꝛ ꝛ. mō de ſupiori vel inferiori ad ſubiectū ſi ꝓpō ꝑ ſe nō preſupponit ꝓpōnem de oī: ſin ſecus tūc nō eſt verū.

Secūdus modꝰ dicēdi per ſe. Eſt q̄n ſubiectū eſt de rōne. i. diffinitiōe pdicati. Et ꝓpōnes dicūtur eſſe in ſecūdo modo dicēdi ꝑ ſe dupliciꝫ.

- Directe ꝛ hoc tripliciter.
  - Primo. Q̄n ꝓpria paſſio pōdicaꝛ de ſuo ſubiecto: vt hō eſt riſibilis.
  - Scō. Q̄n paſſio pōdicaꝛ de aliquo iferiori vel ſupiori ad tale ſubiectū vt petrus eſt riſibilis: animal eſt riſibile.
  - Tertio. Q̄n interp̄tatio ꝓuertibilis predicaꝛ de ſuo interpretato: vt philoſophus eſt amatoꝛ ſapiētie.
- Reducitue ꝛ hoc tripliciter
  - Primo. Q̄n ſubiectū pōdicaꝛ de ꝓpria paſſione: vt riſibile eſt homo.
  - Scō. Q̄n vna paſſio nō diſparata pōdicaꝛ de alia vt riſibile eſt flebile.
  - Tertio. Hēs oppoſite ꝛ negatiue dictaꝝ: vt nullus hō eſt riſibilis. ꝛc.

¶ Ad queſtionem reſpōdetur. Q. ipſa ſit vera: vt patet ex textu Ariſt. ſuperius adducto ꝛ probaꝛ ratiōe talis illa ꝓpoſitio eſt in ſecūdo modo dicēdi per ſe in qua ſubiectū eſt de ratiōe predicati. Sed ſic eſt quādo ꝓpria paſſio predicaꝛ de ſuo ſubiecto: igiꝛ. ꝛc. maioꝛ eſt philoſophi ꝛ eſt diffinitio ſecūdi modi dicendi per ſe. minoꝛ probaꝛ quia ſubiectū ſemꝑ ponitur

Riſidet ad q̄ſtē.

in diffinitione proprie passionis: nam vt. 7. Meth. dicitur semper per suum debet diffiniri subiectū: vt Simitas est nasi curuitas.

Obiectionis solutio. ¶ Ad argumentū dicit. Q2 propria passio sit accidens proprium non cōmune cum vero Arist. dicit nullū accidens per se predicari de suo diffinito: loquitur de accidente cōmuni.

Pro complemento dictarum duarū questionū sequens mouetur dubium.

Cōtra dubium obijcitur. ¶ Dubitatur. An tantū duo sint modi dicendi per se.

¶ Videtur q̄ non. Quia tot sunt modi dicendi per se quot sunt modi predicandi per se: sed decem sunt modi predicandi per se igitur. 2c. maior videtur manifesta minor probat: q2 vnūquodq; predicamentū habet modū predicādi per se distinctum a modo predicādi omniū aliorum predicamentorum.

¶ In oppositū. Est cōmunis auctorum sentētia: tamen pro dubij solutione vnum premittitur notabile.

Notabile. Itē modi dicēdi p accidēs q̄nt assignari. 3. primus q̄n accūs p̄dicat de subiecto. secūs q̄n p̄dicat subiectū de accidēte. tertiū q̄n accidēs p̄dicat de accidēte.

Perfectionis modus ē triplex: scz.

Essendi. Est predicatū essentiale q̄ nō predicatur de aliquo denominatiue. Et iste modus solū est incōplexorum vt homo: animal. 2c. Et iste est tertius modus perfectionis.

Causandi. Est positio in qua subiectū importat causam predicati. vt rationale est risibile. Et iste modus perfectionis requirit in omni demōstratione propter quid. Et iste est quartus modus perfectionis.

Dicendi. Est cuius predicatū est de ratiōe subiecti vel econtra. Et iste immediate diuidit in primū 2 secundum modos dicendi per se.

Rñdet ad dub. ¶ Ad dubium respondetur. Tantū duo sunt modi dicendi per se: sm diuisionem immediatam ad cōmunem sensum. Hec cōclusio est de mente philosophi: 2 probatur tali ratione. In omni modo dicēdi per se predicatum est de ratione subiecti vel econtra. Si primum est primus modus dicendi per se. Si secundū est secundus modus dicendi per se: tenet per sufficientem diuisionem.

Obiectionis solutio. ¶ Ad argumentū dicit cōcedendo vnūquodq; predicamētorum habere modum predicandi per se distinctū a modo predicandi aliorum predicamentorum: sed negetur q̄ vnūquodq; predicamentorum habeat modum predicandi per se eo modo ficut per se capitur in proposito: dicit enim per se hic modum predicandi essentialem vel accidentalē 2 conuertibilem: talem vero modum predicandi non habent omnia predicamēta in ordine ad primam substantiam.

# Questio. xvj.

9. Preterea io per se dicimus quod nō de subiecto alio dicitur vllo. Insuper alio modo io quidem per se dicimus quod vni cuicq; competit ineſt ob ipsum.

¶ In his verbis Arist. tertiū ⁊ quartū modos ꝑseitatis ponit. Unde infert quecūq; nō dicunt de subiecto aliquo illa sunt ꝑ se tertio modo. Et quecūq; insunt alicui ꝓpter ipsum .i. qñ subiectū exprimit causam ob quā predicatū ei ineſt sunt ꝑ se quarto modo. Et ex hoc sequens mouetur questio.

## ¶ V. Tertius ⁊ quartus modi perseitatis pertineant ad demōstrationem:

¶ Videtur q; non. Quia omnis ꝓpositio que ingreditur demonstrationem (ſm philosophū) debet esse in primo vel secundo modo dicendi per se: ergo superflue adduntur tertius ⁊ quartus modi perseitatis.

Cōtra q̄stionē obijcitur.

¶ In oppositum. Est cōmunis auctorum sentētia: ꝓ huius questionis solutione duo notabilia ⁊ vnum ponitur cōzolarium.

- Modi
  - Tertius est sendi qd sit habes quest. ꝓcedēti. Et est duplex: scz.
    - Per se. Est illud qđ nō dicit de subiecto. i. non predicat accidētaliter: vel quod nō inheret alteri accidentaliter: sed per se existit: vt sunt substantie.
    - Per accidens. Est illud quod ineſt alteri accidentaliter ⁊ non per se subsistit: vt sunt accidentia: vt omnes termini nouem vltimorū predicamentorum.
  - Quart⁹ cau sandi qd sit habes q̄. ꝓcedēti et est duplex. s.
    - Per se. Est quando subiectum exprimit propriā causam ob quam predicatū ei ineſt: vt domificator edificat.
    - Per accidens. Est quando predicatū ineſt subiecto non ex eo q; causa: sed accidit sibi vt musicus edificat.

Mobile. 1.

- In mō ꝑseitatis
  - Tertio sūt termini: ⁊ dupliciter: scz.
    - Directe: vt sunt termini significātes substantias totales: vt homo: asinus: petrus: ⁊ alij termini de predicamēto substātie.
    - Reductiue: vt sūt termini ꝓcātes substātias partiales: vt man⁹ pes: caput: ⁊ h⁹modi.
  - quarto sūt ꝓpōnes: ⁊ dupliciter: scz.
    - Directe: qñ subiectū ꝓportat causam predicati: vt volūtas vult: loquens loquitur.
    - Reductiue: qñ predicatū ꝓportat causam subiecti: vt edificans est edificator.

Mobile. 2.

¶ Ex dictis: sequitur. Vt etiam Linco. asserit: q; scz omnis ꝓpositio in secūdo modo dicendi per se est etiā in quarto modo perseitatis: sed nō econtra. Ratio q; in oīi ꝓpositione secūdi modi dicēdi per se predicatur passiō de suo subiecto: quod subiectum est causa efficiens passionis: vt illa homo est risibilis est in secūdo ⁊ quarto modo: ista vero domificator edificat est in quarto ⁊ nō in secundo modo vt patet.

Cōz.

¶ Ad questionē respōdetur. Quartus modus pertinet ad demonstrationē ūmediate: sed tertius modus solum mediate. Hec conclusio est de mēte Arist. et ꝓbatur rationem: nam in oīi demōstratione potissima demonstratur ꝓpria passio de suo subiecto: sed vbicūq; predicatur ꝓpria

Rñdet ad q̄stionē

passio de suo subiecto est quartus modus (vt in corolario dictū est) igit. ꝛc. Secūda ꝯclusionis pars probat̄ qꝛ in tertio modo essendi sunt termiui substantiales: sed ex terminis cōstituitur demōstratio (licet mediate sicut ex partibus remotis) ergo tertius modus pertinet ad demonstrationē: solū tamen mediate quia demōstratio immediate ꝛ propinque fit ex ꝓpositionibus q̄uis mediate ꝛ remote etiam ex terminis fiat.

Obiectionis solutio.

¶ Ad argumentū dicit̄: q̄uis oīs ꝓpō que ingredit̄ demōstrationē potissimā debeat esse in primo vel secūdo mō dicēdi ꝑ se: tñ adhuc alij duo modi ꝑseitatis nō sunt suꝑflui cū tertius requirat̄ quo ad habitudinē terminoꝝ demōstrationis: ꝛ quartus quo ad habitudinē premissarū.

# Questio. xvij.

10. Que igit̄ in hisce que sub scientiā simpliciter cadūt ꝑ se dicūtur: vel eo pacto vt sint in p̄dicatis subiecta: vel eo rursus vt ipsa sint in subiectis: ea ob ipsa ꝛ necessario sunt.

His verbis Arist. premissa distinctione modorū per se ostendit qualiter hij modi sint demōstrationi deseruiētes inferēs pariter omne per se esse necessarium. Unde ꝛ sequens oritur questio.

¶ V. Omnis propositio per se sit necessaria et econtra.

Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ Uidet̄ ꝙ non. Quia illa. Socrates est anīal rōnale est ꝓpositio per se et tamē non est necessaria: qꝛ socrate mortuo (sicut de facto est) ipsa est falsa.

¶ In oppositum. Est cōmunis auctoꝝ sentētia: tamē pro questionis euidētia duo sequunt̄ notabilia.

Nōbile. 1.

Propositio est duplex.

- Per se ꝑm
  - Arist. Est q̄n predicatum est de ratione subiecti vel econtra.
  - Linco. Est q̄n quidditas vnius extremi egredit̄ de quidditate alterius extremi.
  - Mars. Est q̄n ꝓpōni repugnat contingentia: quantū est ex parte terminoꝝ. Et sic illa hō nō est aīal: est per se licet sit falsa: hoc tñ nō ꝓuenit ex parte terminoꝝ. i. extremoꝝ sed ratiōe negatiōis
  - Modernos. Est q̄n determinat sibi veritatem ex significatiōe terminoꝝ. i. quādo extrema predicant̄ de se inuicē nō disparate nec accidētaliter. Et sic dant̄ ꝓpositiones neutrales que nec sūt per se nec per accidēs vt disparate.
- Per accidēs ꝑm
  - Arist. Q̄n predicatū non est de ratione subiecti nec econtra: tamē predicatū inest subiecto vel ecōtra: inest. i. predicat̄ vere accidētaliter ꝛ nō conuertibiliter: vt homo est musicus.
  - Linco. Mars. Modernos: describat̄ per oppositū modis prioribus. ꝛc.

Propositio { Per se vera: q̄ ex ꝑcatione oīm suoꝝ terminoꝝ determinat sibi suam veritatē vt hō est aīal: ⁊ ꝓpō dicit̄ ꝑ se vera dupliciter: scz. { Simpliciter. Que per nullā potentiā falsificari potest vt deꝰ est. Scdm quid. Que ꝑ potentiam naturalem non potest falsificari vt Oīs ignis est calidus. Nōbile. 2.
Per se falsa. Dicat̄ per oppositum: vt hō est asinus.

¶ Ad questionem respondetur. Oīs ꝓpō per se vera est necessaria ⁊ non econtra: hec conclusio est de mente arist. ⁊ probatur ratione. Omnis ꝓpō que ex ꝑcatione suoꝝ terminoꝝ sibi determinat veritatē suam est necessaria: sed omnis propositio per se vera est huiusmodi igitur. Rūdet̄ ad q̄sti.

¶ Dicitur in conclusione per se vera propter propositiones per se falsas: vt homo non est animal. Omne animal est homo. Dicitur ⁊ non econtra: quia ille hō est coloratus: petrus pōt esse albus sunt necessarie: ⁊ tñ nō sunt ꝑ se.

¶ Ad argumentum dicitur ꝙ dicta propositio sit per se: ⁊ etiam necessaria ꝑm regulam alberti que talis est in qualibet ꝓpōne per se copula absoluitur hoc stante dicta propositio fit necessaria. Obiectionis solutio. Regula alberti

# Questio. xviij.

Id itaq; de omni dicimus quod cuidā inest cuidam non inest. Nec interdum competit: interdum non competit. 8.

Vniuersaliter aūt id cōpetere dico quod de omni dicitur ⁊ per se: atq; hoc plane quo ipsum est. 11.

¶ His verbis Arist. diffinit ꝓpōnem vniuersalē posterioristicā ex qua diffinitiōe infert corolariū ex quo vniuersale inest de omni de per se ⁊ ꝑm ꝙ ipm manifestū est ꝙ quecūq; sunt. Vniuersalia ex necessitate insunt rebus. i. subiectis. Et presenti ex textu sequens mouetur questio.

¶ V. Diffinitiones dici de omni ⁊ vl'is sint bene posite. Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ Videt̄ ꝙ nō. Quia diffinitiōes de oī et vl'is nō ꝯueniūt oībꝰ ꝯtentis sub diffinito: q̄ ista est de omni. Oīs hō currit cū sit vl'is cū tñ ꝑdicatū non insit cuilibet supposito subiecti. Et hec vl'is: oīs hō est aīal: ⁊ tñ nō est ꝑm ꝙ ipm cū ꝑdicatū non ꝯuertat̄ cū subiecto: igit̄ diffinitiōes insufficiēter sunt posite.

¶ In oppositum. Est arist. ⁊ presens questio duobus notabilibus et quattuor absoluitur corolarijs.

Propositio de omni est duplex. s. { Prioristica. Est ꝓpō cuius ꝑdicatū denotat̄ inesse cuilibet supposito subiecti siue sit de ratione eius siue nō vt oīs hō est asinus. Omne aīal est hō de illa agit̄ ꝑmo prioꝝ. Et Pe. His. tract. 1. sub noīe ꝓpōnis vl'is eam describit.
Posterioristica describit̄ superius in textu: que descriptio sub alijs verbis exprimit̄ sic. Est ꝓpō cuius ꝑdicatum ꝯuenit cuilibet supposito subiecti ꝑ qualibet differētia tempis: vt hō est aīal. Et ex illa diffinitiōe elicit̄ alberti regl'a habita quest. 17. scz ꝙ in omni ꝓpōne ꝑ se copula absoluitur Nōbile. 1.

Cõz.1.de ꝓditionib⁹ ad ꝓpõnẽ de omni regsitis.

¶ Ex dictis sequitur: q ad hoc q aliqua ꝓpositio sit de omni posteriorística tres requiruntur conditiones.

¶ Prima q semper ita sit sicut res per eam significatur: vt homo est animal deus est: absoluendo copulam sicut fieri oportet.

¶ Secunda conditio q predicatũ insit cuilibet suppositio subiecti. Et sic excluditur illa vel consimilis. Omne animal est homo: que licet fcet per sẽ non posteriorística de omni.

¶ Tertia conditio q predicatũ insit subiecto pro qualibet differentia tẽporis. Et sic excludit illa vel consimilis: omnis homo est albus.

Cõz.2. de q̃druplici dr̃na inter de oĩ porísticũ t posteriorísticũ.

¶ Sequitur secundo. Inter ꝓpositionem de omni prioristicam esse quadruplicem differentiam.

¶ Prima in ꝓpositione de omni prioristica requiritur actualis distributio i. q subiectũ actu distribuat per signum vniuersale: q nõ requiritur in posterioristica: vt asinus est animal est posteriorística non tamen prioristica.

¶ Secũda differentia. In ꝓpsitione de omni posteriorística requirit q predicatum insit subiecto: sed in prioristica sufficit q denotetur inesse: vt omis homo est asinus: est prioristica non tamen posteriorística.

¶ Tertia differentia. Solum in propositione vniuersali reperitur prioristica sed posteriorística reperit in vniuersali: particulari t indefinita.

¶ Quarta differẽtia. Propositio de omni prioristica non tantũ est necessaria: sed contingẽs vel falsa: posteriorística vero solum est necessaria.

Mõbile. 2.

Vniuersale est duplex.

Prioristicũ. Est ꝓpositio cuius subiectũ est terminus cõmunis distributus per signũ vniuersale. Et sic idem est vniuersale prioristicũ: de omni prioristicũ: t ꝓpõ vniũsalis.

Posteriorísticũ describit superius in textu que descriptio sub alijs verbis in forma sic exprimit. Est ꝓpositio cuius predicatũ conuenit cuilibet suppposito subiecti pro qualibet differẽtia tẽporis per se: t cõuertibiliter: vt hõ est risibilis

Cõz.3. de ꝓditionib⁹ ad vlẽ posteriorísticũ requisitis.

¶ Ex his sequit ad vniuersale posteriorísticũ requiri tres conditiones. ¶ Prima q talis ꝓpositio sit ꝓpositio de omni. Et sic excluditur illa vel consimilis: animal est homo que nõ est de omni.

¶ Secunda conditio q talis propositio sit per se: t sic excluditur omnis ꝓpositio per accidens: vt omnis homo est albus.

¶ Tertia conditio: q talis ꝓpositio sit fm q ipsum. i. q predicatum cõuertibiliter dicatur de subiecto. Et sic excludit ista. Omis homo est aĩal: que licet sit per se t de omni: nõ tamẽ est fm q ipsum: ideo nõ est vniuersalis posteriorística. Et ꝓpositio fm q ipsum est ꝓpositio in qua predicatũ dicitur conuertibiliter de suo subiecto: vt homo est risibilis. Et omnis talis in qua predicatur propria passio de suo subiecto.

Propositio fm q ipsum.

Cõz. 4.

¶ Sequitur vlterius. Non oẽm ꝓpositionẽ necessariã esse de omni: nec oẽm ꝓpositionem necessariã esse per se: nec omnẽ necessariã esse vniuersalẽ: vt patet de illa: homo potest esse albus: que nec est necessaria t tñ nõ est de omni: nec per se nec vniũsalis. Ita etiã nec oĩs ꝓpõ de oĩ est vniũsalis: vt hõ est aĩal: nec oĩs per se est de omni posteriorístico: vt aĩal est hõ: nec oĩs p se est vniuersalis vt oĩs ꝓpõ per se in primo modo perfectatis.

Rñdet ad q̃sti.

¶ Ad questionẽ respondetur. Diffinitiones dici de omni t

vniuersalis esse bene positas intelligendo eas vt dictum est. Hec conclusio est de mente philosophi verbis supra adductis.

¶ Ad argumentū dicit hanc ꝓpōnem: omnis homo currit esse de omni prioristico: sed nō posterioristico. Et illam omnis homo est animal esse vniuersalē prioristicā: sed non posterioristicā (vt patet ex dictis) ideo argumentum nihil infert contra dictam conclusionem. Obiectionis solutio.

# Questio. xviiij.

Non igitur fieri potest vt ex alio genere quisq; in aliud trā siens quicq; demonstret: veluti conclusionem geometricam arithmetica demonstratione. 22.

¶ Quibus verbis Arist. cōcludit nō esse possile demonstrantē descendere de vno genere in aliud genus sic intelligēdo. Q2 demōstrans aliquā passionem de aliquo subiecto alicuius sciētie nō potest eam demōstrare de subiecto alterius sciētie. Et dictam conclusionem Arist. tribus ꝓbat rationibus: quaꝝ prima sumitur ex parte subiecti: secunda ex parte principioꝝ: tertia ex parte passionis quas vide in textu supꝝ quo etiam sequens mouet questio.

¶ V. Possibile sit demōstrantē descēdere de genere in gen? Cōtra ālionem obiicitur.

¶ Videtur q; non. Quia omnis habēs principia ad oēs sciētias descēdit de genere in genus sed demōstrans habet ꝓncipia ad oēs sciētias: ergo demōstrans descēdit de genere in genus: maior est manifesta: minor ꝓbatur quia demōstrans est logicus: sed logicus habet ꝓncipia ad oēs scientias: igit. ꝛc.

¶ In oppositū. Est Arist. ꝛ presens questio nō est intelligēda de genere predicamētali quod scz predicat de pluribus specie differētibus: neq; de genere phisico quod est materia prima: neq; de genere sensibili quod est obiectū alicuius potentie. sed intelligit de genere scibili quod est subiectū attributionis alicuius scientie. Sic q; illoque ad ipsum attribuunt dicunt esse vnius generis scibilis. Et ita capitur genus scibile in hoc primo et. 4. Meth. vbi dicitur. Sicut vnius sensus est vnum genus sensibile: ita scientia vna vnius est generis scibilis. Et genera scibilia sunt duplicia vt sequēti habes notabili. De quo genere ꝑsens intelligatur questio.

Genera scibilia sunt duplicia: scz.

Eadem. Vbi vnum comprehendit sub alio siue essentialiter siue accidentaliter: vt ens mobile ꝛ ens mobile ad vbi: linea ꝛ linea visualis. Et sic bene contingit descendere de genere in genus. Vnde per propria principia Methaphisice possunt demonstrari passiones de subiectis aliarum scientiarū. Similiter dicit q; per principia scientie subalternantis possunt demonstrari conclusiones in scientia subalternata. Mōbile. 1.

Diuersa. Vbi vnū nō cōprehenditur sub alio. vt ens mobile: ꝛ argumētatio. Et in his generibus nō cōtingit demonstrantem descēdere de genere in genus. Intelligēdū de passiōibus trāscendētibus seu ꝓprijs.

¶ Descendere de genere in genus. Est probare per propria principia passionem alterius scientie ineſſe ſuo ſubiecto. Vel ſm Egidium eſt quando vna ſcientia probat aliquid circa ea que ſunt alterius ſcientie ita non inconuenienter tam naturalis q̄ astronomus cōſiderabit eclipſim lune per comparationē ad diametralē terre interpoſitionē inter ſolem ⁊ lunā: ex qua vmbra terre vſq; ad lunā porrigat: ⁊ eo medio vtitur astronomus per relationē ad exiſtentiā ſolis in capite vel cauda draconis de quo naturalis ſe non intromittit. Et ita licet contingat demonſtratorem de ſcientia ſubalternante deſcendere in ſubalternatā rationē medij demōſtratiui: illud tamē medium non eſt omnino ⁊ formaliter idem in vtraq;.

Eclipſim lune naturalē ⁊ aſtronomus ꝓſiderabit.

Rñdet ad q̄ſti.

¶ Ad queſtionē reſpōdetur: nō eſt poſſibile demonſtrantē potiſſime deſcēdere de genere in genus vbi genera ſunt diuerſa. Hec concluſio ꝓbatur verbis Ariſt. ⁊ ꝓbatiōibus ab initio poſitis rōne tali. Quicq̄d verſatur circa ꝓpriū genus nō verſat circa aliud: ſed q̄libet ſcientia verſat circa ꝓpriū ſuū genus: igit maior nota minor eſt Ariſt. in hoc primo et. 4. metb.

¶ Ad argumentū dicit ꝓcedēdo demonſtrantē logicū habere principia cōmunia ad oēs ſcientias: logicus tñ per ꝓpria principia nō demōſtrat paſſionē alterius ſcientie ineſſe ſuo ſubiecto ideo nō deſcēdit de genere in genus.

Obiectionis ſolutio.

# Queſtio. xx.

Ex eodē enim genere ipſa extrema ⁊ media neceſſe eſt eſſe.

22.

¶ Pro concluſione predicte queſtionis Ariſto. pñti in textu ſecundū aſſumit rationē ex parte principioꝝ ⁊ iſtam. In omni demōſtratione neceſſe eſt medium ⁊ extrema eſſe eiuſdē generis. ergo principia nō poſſunt eſſe diuerſoꝝ generū: ⁊ per conſequens nō eſt poſſibile demonſtrantē deſcendere de genere in genus. antecedēs patet: q̄ ſi non eſſent eiuſdē generis tunc premiſſe non eſſent per ſe ſed eſſent accidētia. ⁊c. Et hinc ſequens oritur queſtio.

¶ Y. In omni demōſtratione potiſſima neceſſe ſit medium et extrema eſſe eiuſdem generis.

Cōtra q̄ſtionem obijcitur.

¶ Videt q̄ nō: q̄ illa duo extrema homo ⁊ riſibile ſunt diuerſoꝝ generum: quia homo eſt de genere ſubſtantie riſibile vero de genere qualitatis.

¶ In oppoſitū. Eſt Ariſt. ſm quem per medium intelligit diffinitio ſubiecti: vt eſt animal rōnale. Sed per extrema intelligit ſubiectū vt eſt homo: ⁊ paſſio vt eſt riſibile: quia paſſio in demonſtratione potiſſima eſt maior extremitas: ⁊ eius ſubiectū minor extremitas. Cepit etiam Ariſt. genus hic ſicuti precedēti in queſtione. ſ. pro genere ſcibili. Vnde pro maiori queſtionis euidentia duo ſequūtur notabilia.

Nōbile. I.

Demonſtratio ē duplex.

Potiſſima. Eſt que ꝓcedit per cauſam ꝓpriā ⁊ immediatā: vt ſi demonſtret vlla concluſio. Omnis homo eſt riſibilis per illam cauſam: animal rationale.

Non potiſſima. Eſt que nō ꝓcedit per cauſam ꝓpriam ⁊ immediatā: vt ſi demōſtretur ebrietas ineſſe huic ſubiecto ſocrates per illam cauſam vinum.

Extrema esse de eodem genere intelligitur dupliciter.

Vno modo. Est nihil aliud nisi extrema predicari de medio per se ⁊ ſm ꝙ ipsum.i. in ꝓpõne per se ⁊ conuertibili: vt animal rationale est risibile.

Alio modo. Est extrema ⁊ mediũ habere ordinem ⁊ attributionẽ ad idem subiectũ attributionis: vt illa scientia que habet ꝯsiderare de animali rationali habet etiam de risibili ⁊ homine considerare. Nõbile. 2.

¶ Ad questionem respondetur. In omni demonstratione potissima necesse est medium ⁊ extrema esse de eodem genere primo vel secũdo modo: patet conclusio Arist. a uctoritate: ⁊ probatur ratione superius circa textum adducta: qꝛ alias demonstratio non esset ex ꝓpõnibus per se: termini enim diuersaꝝ scientiaꝝ non cõstituunt ꝓpõnem per se sed per accidẽs sed ex ꝓpõnibus per accidens nulla constituitur demonstratio potissima. Rñdet ad q̃sti.

¶ Ad argumentũ dicit ꝯcedendo extrema homo et risibile esse diuersoꝝ generum predicamentaliũ in ꝓposito tñ sufficit ꝙ sint eiusdem generis scibilis vel ꝙ predicentur de medio per se ⁊ conuertibiliter. Obiectiõis solutio.

# Questio.xxj.

Quo circa fieri non potest quo geometria contrarioꝝ vnã scientiam esse: vel duos cubos cubum esse demonstret. 22.

¶ Ex ratione textus questionis precedentis Arist. infert ꝙ ad geometriam non pertinet demonstrare ꝙ oppositoꝝ eadẽ sit disciplina: qꝛ oppositio ⁊ disciplina non sunt per se passionis linee. Nec ꝙ duo cubi faciunt vnũ cubũ: qꝛ cubus non est per se passio linee sed numeri. Sed primũ probare pertinet ad logicã vel meth. Secundũ ad arithmeticã: tñ ex principijs geometrie põt probari aliqua passio perspectiue: qꝛ subiectũ perspectiue continet sub subiecto geometrie. Ex quo ergo geometria ⁊ alie scientie mathematice procedunt ex passionibus que per se ⁊ non per accidens insunt inferunt eas esse certissimas: potest tamen hoc magis haberi ex textu sequenti.

Prima aũt rationatiõis figura maxime ad scientiã ipsam accomodat mathematice sciẽtie nãq; vt arithmetica geometria ⁊ ꝑspectiua ꝑ hãc vt patet suas afferũt demõstratiões. 31.

¶ Hic aristoteles probat ꝙ primus modus prime figure magis facit scire ꝙ aliquis alius modus: quia manifestum est scientie mathematice que sunt certissime vtuntur: primo modo prime figure per consequens magis facit scire ⁊ inde sequens mouetur questio.

¶ V. Mathematice scientie sint scientiarum certissime. Cõtra q̃stionem obijcitur.

¶ Videtur ꝙ non. Quia scientie mathematice nos fallunt ⁊ decipiunt que nos docent pronosticare tempestates: pluuiam: ⁊ similia que non semper eueniunt (vt patet ad sensum) per consequens non sunt certissime.

¶ In oppositum. Est cōmunis auctorū sententia. Et pro maiori questionis euidentia tria sequuntur notabilia.

Nōbile. 1.

Scientie sunt in qua duplici differētia: quia quedā sunt

Arist. 9. cap. huius pñti pōit. 5. differētias inter sciētias doctrinales ⁊ dialecticas de quibus Tatar. 75. B.

Diuine. Que de diuinis ⁊ abstractis considerant vt theologia ⁊ methaphisica.

Phisicales. Que de naturalibus considerant ꝓut motui ⁊ trāsmutationibus subsunt: Ut scientia phisicorū: de anima. ⁊c.

Sermotionales. Que de sermone considerant dicunt alias triuiales: vt sunt grāmatica: logica: ⁊ rethorica: de quibus vide in Pe. Dis. circa diffinitionem logice.

Doctrinales. Que docent: vt sunt sciētie mathematice nam quib⁹ philosophis licebat (apud veteres) verba facere ⁊ querere: queq; audissent scribere: ⁊ que ipsi opinarent expromere dicebantur mathematici ab his scz artibus (vt inquit Perott.) quas discere atq; meditari inceperant: quam geometriā: musicam ceterasq; disciplinas altiores mathemata hoc est disciplinas veteres greci appellabant. Unde mathematica (vt sequit) describi potest.

Nōbile. 2. de descriptiōe ⁊ diuisione mathematice.

¶ Mathematica. Est scientia considerās sua considerabilia precise sub ratione quantitatis. Mathematica enim abstrahit a motu ⁊ materia: non scdm rem sed scdm materiam consideratam: ⁊ ita abstrahentium non est mendacium (vt dicitur. 2. Phisicorū.) Et habet duas immediatas species. Geometriam ⁊ Arithmeticā quarum prima est de quantitate continua: secūda de quātitate discreta. Et de certitudine illarū scientiarū sequēs ponitur notabile.

Nōbile. 3.

Vna scientia dicit certior alia 5. modis.

Primo ratione obiecti: scz que est de obiecto immobili ⁊ immutabili: vt est methaphisica que prīcipaliter ꝯsiderat de intelligētijs ⁊ substātijs separatis que sunt immobiles. Et sic mathematica nō est certior alijs.

Secūdo ratiōe facilitatis q̄ ad acquisitionē. Et sic grāmatica est certissima: quia facillima quo ad acquisitionē

Tertio ratiōe euidētie que. s. habet principia euidētiora. Et sic methaphisica est certissima qr (vt dr. 4. meth.) per eius principia stabiliunt principia oīum aliarū scientiarū.

Quarto ratiōe modi ꝓcedēdi: que scz habet modū demōstrandi euidentiorē suas ꝯclones: vt est mathematica

Quinto ratiōe nostri intellect⁹: que scz sciētia est de rebus magis ꝓportionatis nostro intellectui. Et sic mathematica est certissima cū sit etiā de his que visu ꝑcipi possunt.

Rñdet ad q̄stio:

¶ Ad questionē respōdetur. Sciētie mathematice sunt certissime aliarū scientiarū quo ad modū ꝓcedendi euidentē. Uel (sm Egid.) quantū est ex pte nr̄i intellectus. Hec ꝯclusio videt de mēte phi. ꝓbat rōne: illa sciētia est certior alia cui ꝯueniūt plures modi certitudinis: sed sic est de mathematica igit. ⁊c. maior manifesta: minor ꝓbat ꝑ phm. 6. Ethic. oportet scientiā certificari ⁊ īherere: silitudinib⁹ sed mathematica est h⁹ modi igit. ⁊c

¶ Ad argumentū dicit sciētias mathematicales esse certissimas quo ad modū ꝓcedendi demonstrationū vel quo ad modū nostrū intelligēdi: nō tū sunt certissime (vt argumentū ꝓbat) quo ad ꝓnosticationē pluuie ⁊ tempestatū: q; nō oīno futurū (vt docet Arist. 2. Periher.) de necessitate eueniet. Obiectionis solutio.

# Questio. xrij.

Accrescit etiam ratiocinatio non per media sed assumendo: nam. a. de. b. sumitur: ⁊ hoc dek. et hoc rursus de. d. atq; hoc in infinitum ꝓcedit. Versus quoq; latus eius fit incremētum. A. namq; de. c. atq; de. e. concluditur.

¶ Arist. ꝯclusionem predicte questionis q̄ scz sciētie mathematice sint aliis firmiores tribus ꝓbat ratiōibus quaꝝ tertia pāti in textu assumit ex pte medij ⁊ illa: Sciētie mathematice nō ꝓcedunt nisi p vnū mediū ad vnā ꝯclonez potissime demonstratā. alie aūt sciētie ꝓcedunt per plura media: ergo sciētie mathematice sunt aliis firmiores patet ꝯsequētia: ⁊ antecedēs est notū p comment. in plogo Phīs. dicentē q̄ Math. nō ꝓcedit nisi p vnū genus cause: scz p formam. Alie aūt per plura vt methaphisica per tria genera: phisica aūt per omnia. 4. genera (vt colligit de mente philosophi. 2. Phīs. et. 2. huius.) Et dicto super textu sequens mouetur questio.

¶ Q. Demōstrationes possint augeri per plura media.

¶ Videtur q̄ nō. Quia vnus ⁊ idem effectus non habet nisi vnam causam ꝓximā ⁊ immediatā: igit nō potest demōstrari pluribus mediis potissime. Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositum. Est q̄ eiusdē effectus plures sunt cause per ꝯsequens plura possunt esse media demōstrationis. Ꝓ huius q̄stionis solutiōe vnū notabile ⁊ quattuor ponunt casus quibus demōstrationes augent.

Demonstrationes augent dupliciter: scz.

Simpliciter. Q̄n ipsa demōstratio multiplicat p plura media. i. q̄n eadem ꝯclusio demonstrat pluribus mediis. Et hoc nō ꝓtingit in demōstratione ꝓpter quid ⁊ potissima q̄n ꝓcedit p ꝓpriā immediatā causam que nisi vna est vnius effectus. Sed demonstrationē nō potissimā ꝓtingit multiplicari per plura media. 4. casibus inferius positis. Mōbile.

Scōm quid ꝓtingit dupliciter.

Vno mō in latus accipiendo. Q̄n sub eodē medio subsumunt plures termini inferiores rōne cuius subsumptionis ꝯcludunt diuīse ꝯclusiones: vt oīne aīal est sensitiuū: ⁊ oīs bō est aīal: igit oīs bō est sensitiuus: sic auget in latus. Sē aīal est sensitiuū ⁊ oīs leo est aīal: igit oīs leo est sensitiuus. et i tali demōstratiōe sp maior manet inuariata

Alio modo inposst assumēdo. Q̄n maior extremitas manet inuariata ⁊ subsu-

mit alter terminus minor: vt oīs substantia est ens ⁊ oē aīal est sbstantia igit oē aīal est ens. Sic auget omne aīal est ens: ⁊ oīs hō est aīal: ergo oīs hō est ens. Et in tali augmentatiōe semp ꝯclusio pmi syllogismi debet fieri maior scdi. Et hoc contingit dupliciter vel respectu pluriū subiectoꝝ vt in exēplo prius posito: vel respectu pluriū passionū: vt sic oē rōnale est disciplinabile: ⁊ omīs hō est rōnalis: igit oīs hō est disciplinabilis. Sic auget omīs hō est disciplinabilis ⁊ omne disciplinabile est risibile igitur omnis homo est risibilis.

Demonstrationes non potissime augentur simpliciter quatuor sequentibus casibus.

¶ Primus casus. Qñ eadē ꝯclusio demonstrat pluribus demonstrationibus ꝓpter quid procedentibus per diuersas causas: vt illa cōclusio Omnis homo est risibilis potest demonstrari per illud mediū animal rationale: ⁊ per illud ens factum propter beatitudinem.

¶ Secundus casus. Quando eadem ꝯclusio demonstrat diuersis demonstrationibus: quaꝝ vna est propter quid: alia quia est: vt iam dicta conclusio per illa duo media rationale et flebile.

¶ Tertius casus. Quando eadem conclusio demonstratur pluribus demōstrationibus quia est vt illa. Omnis homo est rationalis potest demonstrari per illa duo media risibile ⁊ disciplinabile.

¶ Quartus casus. Qñ eadē conclusio demonstratur pluribus medijs habentibus se ꝑm sub ⁊ supra: vt si demonstratur illa cōclusio omnis homo est substantia per illa duo media corpus et animal.

Rñdet ad q̄stio. ¶ Ad questionē respondet. Demonstrationes potissime: ⁊ ꝓpter qd non possunt augeri ꝑ plura media. Sed alie demonstratiōes non potissime pñt augeri dictis. 4. casib⁹ ⁊ in latus accipiēdo ⁊ ī post assumēdo illa ꝯclusio ꝓbat verbis supra positis. Et ps pma ꝯclusionis patet ꝑ rōnem ꝯtra q̄st. supius adductā. Scda vero ꝯclusionis ps ex p̄dictis est manifesta.

Obiectionis solutio. ¶ Ad argumentū dicit non esse inconueniens vnū ⁊ eundē effectū ꝑ plures causas etiā demonstratiōe ꝓpter qd demonstrari: licet vn⁹ ⁊ idem effectus non habeat nisi vnam causam proximam ⁊ immediatam per quam demonstratione potissima: demonstratur.

# Questio. xxiij.

30. Alio vero mō differñt esse ⁊ ꝓpter q̄d est: q̄d ꝑ aliā atq; aliā vtrūq; ꝯsiderat: tales aūt sunt ea q̄ ita sese habēt vt altera sub altera collocet: vt ad geometriam perspectiua. ⁊c.

¶ His verbis Arist. ponit differentiā demonstrationū ꝓpter qd et qa est in diuersis sciētijs p̄mittendo ad hoc tres regulas de scientiaꝝ subalternatiōe ꝑm quas primo differentiā ponit: vnde ⁊ sequēs oritur questio.

## ¶ V. Possibile sit vnam scientiã alteri subalternari.

¶ Videtur q̄ non. Quia totius ⁊ partis est eadem scientia: sed subiectũ scientie superioris est totũ respectu scientie inferioris: ergo de subiecto sciẽtie superioris ⁊ inferioris est eadem scientia ⁊ per ꝯsequens vna non subalternatur alteri: cum idem non subalternetur sibiipsi.

Cõtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositũ. Est Aristo. qui (vt dictũ est) differentiã ponit inter ꝓpter q̄d ⁊ q̄r est etiã in sciẽtijs subalternatis quoniã sciẽtia subalternãs demõstrat ꝓpter quid sed subalternata q̄r est: vt sciẽtia naualis ꝯsiderat aliqua serenitatis signa in celo subalternat astrologis que ꝯsiderat motus astrox ⁊ causas signox serenitatis. Et sup illa differẽtia presens monet questio: pro cuius solutione vnicũ premittit notabile de quadruplici scientiarũ subalternatiõe.

¶ Vnã scientiã subalternari alteri. Est subiectũ vnius sciẽtie esse superius ad subiectũ alterius sciẽtie: vt geometria subalternatur mathematice: q̄r subiectũ geometrie est quãtitas ꝯtinua mathematice vero subiectũ est quãtitas ī genere. Et sciẽtia vna dicit subalternari alteri. 4. modis.

Notabile.

Una sciẽtia subalternat alteri. 4. modis.

¶ Primo quando vna scientia considerat de aliquo propter quid ⁊ talis dicitur subalternãs: ⁊ alia considerat. Quia est de eodem. Et dicit subalternata: vt scientia naturalis considerat de iride q̄ est portio arcus quo ad q̄r est cum sit notum ad sensum. Sed perspectiua considerat quare iris est portio arcus quo ad ꝓpter quid. Et ideo quo ad hanc considerationem perspectiua est scientia subalternans naturalis vero subalternata.

¶ Secũdo modo sciẽtia dicit alteri subalternari quãdo vna hoc est subalternans est de genere. Et alia. i. subalternata est de specie: ⁊ sic mathematica sibi subalternat Geometriam ⁊ Arithmeticam.

Nullꝰ põt bñ scĩam subalternatam (vt dicit Sco. ī. 3. dist. 2) nisi habeat subalternantẽ: quia spẽs includit essentialiter ipsum genus suũ.

¶ Tertio modo: quando vna considerat de aliquo simplici: alia de eodẽ cõtracto: vt Arithmetica hoc modo sibi subalternat Musicam: quia Arithme. considerat de numero. Musica vero de numero sonorum.

¶ Quarto modo. Una scientia dicit subalternãs: quia per principia vel cõclusiones eius demonstratur aliqua conclusio in alia scientia. Et sic geometria dicitur subalternans respectu chirurgie: quia per principia Geometrie demonstratur ista in chirurgia vulnera rotunda tardius sanantur q̄ oblonga: per hoc q̄ partes vulnerum circularium magis distant quã partes vulnerum oblongorum.

Vulnera rotũda tardiꝰ sananť q̄ oblonga.

¶ Ad questionẽ dicit: possibile est vnã scientiã alteri subalternari modis iam dictis. Hec ꝯclusio patet per Arist. ⁊ rõnibus dictis.

Rñdet ad q̄sti.

¶ Ad argumentũ dicit maiorem esse intelligendã de parte subiectiua vel integrali non autem de parte in modo.

Obiectiõis solutio.

# Questio. xxiij.

Manifestum est etiam si sensus quispiã defuerit: necessario ⁊ scientiam aliquam deesse: quam quidem consequi nõ possumus si discimus vel inductione vel demonstratione. 33.

¶ Philosophus tractaturs de syllogismo ignorãtie duplicem ponit igno-

Duplex ignorãtia.

rantiam: vnam pure negationis aliam prauę dispositionis. Deinde ostendit quomodo in nobis causetur ignorātia pure negationis dicens q̄ deficiente nobis aliquo sensu a natura necesse est scientiā de ꝓprijs sensibilibus illius sensus nobis deficere: q̄ nec inductione possumus habere talē scientiā: q̄m inductio procedit ex singularibus que cognoscunt̄ per sensum: nec demonstratiōe: quia demōstratio ꝓcedit ex propositionibus vniuersalibus que cognoscunt̄ per suas singulares.

## ¶ Y. Deficiente nobis aliquo sensu necesse sit deficere scientiam sensibilis illius sensus.

Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ Videtur q̄ non. Quia sensus est causa per accidens scientie: ergo ipso destructo possumus habere scientiam: tenet ꝯsequentia: quiā causa per accidēs est qua destructa nihil minus sequitur effectus.

¶ In oppositū. Est Arist. Et pro q̄stionis solutiōe duo premittunt̄ nōbilia.

Nōbile. 1.

Sensus capitur. 4. modis.

- Primo pro actu sentiendi. Et sic capitur. 2. post cap vlt. Vbi dicitur ex sensu fit memoria.
- Secūdo p potētia sensitiua. Et sic. 2. de aīa dicit quinq; sunt sensus exteriores. i. potētie sensitiue exteriores.
- Tertio: pro organo sensitiuo ita capitur. 2. de aīa numa sensibile positum supra sensum. i. organū sensitiuuz non facit sensum. i. sensationem.
- Quarto: pro aggregato ex anima sensitiua: actu sentiendi ꝛ dispositione media. Et sic capitur. 2. de anima cum dicit. Sensus est virtus passiua. In proposito potest capi sensus secūdo vel tertio modo.

Notabile. 2.

Sensu cōtingit deficere aut.

- A natiuitate. Vt quādo quis nascit sine organo alicuius sensus. Et cecus a natiuitate dicit deficere visu Ita capit in ꝓposito. Et apud Arist. in de sensu ꝛ sensato dicitur Cecos esse prudētiores q̄ surdos.
- Per violentiā: vt cū quis p ozbationē vel abscisionem caret aliquo organo: vt q̄ alicui eruuntur oculi.

Rūdet ad dub.

¶ Ad questionem respondet. Deficiente nobis aliquo sensu a natiuitate necesse est naturaliter deficere scientiā p̄ propriam inuentionem de sensibili proprio illius sensus: quantū ad cōceptos proprios ꝛ specifiocos. Hec ꝯclusio est de mente philosophi qui (vt supra dictum est) eam diuisiuo probat argumento.

Conclusiōis declaratio.

¶ Dicitur in conclusione a natiuitate: quia cecus cui effossi sunt oculi bene potest habere scientiam de coloribus.

¶ Dicitur naturaliter quia deus potest alicui ceco ꝛ surdo a natiuitate dare scientiam de sensibilibus visus ꝛ auditus.

¶ Dicitur per propriā inuentionē. s. que habentur per proprium exercitium absq; aliquo doctore extrinseco per hoc excluditur scientia que habetur per acquisitionem a doctore: quia cecus potest habere scientiam de coloribus p̄ auditū: sunt enim auditus ꝛ visus sensus discipline.

¶ Dicitur quantum ad cōceptus proprios ⁊ speciuos hoc est qñ cognoscimus sensibile sub ratione qua apprehendit a sensu: vt albedinem sub ratione albedinis: per hoc excluditur cognitio per conceptus generales: vt cognoscendo albedinem sub ratione entis vel sub ratione quanti. vel scōm q̄ est in aliqua materia.

¶ Ad argumentū dicit q̄ duplex est causa per accidēs quedam est que nihil facit ad productionem sui effectus vt album per accidens domificat. Alia est per accidēs sine qua nō ⁊ talis necessario requirit ad productionem effectus cuiusmodi est sensus respectu scientie: argumentū vero procedit de causa per accidens primo modo. Obiectionis solutio.

## Questio. xxv.

Cum aūt demonstrationum alia sit vtis alia particularis: ⁊ alia affirmatiua: alia negatiua: ambigit vtra sit prestabilior 39

Et eodem modo de ea que recte dicit demonstrare ⁊ de ea que deducit ad id quod fieri nequit.

¶ Presenti textu Arist. comparat demonstrationes penes cōditiones que conueniunt ei inquantū est syllogismus ⁊ in parte prima textus tres mouet questiones que sequenti vnico questionis titulo comprehenduntur.

¶ V. Demonstratio vtis sit potior particulari: ⁊ affirmatiua negatiua: ⁊ ostensiua ad impossibile.

¶ Videtur q̄ non primo. Quia noticia distincta perfectior est noticia confusa sed noticia per particularem acquisita est distincta: sed per vniuersalem est confusa ergo perfectior est noticia demonstrationis particularis per consequens particularis est potior. Cōtra q̄stionem obiciē tripliciter.

¶ Secō. Aliqua demonstratio affirmatiua est quia est: ⁊ aliqua negatiua propter quid sed propter quid est potior q̄ qz vt patet ex predictis.

¶ Tertio. Si aliqua demonstratio ostensiua est negatiua ⁊ aliqua ad impossibile est affirmatiua tunc cum affirmatiua sit potior negatiua demonstratio ad impossibile erit potior ostensiua.

¶ In oppositum est Arist. ⁊ communis auctorum sententia. Et pro questionis euidentia tria ponuntur notabilia.

Demonstratio confiderat tripliciter.

- Primo modo inquantū syllogismus: ⁊ sic sex recipit p̄ditiones quandā inter se oppositionē dicētes scz vle: particulare: affirmatiuū: negatiuū: ostēsiuū: ⁊ ad impossibile.
- Secundo modo inquantū demonstratio: ⁊ sic ei conueniunt iste conditiones que sunt procedere ex prioribus ⁊ posterioribus: ostendere propter quid ⁊ quia. Ad ōbile. 1.
- Tertio modo p cōparationē ad res scitas: ⁊ sic ei p̄ueniunt iste cōditiones que sunt esse magis ex compositis ⁊ ex simplicibus esse de subiecto ⁊ non esse de subiectis.

Demōstratō nō dr̄ vl̄is ꝙ sit ex termis ꝯuibus: nec ꝙ sit ex ꝓpōnib⁹ quaꝝ sbiecta distribuunt̄.

Demōstratio.

Vniuersalis. Est que demonstrat passionē de suo subiecto primo ⁊ adequato. Unde ad demonstrationē vniūsalē nō requiritur ꝙ ꝯcludatur ꝯclusio determinata signo vniūsali: sed requiritur ꝙ talis ꝯclusio sit vniuersale posterioristicū.

Particularis. Est illa que concludit passionē de suo subiecto nō primo. vt demonstratio que concludit ꝙ socrates sit risibilis. Uel ꝙ ysochelis habeat tres angulos equales duobus rectis. Et demōstratio nō dicit̄ particularis ꝙ ꝯcludat conclusionē determinatā signo particulari. Sed quia concludit passionē de subiecto nō primo nec adequato.

Nōbile. 2.

Nōbile. 3.

¶ Demōstratio dicit̄ potior alia. Que est dignior ⁊ perfectior quo ad scire hoc est que magis facit scire: qꝛ demonstrationis finis est scire: igitur de quāto demōstratio magis accedit ad illum finem de tanto est perfectior ⁊ dignior. ¶ Quid vero sit demōstratio ostēsiua ⁊ ad impossibile dictum est questione. 8. Demonstratio vero dicit̄ affirmatiua cuius cōclusio est affirmatiua. Et negatiua cuius conclusio est negatiua.

Demōst. affirm. ⁊ negatiua.

Rn̄det̄ ad q̄stio.

¶ Ad questionē respondet̄. Questio est vera ꝓ oībus trib⁹ partibus. Et partē primā questiōis Arist. 7. ꝓbat rationibus: quarū prima. Illa demōstratio est potior que demōstrat proximam ⁊ immediatā causam ipsius effectus. Sed sic est de vniuersali ⁊ non particulari. igitur. ⁊c̄.

¶ Secunda pars. 5. probatur rationibus quarum vna est illa demonstratio est potior que scitur ex paucioribus. Sed affirmatiua scitur ex vno genere propositionis scꝫ ex affirmatiuis. Negatiua vero ex duobus scitur generibus: scꝫ affirmatiua ⁊ negatiua: igitur. ⁊c̄.

¶ Tertia pars probatur sic: illa demonstratio est potior cuius ꝓpositiones sunt credibiliores ⁊ notiores. Sed sic est de ostensiua. igit̄. ⁊c̄.

Obiectionū solutio.

¶ Ad argumenta: ad primū dicit̄: licet noticia particularis demōstrationis sit de obiecto distinctiori q̄ noticia ꝯclusionis vl̄is: eꝯtra tn̄ secūda noticia ꝯsiderata vt complexa ⁊ demōstratiua distinctior dici debet. ¶ Ad secundū ⁊ tertiū dicit̄: demonstratio affirmatiua vt sic: ⁊ nō inquantū Quia est: est potior negatiua. Et demonstratio ostensiua vt sic ⁊ nō inquantum negatiua est potior demonstratione ad impossibile.

# Questio. xxvj.

45 Vna autem est sciētia que vnius est generis: que cōponunt̄ ex primis ⁊ sunt partes aut affectus horum per se. Diuerse vero scientie sunt quarū principia nō sunt ex eisdem nec ex vnius principijs principia proficiscuntur alterius.

¶ Hic Arist. cōparat scientias adinuicē penes idemptitatē et diuersitatem ꝯcludens vnitatē scientie sumi ab vnitate subiecti: ita ꝙ illa sint vnius sciētie que sunt vnius generis scibilis. Unde ⁊ sequēs oritur questio.

¶ V. Scientia vnitatem a suo subiecto ⁊ distinctionem a suis principijs capiat.

¶ Videtur ꝙ nō. Primo qꝛ scientia nō capit entitatem a suo subiecto: ergo nec vnitatem tenet ꝯsequētia: qꝛ ab eodem habet res ꝙ sit ens ⁊ vnum ens. Cōtra q̄stionem obijcit̄ duplicit̄.

¶ Secūdo sic. Distinctio scientiarū sumitur a distinctione subiectorū: ergo non a distinctione principiorum: tenet ꝯsequentia: quia idem non habet diuersa principia distincta: antecedēs patet per Aristo. 1. de anima dicentem. Secantur scientie quēadmodum res.

¶ In oppositū. Est Arist. Et pro questionis solutione duo premittunt̄ notabilia iuncto vno corolario.

Scientia.

Simplex. Est simplex habitus alicuius ꝓpōnis demonstrate que descripta est supra questione. 6. Et hec dicit̄ vna a priori intrinsece a ꝓpria entitate: qꝛ circūscriptis oībus scientia est vnū ens ponibile in predicamētis: igitur est vna. Nōbile. 1.

Aggregata. Sunt multi habitus multarū ꝓpōnū seu ꝯclusionū vt totalis logica totalis philosophia. Et hec dicit̄ vna a posteriori extrinsece a suo subiecto attributionis.

Distinctio ē duplex. scꝫ.

Intrinseca: qñ aliquid per differentiā ꝓpriā ⁊ essentialem distinguitur ab alio. Et sic quelibet scientia habet vnam differentiā intrinsecā ⁊ essentialē que multotiēs est nobis ignota per quā differt a qualibet alia scientia. Nōbile. 2.

Extrinseca. Qñ principiū essentialiter distinctiuū est nobis innominatū: tūc accipimus vnū extrinsecū ꝓ principio distinctiuo sicut distinguimus potentias per obiecta.

Ex dictis sequit̄: ꝙ distinctio scientiaꝝ intrinseca nō potest sumi a distinctione principioꝝ ipsius subiecti vel demōstrationis: quia talia sunt extrinseca scientie: ergo per ea nō potest sumi distinctio essentialis ⁊ intrinseca scientie. Et presens questio loquit̄ de principijs tam complexis q̄ incōplexis: vt principia demonstrationis complexa sunt premisse: incōplexa subiectū ⁊ passio. Arithmetice principiū complexū si ab equalibus equalia demas reliqua erūt equalia. Incomplexū est vnitas. Cōꝝ. Principia q̄dā cōplexa quedaꝫ incōplexa.

¶ Ad questionē respōdetur. Scientia aggregata capit suā vnitatē extrinsecā a subiecto attributionis: sed diuersitatē a suis principijs. Prima pars ꝯclusionis ꝓbatur ratiōe tali. Subiectū in sciētia se habet vt terminus ad quē in motu. sed sic est ꝙ motus dicit̄ vnus ꝓpter suū terminū ad quē: igit̄. ⁊c. maior ꝓbatur: qꝛ sciētia dicit̄ motus rationis (vt dicit bea. Thomas) minor vero est Arist. 5. Phisi. Secūda ꝯclusionis pars probat̄. Sciētia est eadē ꝓpter principioꝝ idemptitatē: igitur est etiā diuersa ꝓpter principioꝝ diuersitatē: tenet ꝯsequētia: qꝛ ab eodē res capit vnitatē ⁊ diuersitatē. antecedēs ꝓbat Arist. a signo vel experiētia: qꝛ homines vocāt scientias easdem ꝓpter eadem principia: ⁊ diuersas ꝓpter diuersa principia. Rñdet̄ ad q̄stio.

¶ Ad argumēta dicit̄ ad primū: ꝙ probet scientiā nō capere suam vnitatē intrinsecā a subiecto: sed extrinsecā quod etiā conclusio vult. Obiectionū solutio.

¶ Ad secundū dicit̄ negādo añcedens ⁊ ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ in auctoritate Arist. quēadmodū nō dicat circūstantiā cause: sed dicit similitudinē.

# Questio.xxvij.

44. Interest aũt inter quod sub sciẽtiã ⁊ quod sub opinionem cadit: ⁊ inter scientiam et opinionem.

¶ Finaliter in cap. vltimo huius primi philosophus cõparat scientiã ad alios habitus intellectuales ponens primo hanc conclusionẽ. Scibile ⁊ scientia differunt ab opinabili ⁊ ab opinione: q̃ sciẽtia est vlium ⁊ necessariorum opinio est possibiliũ aliter se habere. Et ex hoc sequens oritur questio.

Cõtra q̃stionem obijcitur.

¶ Y. Scibile ⁊ scientia differunt ab opinabili ⁊ opinione: ¶ Videtur q̃ non. Quia illud quod scitur ab vno: opinatur ab alio. Et idẽ ab eodem potest sciri ⁊ opinari diuersis temporibus igitur idem erit sciẽtia ⁊ opinio. Scibile ⁊ opinabile.

¶ In oppositũ. Est cõis auctor sentẽtia. Et est scibile in ꝓpposito qõ scitur. Opinabile vero qõ opinat: ⁊ scibile est triplex quoddã ꝓpinquũ ⁊ est ꝯclusio scita. Remotũ vero est terminus ꝯclusiõis scite. Sed remotissimũ est res ꝑcata p terminũ ꝯclusiõis scite. Et sicut scibile ita etiã opinabile triplex est. Quomodo vero in ꝓposito capiatur opinio sequenti habetur notabili.

Scibile triplex

Möbile. 1.

Opinio capit triplicii ſm linco.

Cõmuniter. Est cognitio cũ assensu siue illa sit cũ formidine siue non. Et sic. 5. top. dicit. Sciẽtia est species existimationis. i. opinionis: ⁊ illo modo est genus ad scientiam.

Pꝛopꝛie. Est acceptio vnius partis ꝓtradictiõis cum formidine de altera parte. Et sic opinio de dubijs habetur vt rex sedet figura est distincta a re figurata.

Magis ꝓpꝛie. Est cognitio veri ⁊ ꝓtingentis cum formidine de opposito: ⁊ ita capit in ꝓposito dicit enim Arist. opinionem esse circa ꝓtingentia que pñt se aliter habere.

Cõꝛ. 1.

¶ Et dictis sequit. q̃ opinio ꝓpꝛie accepta cõiter sic describitur. Opinio est assensus infirmus alicuius ꝓpõnis cũ formidine de opposito. et sic opinio est ꝓpõnis ꝓtingẽtis siue necessarie. Et tũc sciẽtia ⁊ opinio pñt esse de eodẽ etiã tanq̃ de scibili vel opinabili ꝓpinquo non tñ simul sed successiue. Capiendo vero opinionẽ tertio mõdo tũc scientia ⁊ opinio non possunt esse de eodem tanq̃ de scibili vel opinabili ꝓpinquo: licet bene tanq̃ de remoto: q̃ scientia ꝓpꝛie dicta non est de contingenti.

Sciẽtia ⁊ opio pñt esse eiusdẽ.

Hoc est verũ de scia ⁊ opione actualib9: nã scia actualis bene ẽ cõpossibilis opinioni habituali ⁊ eq̃. opio actualis scie hꝫtuali

Möbile. 2.

Sciẽtia ⁊ Opinio differũt.

Primo. Opinio põt haberi sine argumentatione pꝛeuia. Sciẽtia vero nõ potest haberi sine pꝛeuia demõstratiõe saltẽ mediate vel ĩmediate. Dicit mediate ꝓpter scientiã habitualẽ que ĩmediate generat ex actib9 frequẽter reiteratis. Etiam ꝓpter scientiã actualẽ q̃ fit ex inclinatiõe sciẽtie habitualis cũ habitus inclinet ad ꝯsimiles actus ex ꝙbus generat.

Secũdo. Sciẽtia est assensus certus ⁊ euidẽs nõ aũt opinio. Et assensus certus debet fieri sine formidine de opposito ⁊ respectu ꝓpõnis vere.

Tertio. Sciẽtia nõ potest esse nisi respectu ꝓpõnis vere sed opinio potest esse respectu vere vel falsi.

¶ Sequit̃ ex dictis. Qꝛ ꝑ opinionẽ assentimus cũ formidine: ⁊ per scientiã sine formidine ⁊ illa nõ ꝯtradicunt: similiter enim posset dici de sciẽtia ⁊ fide: quis enim posset assentire alicui euidẽter per scientiã ⁊ sine euidentia per fidem: sed non sequit̃ ergo assentit euidenter ⁊ non euidenter cum non fiat ꝑm idem. Unde euidẽtia est assensus quo assentimus alicui ꝓpositioni propter aliquã rationẽ cogentẽ vel propter manifestã veritatem. Primũ dicit̃ propter ꝓpõnes euidentes euidentia intrinseca sicut sunt prima principia que per intellectum cognoscuntur. Est enim intellectus habitus cognitiuus principioꝝ ⁊ Arist. in textu distinguit intellectũ ab opiniõe ⁊ scientia: qꝛ intellectus est principiũ scientie: opinio vero non cũ sit ꝯtingẽtium. Scientia vero est habitus ꝓpõnis mediate ⁊ demonstrabilis: intellectus vero est habitus ꝓpõnis immediate ⁊ indemonstrabilis.

Euidẽtia qd sit.

Intellectus qd sit ⁊ quõ a scientia et opinione differat.

¶ Ad questionem respondetur. Scibile propinquũ differt ab opinabili propinquo realiter: ⁊ scientia differt ab opinione tanq̃ perfectũ ab imperfecto. Hec conclusio est de intentione Arist: ⁊ pars prima probatur illa differunt quoꝝ vnum est contingens alterũ necessariũ sed sic est de opinabili ⁊ scibili: igit̃ maior nota minor probat̃ ex diffinitionibus: qꝛ opinabile est ꝓpõ ꝯtingens: sed scibile est ꝓpõ necessaria que sequit̃ per demonstrationem. Secunda ꝯclusionis pars patet ex tribus differentijs inter opinionem ⁊ scientiã supra positis qm̃ assensus sine formidine habet se vt perfectũ assensus vero cum formidine sicut imperfectum: igitur. ⁊c̃.

Rñdet̃ ad q̃sti.

¶ Ad argumentum dicit̃ totum concedẽdo qꝛ idem potest esse scientia ⁊ opinio: scibile ⁊ opinabile respectu diuersoꝝ diuersis etiã temporibus: sed non respectu eiusdem ⁊ eodem tempore: vel tanq̃ de scibili et opinabili remoto non aũt propinquo (vt dictum est.)

Obiectionis solutio.

# Circa initium libri. ij. posteriorum sequens ponitur textus.

Ea que queruntur tot sane profecto quot sunt ea que scimus: querimus autem. quattuor: esse: propter quid est: si est atq; quid est.

¶ Iste est secũdus posteriorum liber in quo agitur de scibili: quia libro primo dictum est de demonstratione que est generatiua scientie ⁊ etiam dictum est de ipsa scientia que ad scibile refertur modo cum relatiuorum sit eadem scientia hic de scibilibus determinat. Et presenti in textu Arist. hanc ponit conclusionem. Questiones vere scibiles sunt equales his que vere scimus vnde sequens mouetur questio.

¶ V. Tantum quattuor sint questiones vere scibiles.

¶ Videtur ꝙ non. Quia omnis questio est questio medij: sed tm̃ vnum est medium: igitur tantum vna erit questio.

Cõtra q̃stionem obijcitur.

Quid q̄rant. 4. q̄stiones ⁊ ordo earū (ꝑm arist.)

¶ In oppositū. Est Arist. qui quattuor ponit questiones. f. quia est. ꝓpter quid est. si est. ⁊ quid est. addēs exempla. Ut querere vtrū hoc sit hoc: est querere quia est. Ut vtrū sol deficiat an nō: scito autem quia est querimus ꝓpter quid. vt scito ꝙ sol deficit et ꝙ terra mouetur: querimus causam ꝓpter quid sol deficit. ⁊ propter quid terra mouetur. Sed querere si est: est querere. vtrū aliquid sit: vt vtrum centhaurus sit. aut si deus sit vel non: et cognito ꝙ centhaurus sit: ⁊ ꝙ deus sit: querimus quid est centhaurus: quid est deus. ponimus tamen cōmuniter alium dictarum questionū ordinem essentialem ita ꝙ sequens semper presupponat precedentē ⁊ non econtra: dicendo ꝙ due prime questiones si est: ⁊ quid est: querant deesse rei simpliciter. alie vero due: quia est: ⁊ propter quid: de complexione rei cum alia re. Ut quid est: presupponit si est. non enim possumus querere de aliquo quid sit nisi prius sit: ita non possumus querere an homo sit risibilis nisi prius sciamus quid sit homo neq̄ possumus querere propter quid homo sit risibilis nisi prius sciamus quia est. i. hominem esse risibilem: et ita questio propter quid alias tres presupponit questiones. Et pro maiori questionis euidentia duo notabilia ⁊ tria ponuntur corolaria.

Aliꝰ essentialis q̄stionū ordo.

Notabile. 1.

Questio in ꝓposito. Est ꝓpositio necessaria dubitabilis que pōt demonstrari. Et oīs talis est vere scibilis. Et est q̄stio duplex: scz.

- Simplex vel nō ponēs in nūerum qđ idem est. Est ꝓpō de est secūdo adiacēte q̄rens essentiā rei absolute vel diffinitiue. Et sūt due scz.
  - Si est. Est nihil aliud nisi ꝓpositio deest secūdo adiacēte querens essentiā rei. Et sic querit Arist. Utrum Deus sit. Utrum centhaurus sit.
  - Quid est. Est ꝓpositio de est secūdo adiacēte querens de diffinitione vel esse diffinitiuū rei: vt q̄rendo de deo quid sit. Et quotiens capiatur quid est. dictum est. 3. questione. 1. huius.
- Cōposita vel ponēs in numerꝫ Est ꝓpō deest tertio adiacēte in q̄ queritur aliquod predicatuz inesse suo subiecto. Et sunt due scz.
  - Quia est. Est ꝓpositio de est tertio adiacente in qua queritur an aliquod predicatum insit subiecto: vt querēdo de homine. Utrum sit risibilis vel flebilis vel disciplinabilis. Et quotiens sumatur Quia est dictū est. 3. quest. 1. huius.
  - Propter quid. Est ꝓpositio de est tertio adiacente in qua queritur causa quare talis ꝓprietas insit subiecto: vt querendo de homine: ꝓpter quid est risibilis. Respondetur propter rationabilitatē.

Cōꝝ. 1. de tribꝰ ad oēm q̄stionē reqsitis.

¶ Ex dictis sequit. Qꝛ ad oēm questionē tria requirūtur. Primū ꝙ sit dubia seu quodāmodo ignota. Secundū ꝙ aliquid prius notum presupponat. Tertiū ꝙ habeat causam vel medium per quod possit demonstrari. Ex quibus patet de primis principijs non esse questionē: nec propositionū falsarum: neq̄ impossibilium, ⁊c.

¶ Sequitur vlterius dictas ꝗstiones inter se differre. Primo quia questiones Si est ⁊ Quid est: se tenent ex parte subiecti. Sed questiones Quia est: ⁊ ꝓpter quid est se tenent ex parte predicati. Secũdo differunt qz questiones Si est: ⁊ Quid est: sunt questiones nõ ponẽtes in numerum. i. querẽtes scõm adiacens. Sed questiones Quia est: ⁊ propter Quid sunt questiones ponẽtes in numerũ: quia illud quod querit̃ per predicatũ importat aliquam dispositionẽ circa illud de quo querit. i. circa subiectum. Et sic due sunt questiones ponentes in numerũ: ⁊ due non ponentes in numerum vt dictum est. Cõz. 2. de differẽtia questionũ.

Questões. 2. ponẽtes i numerũ ⁊. 2. nõ ponẽtes

Vere Scibile capit̃ dupliciter.

Vno modo pro illo quod per veram demonstrationem est scibile. Et sic sola conclusio demonstrabilis est vere scibilis.

Alio modo pro illo quod est certitudinaliter cognitũ: habita actuali demonstratione. Et sic capit̃ in proposito: nam habita actuali demõstratione per quam scitur passionẽ suo inesse subiecto statim elicitiue si est ⁊ alie questiones cognoscunt. Mõbile. 2.

¶ Sequitur presenti ex notabili ꝓpõem Arist. (in qua dicitur Questiones vere scibiles sunt equales numero bis que vere scimus) sic intelligendã. Tot sunt genera questionũ scibilium quot sunt genera scibilium. Vel sic q oĩs questio scibilis est ꝓpositio scibilis ⁊ econtra. Cõz. 3. de intellectu propõnis Arist.

¶ Ad questionẽ respondet. Tantũ quattuor sunt questiones vere scibiles in genere: nõ coincidentes in suis rationibus formalibus. Hec conclusio est de mente Arist. probatur̃ ratione diuisiua exprimẽs dictarum questionũ sufficientiã. Omnis questio aut nõ ponit in numerũ tunc querit essentiam rei simpliciter: sic est questio Si est: vel querit essentiam rei diffinitiue sic est questio Quid est. Aut ponit in numerũ tunc aut querit passionem inesse subiecto sic est questio Quia est: aut querit causam ob quã passio inest subiecto ⁊ sic est questio ꝓpter Quid. Vel poterimus numerũ quaternarium questionũ venari vt sequitur. Rñdet ad ꝗstio. Questionũ sufficientia.

Tantũ quattuor possumus querere de quolibet subiecto ⁊ nõ plura: sc3.

An sit.
Quid sit.
An sibi insit aliqua ꝓprietas.
Propter quid insit proprietas.

Alia questionũ sufficiẽtia.

¶ Ad argumentũ dicitur licet tm vna sit questio generalis medij sunt tamẽ plures questiones speciales: vt latius videbit̃ questione sequenti. Obiectionis solutio.

## Questio secũda.

Patet ꝗgitur omnia que querũtur medij questionẽ esse. 2.

¶ Arist. in fine primi cap. hanc cõcludit propositionẽ. Omnis questio querit mediũ: probat ratione ⁊ exemplo. Ratione sic. Quia oĩs questio querit causam: ergo oĩs questio querit medium: tenet ꝯsequẽtia qz causa ⁊ medium idem sunt. Exemplo probat sic. Quia cum querit̃ vtrũ sol deficiat vel non, querit̃ vtrum sit medium vel non. Et ex hoc sequens ozitur questio.

## ¶ V. Omnis questio sit questio medij.

Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ Videt̄ ꝙ nō. Quia nihil idē est presuppositū ⁊ quesitū. Sed in q̄libet questione mediū presupponit̄: ꝗ nō querit̄: per ꝯsequens nulla est questio medij.

¶ In oppositū est Arist. Et capimus questionē hic eodē modo sicut in precedenti questione. Et questio medij est quodāmodo idem sicut questio ⁊ nisi formaliter differūt. Est enim questio medij ꝓpositio dubitabilis cuius dubitatio remouibilis est per medium in demōstratione. Et sic supponit pro propositione ⁊ cōnotat aptitudinē ad inueniendū medium per quod ipsa possit demonstrari. Et sic mediū nihil superaddit nisi dictam aptitudinē: nam per medium in proposito intelligitur omne illud quod potest remouere dubitationem alicuius ꝓpositionis vel questionis: vt illius. Utrum homo sit risibilis: medium est rationale. Et sic non solum mediū syllogisticū quod est terminus bis sumptus ante ꝯclusionem: sed etiam maiorem vel minorē extremitatem vel totū antecedēs dicimus in ꝓposito mediū. Quō vero questio dicatur esse medij sequens explicat notabile.

Questio medij.

Mediū in ꝓposito.

Notabile.

Questionem esse medij potest intelligi dupliciter.

Vno mō tanq̄ obiecti illius q̄stionis: ita ꝙ medium sit formaliter quesitū ⁊ vltimus termin⁹ illius q̄stionis. Et sic nulla questio est questio medij: qꝛ si sic sequeret̄ ꝙ habito medio cessaret demōstratio: ꝯsequēs est falsuz: qꝛ habito medio adhuc cū hoc requirit̄ applicatio medij ad extremitates.

Alio mō tanq̄ ordinati in finale quesitū: ita ꝙ mediuz sit illud ꝑ qd̄ deuenitur ad noticiā illius qd̄ vltimate querit̄ per talē questionē. Et sic oīs questio que est alicuius dubitabilis inuenibilis est questio medij: qꝛ sine medio nō pōt attingi illud quesitū: ꝗ in querēdo illud finale quesitū querit̄ medium requisitū ad quod tale quesitū sit nobis notū per cōsequens oīs questio est questio medij hoc modo.

Rn̄det̄ ad q̄sti.

¶ Ad questionē respondet̄. Oīs questio est q̄stio medij tanq̄ ordinati in tale quesitū. Et ꝯclusio intelligat̄ ad illū sensum Om̄is ꝓpositio in qua querit̄ scientifice de aliquo potest habere medium per qd̄ tollatur eius dubitatio. Ut si dubitatur Utrum primus motus sit: tollitur per illud mediū: primus motor est. Probat̄ ꝯclusio ratione tali. Oīs questio querit medium tanq̄ finem: igit̄ oīs questio est questio medij: antecedēs probatur. Questio querit illud per quod remouet̄ eius dubitatio: sed sic est de medio: quia mediū est causa ⁊ per causam remouet̄ dubitatio. igitur. ⁊c̄.

Obiectionis solutio.

¶ Ad argumentū dicit̄ ꝙ per questionē non querat̄ mediū vt demonstret̄ (vt vult argumentū) sed vt ꝑ ip̄m mediū fiat dubitabile notū.

Cum mediū sit tale (vt dictū est) per quod oīs remouetur dubitatio hinc incidētaliter sequens mouetur dubium.

## ¶ Dubitatur. An omnis questio sit demonstratione terminabilis.

Cōtra dubiū obijcitur.

¶ Videtur ꝙ non. Quia de ꝓpositionibus impossibilibus fiunt questiōes tales nō sunt demonstratione terminabiles: per ꝯsequens dubium falsum.

¶ In oppositum. Est cōmunis auctorū sententia: asserens omnē questionē proprie siue scientifice terminari (siue sciri quod idem est) demonstratione. potest tamē questio improprie vel nō scientifice terminari per diffinitionem vel alias quocūq; modo preter demonstrationē. Quomō vero questio terminetur demōstratione sequens declarat notabile.

Terminari demōstratione ꝯtingit dupliciter: scz.

Proprie quod concludit̄ per demonstrationē sicut est ꝯclusio que vere ⁊ ꝓprie per demonstrationē scitur vt est illa ꝯclusio hō est risibilis. Et hoc modo solum questio Quia est: est proprie scibilis siue terminabilis.

Elicitiue vel cōcomitanter: quia per demōstrationem potest elici eius noticia. Et sic. 4. questiones dicūtur terminabiles demōstratione: quia ex quo per demōstrationem habet̄ noticia de cōclusione tanq̄ de eo quod directe scitur statim habetur noticia illarū questionū elicitiue: vt si demonstrat̄ illa homo est risibilis: iam actu habet̄ questio Quia est. Et cuz demonstret̄ passio inesse suo subiecto per mediū quod est diffinitio subiecti: sic elicitur Quid est. Et quoniā passio nō potest demōstrari inesse nisi sit: sic elicitur Si est. Et cum premisse sint cause cōclusionis sic elicitur Propter quid.

Notabile.

¶ Ad dubiū respondet̄. Omīs questio est demonstratione terminabilis ꝓprie vel elicitiue: ꝓbatur ratione. Oīs questio est questio medij. Sed mediū potest auferre cuiuslibet questionis dubitationē in demonstratione: igit̄ quelibet questio potest terminari demonstratione maior nota ex questione precedēti: minor patet ex natura ⁊ diffinitione medij.

Rñdet̄ ad dub.

¶ Ad argumentū dicit̄ q̄ quidā de impossibilib⁹ ꝓpōnibus possint formari questiones large capiēdo questionem. tñ questio in ꝓposito capitur (vt precedēti questione dictū est) pro ꝓpositione necessaria. ⁊c̄.

Obiectionis solutio.

# Questio tertia.

Nihil enim vetat vt non simul demōstratio atq; diffinitio habeat̄: inductione etiam idem satis ostendi crediq; potest. Deinde subiūgit. Perspicuū igitur est non omnis eius diffinitionem esse cuius est demonstratio.

¶ In secūda parte secūdi cap. Arist. hāc inuit ꝯclusionē. Nō cuiuslibet cuius est demōstratio: est diffinitio: hāc ꝯclusionē philosophus in textu. 4. ꝓbat rōnibus: quarū prima. Cuiuscūq; est diffinitio illud est vniūsale ⁊ predicatiuū. i. affirmatiuū. Sed nō q̄dlibet cui⁹ est demōstratio est h⁹ modi: igit̄. ⁊c̄. maior patet: qz q̄d quid est debet p̄dicari vl'iter ⁊ affirmatiue de eo cuius est: minor etiā patet: qz alicuius in secūda figura est demōstratio ⁊ illud nō est affirmatiuū. Similiter alicuius est demōstratio in tertia figura ⁊ illud non est vniūsale: alias rationes vide in textu: ⁊ circa sequētis questionis ꝯclusionem.

Pro questione arguitur.

¶ Y. Cuiuslibet cuius est demōstratio sit diffinitio.

¶ Videtur q̄ sic. Quia idem est demōstratio ꝛ diffinitio: ergo cuiuslibet cuius est demonstratio est diffinitio añs probaꝫ per Arist. qui huius dicit diffinitio est demonstratio sola positione differens.

Cōclōes. 3. arist

¶ In oppositum videt Arist. hic in textu vbi tres ponit conclusiones huic questioni correspondētes. Prima Non omne demonstrabile est diffinibile quia conclusio est demonstrabilis ꝛ tamen non diffinibilis. Secunda conclusio Non omne diffinibile est demonstrabile: vt patet de simplici termino Tertia conclusio. Nullū diffinibile est demonstrabile: illa conclusio patet ex duabus precedentibus. Et pro questionis euidentia notabile vnicū cum corolario ponitur.

Notabile.

Scire aliqd cōtigit tripliciter. scz.

Demonstratiue quod p demonstrationem scitur. Et hoc contingit tripliciter.

Primo per demōstrationē loquēdo propzie de demonstratione: quod scz concluditur in aliqua demonstratione. Et sic solum conclusio scitur: vt omnis homo est risibilis.

Secundo per inductionem quod infertur per inductionem aliquam: vt ille homo currit et ille homo currit et sic de singulis ergo omnis homo currit.

Tertio per sensum quod demonstratur aliquo sensu vt si quis digito demonstraꝫ.

Diffinitiue quod scitur per diffinitionem vt homo scitur per illam diffinitionem animal rationale.

Diuisiue quod scitur per diuisionem bonā ꝛ sufficientem vt homo scitur per illam diuisionem homo est animal rationale vel irrationale sed non irrationale igitur rationale.

Rñdeꝫ ad q̄st.

¶ Ad questionē respōdetur. Mō cuiuslibet cuius est demōstratio est diffinitio. Hec conclusio probatur supza circa textū ad eam tamen probandā est hec alia ratio philosophi vnius inquantū vnū est vna scientia siue vnus modus sciēdi ergo si aliquid est cognoscibile per demonstrationē non est cognoscibile per diffinitionem.

Cōz.

¶ Sequitur ex dictis. Impossibile esse idem scire demōstratiue ꝛ diffinitiue tanq̄ demonstrabile ꝛ diffinibile propinquū: quia diffinibile semper debet esse incomplexū cum solius incomplexi sit diffinitio (vt dicitur. 7. Metha.) sed demōstrabile semper est conclusio sed conclusio est quoddam complexū sed impossibile est idem esse complexū ꝛ incomplexum.

Demō. remotū. Diffinile remotum.

Secus dicendum de demonstrabili vel diffinibili remoto quod est res que significaꝫ per conclusionē demonstratā vel per terminū diffinitum quia eadem res vt homo est demōstrabile remotū prout significaꝫ per illā conclusionem homo est risibilis: ꝛ hec eadem res est diffinibile remotum prout significatur per hoc diffinitū homo.

Demonstrabile propinquū. Diffinibile propinquum.

Demōstrabile vero propinquū est ipsa conclusio demōstrata. Et diffinibile propinquū est ipse terminꝰ diffinitus ꝛ illa (vt patet ex dictis) non possunt esse eadem.

Argumēti solutio.

¶ Ad argumentū dicitur: q̄ Arist. voluerit dicere q̄ diffinitio vna cum diffinito est demonstratio materialiter. i. aliqua diffinitio cōprehendit omnes partes ex quibus potest constitui demonstratio. Et ponit

exemplum tale. Ira est ebulitio sanguinis circa cor ꝓpter vindictā. Ex qua diffinitione talis potest fieri demōstratio. Omne quod fit ꝓpter vindictam est ebulitio sanguinis circa cor: sed ira fit ꝓpter vindictam: igitur ira est ebulitio sanguinis circa cor. Cōcluderet dictum argumentū pro questione adductum si demonstratio ⁊ diffinitio formaliter essent idem. Ira.

# Questio quarta.

Quare patet vt ipsoꝝ quid est quedam vacare medio principiaq; esse. Que quidē ⁊ esse ⁊ quid sunt supponere vel alio modo facere manifesta oportet. 9.

¶ Hic Aristot. manifestat qualiter se habet quod quid est passionis ostendendo similiter passionem sicut subiectum duas habere diffinitiones: materialem ⁊ formalem: quarum formalis demonstrat ⁊ est indemōstrabilis materialis vero demonstratur. Ex quo infert vnam diffinitionem habere medium per quod potest demonstrari aliam non habere medium. ⁊c. Unde cōcludit diffinitionem materialem posse demonstrari per formalem tanq̄ per causam. Et inde sequens monetur questio.

¶ V. Omnis diffinitio possit demōstrari de suo diffinito.

¶ Videtur q̄ nō. Quia quod presupponit nō demonstrat. Sed Quid est. i. diffinitio in omni scientia presupponit: ergo Quid est i. diffinitio non demōstratur: maior manifesta: minor patet ex prima huius vt dictum est quest. 5. Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ In oppositum videtur esse Aristo. Unde pro questionis euidentia vnum notabile ⁊ vnum ponitur corolarium.

Diffinitio est duplex. s.

Formalis. Est que datur per causam priorē et notiorem. Sicut diffinitio que datur per causam finalem dicitur formalis habendo respectū ad diffinitionē que datur per causam materialē aut efficientem: aut formalē: tamen forma ⁊ finis plerūq; coincidunt (vt dicitur. 2. Phisicorum.) Ut secunda diffinitio anime. Anima est qua viuimus mouemur sentimus ⁊ intelligimus. Notabile.

Materialis. Est que datur per causam posteriorem. Sicut illa que datur per causam materialem habēdo respectū ad diffinitionē que datur per aliam causam: vt prima diffinitio anīe. Anima est actus primus corporis organici phisici vitam habentis in potentia.

¶ Sequitur ad dicta q̄ eadem diffinitio potest esse formalis ⁊ matetialis respectu diuersorum: vt diffinitio data per causam efficientem est formalis habendo respectum ad materiam. Et eadem diffinitio est materialis habendo respectum ad finem. Ut illa diffinitio Domus est res facta a domificatore est formalis respectu illius. Domus est ex lapidi- Cōr.

Diff. domus.

bus et lignis. Dicta tamen prima diffinitio: domus est materialis respectu illius. Domus est res facta a domificatore nos cooperiens ab imbribus et estu. Et ista diuersitas prouenit ex ordine causarum qui sumitur ex causalitate vel necessitate ita ꝙ illa est prior que necessitat aliam: sed finis necessitat omnes alias causas (vt dicitur secundo Phisicorum) igitur est prior alijs causis: efficiens vero est secunda: formalis tertia: et materialis quarta.

Causarū ordo.

Rñdet ad q̄stio.

¶ Ad Questionem respondetur. Omnis diffinitio materialis potest demonstrari de suo diffinito per diffinitionem formalem. Hec conclusio est de mente philosophi. Probatur ratione. Omne quod habet causam notiorem ⁊ priorem potest demonstrari per illam: sed diffinitio materialis est huiusmodi: igitur maior nota: minor probatur: quia habet causam formalem que est prior et perfectior materiali (vt habetur. 7. Methaphisice.) Et ad sensum huius conclusionis Lineo. 2. Phisicoꝝ diffinitionem naturę materialem demonstrat per formalem sic. Omne illud quo primo per se differunt naturalia a non naturalibus est principium mouendi et quiescendi eius in quo est per se non secundū accidens: sed natura est quo differunt naturalia a non naturalibus: ergo natura est principium mouendi. ⁊c.

Ista ꝯclone nō obstāte dif. q̄ditatiua: ⁊ dif. exp̄mens causaꝫ nō hñs aliā causaꝫ p̄orē vl̄ notiorē vel exp̄mēs oēs causas rei nō pt̄ demr̄ari de suo diffinito demr̄atione ꝑpter q̄d: ⁊ potissima.

¶ Ad argumentū dicitur ꝙ primo huius (vt dictum est questione. 5. p Quid est) non intelligat̄ diffinitio quid rei que datur per causas (de qua est ad propositū:) sed intelligat̄ quid nominis: quod in omni sciētia presupponitur: vt probat argumentū: sed de illo nihil ad presens.

Obiectionū solutio.

# Questio quinta.

26. Et querit quispiam rursus si fieri posset vt nō eadem eiusdem sit vniuersis causa: sed diuersa nec ne: an si per se quidē est demonstratū: et non per signum aut per accidens id fieri nequit. Quippe cum ipsum mediū extremi sit ratio.

¶ Hic in cap. 2. tract. 4. Arist determinat de vniuocatione cause ⁊ effectus hanc conclusionē inuens. Ad vnitatem effectus per se sequitur vnitas cause per se: ad hoc probandum dicit. Qꝛ medium in demonstratione est ratio vltimi termini: sed vltimus terminus est subiectum: igitur ratio. i. diffinitio subiecti: est mediū in demonstratione. Et super hoc sequēs mouetur questio.

¶ V. Diffinitio subiecti sit medium in demonstratione potissima.

Cōtra q̄stionem obijcitur.

¶ Videtur ꝙ non. Quia diffinitio subiecti se habet ad passionem in genere cause efficientis. Diffinitio vero passionis se habet tanq̄ causa formalis ad passionem modo potior est demonstratio que fit per causam formalē: ergo diffinitio passionis erit medium demonstrationis potissime.

¶ In oppositū videtur Arist. (vt supra dictum est.) Quid vero sit demonstratio potissima dictum est quest. 20. huius primi. Et ante questionis solutionem sequentes premittuntur opiniones.

## De presenti questionis materia due sunt auctorum opiniones.

¶ Prima opinio. Est Alberti ꝛ Egidij de Ro. qui dicunt cōpletam passionis diffinitionem esse medium demonstrationis potissime vocant completam passionis diffinitionem: que constituitur ex diffinitione cōpleta subiecti: ꝛ ex ipsa habitudine. Et dicendo Risibile est animal rationale: aptum natum ad ridendum. Hec opinio habet pro se argumentum in oppositum: ꝛ nō nulla alia motiua tamen non difficulter solubilia. Et videtur hec opinio non esse de mente Arist. Alb. Eg.

¶ Secunda opinio. Est Linco. ꝛ Scoti qui dicunt. Q̄ diffinitio causalis subiecti: vel quiditatiua dans intelligere causam quare ita est sicut per conclusionem significatur debeat esse medium demonstrationis potissime. Et hec opinio cōmuniter tenetur. Et videtur esse de mente Arist. tamen scd̄m aliquos pro concordia dictarum opinionum dicitur: ꝙ prima sit vera in demonstratione non potissima. Secunda vero in demonstratione potissima. Linco. Sco. Opinionū ꝯcordantia.

¶ Ad Questionem respondetur. Diffinitio subiecti est medium in demonstratione potissima. Hec conclusio patet ex dictis. Et probatur inductiue: de omni demonstratione potissima in qua semper diffinitio subiecti est medium. Rñdet ad q̄stio

¶ Ad argumentum dicitur: concedēdo antecedens ꝛ negādo consequentiā: quia sufficit ꝙ medium sit causa formalis subiecti non obstat ꝙ habeat se ad passionem in genere cause efficientis. Obiectionū solutio.

# Questio sexta.

Cum autem tum arbitremur scire cum cognoscimus causam: quattuor vero cause sint. Vna quidem quidditas: alia autem que cum sinit hoc esse necesse est. Et tertia que primum mouit. Et quarta gratia cuius cetera fiunt. Omnes hee per demonstrationis medium ostenduntur. II.

¶ Presenti textu Arist. ostendit ꝙ cum quattuor sint cause quelibet potest esse medium demonstratiuum: ꝙ probat ratione et exemplo. Ratione sic: quia per medium demonstrationis scitur conclusio: sed scire opinamur cum causam rei cognoscimus: igitur medium demonstrationis est causa. Aristo. quoq; dictam conclusionem exemplo probat in omnibus causis. Demōstratiōes in diuersis causarum generibus.

¶ Primo in causa materiali: vt omnis triangulus qui est medietas duorū angulorū rectorū est. rectus: sed oīs triāgulus cadens in semicirculo est medietas duorū angulorū rectorū: ḡ oīs triangulꝰ cadēs in semicirculo est rectus Et in isto syllogismo fit demonstratio de toto per partes z ideo dicit fieri ꝑ causam materialē: quia partes comparate ad totum habent rationē materie Sed de causa formali non dat exemplum dicit tamen eam esse medium necessarium ad demonstrandū effectum. Sed de causa efficiente tale ponit exemplum. Quicunqꝫ prius cōmiserunt bellum iniustum in Medos iuste debellanť a Medis: sed Athenienses sunt huiusmodi: igit Athenienses iuste debellanť a Medis: vnde cōmisisse bellum iniustū est causa efficiens huius qđ est iuste debellari. De causa finali vt si demōstretur ꝓpter quid homo deambulat post cenaz: per hoc ꝙ vult sanari sic. Oīne quod facit nō eminere cibū in orificio stomachi est causa sanitatis sed ambulatio post cenā est huiusmodi: igitur. ꝛc. Unde et sequens mouetur questio.

## ¶ V. Per quodlibet genus cause possit fieri demōstratio:

Cōtra ꝗstionem obijcitur.

¶ Videtur ꝙ non. Quia ad esse cause non sequitur esse effectus: ergo per causam non contingit demonstrare.

¶ In oppositum. Est Aristo. (vt dictum est.) Et presens questio loquit de demōstratione propter Quid potissima vel non potissima. Et potest questio varie intelligi vt sequentes exprimunt sensus.

### Questio presens (vt sequitur) plures
### potest habere sensus.

¶ Primus questionis sensus. V. quelibet causa possit esse medium ad demonstrandū aliquid in suo causato. Et tunc dicit ꝙ per quālibet causam que simul est in actu cum tuo effectu demonstratur effectus quo ad esse vel fieri.

¶ Secundus questionis sensus. V. quelibet causa possit esse medium ad inferendū aliquā passionē de suo causato. Et tunc dicitur ꝙ hoc verum sit de causa immediata: vt sic arguendo. Omne compositū ex anima est risibile: sed homo est huiusmodi: igitur.

¶ Tertius questionis sensus. V. ꝑ plures causas vna z eadē conclusio possit demōstrari. Et hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ plures causas facientes vnā totalem diffinitionē z simul sumptas pro vno totali medio. Et tunc vna conclusio potest demonstrari per plures causas. Alio modo potest intelligi ꝙ aliqua conclusio potest demonstrari per tales causas seorsum sumptas pro diuersis mediis. Et tunc vna conclusio iterum potest demonstrari per plures causas demonstratione quia est. Uel etiam ꝓpter quid non potissima. Sed demōstratione potissima solum per vnam causam immediatam demonstrari potest.

Rñdet ad ꝗsti.

¶ Ad questionē respondeť: per quodlibet genus cause potest fieri demōstratio ꝓpter quid. Hec conclusio patet exemplis (fm mentē philosophi) supra positis. Et probatur ratione. Omnis causa est prior effectu ergo per quamlibet causam potest fieri demonstratio: tenet cōsequentia: quia ignotum potest demonstrari per notius vel magis notum.

Per quālibet causam (vt dicit cōclusio) potest fieri demōstratio cuius exempla hic sequuntur.

¶ Per materialē vt omne habēs materiā primā qualitatibus primis informatam est corruptibile: sed homo est huiusmodi: igitur.
¶ Per formalem: vt omne rationale est risibile. Sed homo est rationalis: igit.
¶ Per efficientē vt oīne habens naturā est mobile: sed hō est huiusmodi: igit.
¶ Per finalem: vt omne ens factum propter eternam beatitudinē est rationale: sed homo est huiusmodi: igitur.

¶ Ad argumentū dicitur: negando consequentiam: sufficit enim q̄ per quālibet causam que fīnul est in actu cum suo effectu demonstretur effectus quo ad esse vel fieri: in alijs vero non requiritur. Obiectionis solutio.

# Quest. septima.

Neq̄ igitur determinati habitus insunt: neq̄ ab alijs ad cognoscendū magis aptis habitibus: sed a sensu fiunt. 27.

¶ Arist. parte secunda vlt. cap. premissis suppositionibus facientibus pro questionis solutione. Ū. principioꝝ cognitio fit nobis innata vel acquisita: quattuor ponit conclusiones quarum tres sunt declaratiue quesiti ⁊ quarta est ad quesitum responsiua.

¶ Prima conclusio. Ex sensu fit memoria: ⁊ ex memoria experimentū. Hec conclusio etiam primo Metha. habetur ⁊ declarat hic exēplariter de Reubarbaro per sensum enim videtur q̄ illud Reubarbarū euacuat coleram: ⁊ illud ⁊ illud: per experientiā ꝯcludimus. Oīne reubarbarū euacuare colerā. Cōclo. 1. Ex sensu fit memoria ⁊ ex mēoria exprimentū.

¶ Secūda conclusio. Ex experimentis fit vniuersale: vt quando sumus experti de igne q̄ iste ignis est calidus: concludimus postea illud vniuersale. Omnis ignis est calidus. Cōclo. 2. Ex exprimēto fit vniūsale.

¶ Tertia conclusio. Ūniuersale est principiū scientie ⁊ artis. Probatur hoc quia scientia est habitus conclusionis per demonstrationē acquisitus. Sed demonstratio est vniuersaliū: igitur. ⁊c. vt quando intellectus cognoscit hoc vniuersale. Omnis colericus est iracundus: tunc venatur causam illius passionis: scz accensionem sanguinis circa cozda qua incipiēs demonstrationē sic arguit. Omnis habens sanguinem accensum in cozde est iracundus: sed omnis colericus est huiusmodi: igitur. ⁊c. Cōclo. 3. Ūse est principiū scientie ⁊ artis.

¶ Quarta conclusio. Primoꝝ principioꝝ noticia non est nobis innata: neq̄ procedit ex aliquo certioꝝ: sed fit a sensu. Hanc conclusionem philosophus ex pdictis ꝯclusionibus relinquit probatam: eam tamē similitudinari probat exemplo sic. In ancipiti bello vna parte bellantium quasi prostrata accidit hic aliquem esse strenuum militem: potius mori eligentem q̄ turpiter fugere qui strenue bellando parti aduerse resistat: ⁊ cum ita immobiliter incipit stare: alius statim sibi adiungitur: ⁊ cum eo stat ⁊ deinceps alter: ita q̄ bonum faciunt principium belli: sic q̄ ex sensu ⁊ memoria illius particularis primo et postea alterius multotiens peruenitur ad vnum aliquod quod est principiū artis et scientie. Et super ista quarta conclusione sequēs mouetur questio. Cōclo. 4. Primoꝝ pncipioꝝ notitia nō est nobis ⁊nata.

## C Y. Primorum principiorum noticia sit nobis innata.

Pro questione arguit.

¶ Videtur q sic. Quia cōmentator dicit prima principia nobis esse naturaliter habita: idem dicit prima principia se habere sicut visionem: sed visio nobis innascitur: igitur. ꝛc.

Principiū in ꝓpōsito.

¶ In oppositum. Est cōmunis auctorū sententia. Et presens questio loquit de principio complexo cognoscēdi seu de principio doctrine. Et vocatur aliquādo ꝓpositio immediata-positio-suppositio-dignitas. Cōmunis animi cōceptio. Dicunt hoc modo principia sciētie, ꝓpositiōes que supponunt tanq̄ vere ꝛ euidētes in talī sciētia. Et taliū principiorū quedā sunt ꝓpōnes singulares quedā indefinite: quedā particulares: quedā vniūsales. Unde singularia principia sunt nota exemplo. vt cum ad sensum notum est q̄ iste ignis est calidus: infertur ergo iste ignis est calidus demōstrando vnum alium ignē. Sed principia particularia vel indefinita fiunt nota abstractione a singularibus nam intellectus habens hoc principiū: iste ignis est calidus faciliter acquirit istud ignis est calidus. Sed vniuersalia principia fiunt nota inductione vt cum intellectus cognoscit istum ignem esse calidum: ꝛ istum et sic de aliis infert: ergo oīs ignis est calidus: tamē de duplici cognitione principiorum in genere sequens habes notabile.

Quadruplicia principia ꝛ quō ſcant nobis nō

Cognitiue nesse nobis: dicit aliquid dupliciter: scz

Mōbile. 1.

**Virtualiter vel inchoatiue vel imperfecte: qō** nō inest nobis ſm propriā essentiam sed inest nobis quedā potentia vel naturalis inclinatio qua faciliter possumus illud cognoscere. Et ita a natura inclinamur ad principiorū cognitionē propter magnā illoꝝ euidentiā in veritate mediante tamen apprehensione ꝛ ſcatione terminoꝝ. Et hoc modo dicimus nobis principioꝝ noticiā innatā. Hoc etiam modo Arist. 2. Eth. dicit virtutes nobis esse innatas.

**Formaliter vel pfecte: vel cōpletiue: qō nobis** inest ſm propriū esse ita in ꝓposito si principiorum noticia esset nobis formaliter innata tunc a natura haberemus actualem principiorum notitiam: quod est falsum.

Cōz. Et hoc est verū de p̄ncipijs simplicit ꝑmis: maz ad assentiendum p̄cipijs nō simplicit ꝑmis ītellect⁹ idiget: sensu: mēoria: ꝛ experientia.

## C Ex dictis sequitur. Principioꝝ noticiā nobis nō inesse ꝑ

doctrinā propriē dictam: que acquiritur per ꝓcuiam aliquā argumētatione cogentem intellectū assentire alicui propositioni. Acquirit tamē principioꝝ noticia (vt dictum est) ex inclinatione intellectus ex apprehēsione ꝛ significatione terminoꝝ auxilio sensus. Sūt tamē principia (quantū ad ꝓpositū) duplicia vt sequens ostendit notabile.

Mōbile. 2.

Principia sūt duplicia quedam.

**Simpliciter prima. Quibus intellectus ex** naturali inclinatione immediate assentit apprehensis terminis sine sensatione: memoria ꝛ experiētia ꝓcuia: vt est illud. Nō libet est vel non est.

**Nō simpliciter prima. Quibus ad assentiendū** intellectus indiget sensu: memoria ꝛ experiētia: vt sūt multa philosophie principia. vt oīs ignis est calidus: mā ex noticia alicuius ignis quē sensus meus sentit esse calidū: ꝛ eius memoria: ꝛ etiam ex alia cognitione ꝛ memoria alterius ignis ego infero illuz ignem quem nō tetigi esse calidū. Unde etiā postea vniuersaliter infero omnē ignem esse calidum.

¶ Ad questionem respondetur. Primo q̄ principiorum no/ticia non est nobis innata formaliter: est tamen nobis innata virtualiter. Hec conclusio est de mente philosophi. Et prima eius pars ratione probatur sic. Anima nostra a principio siue creationis (vt inquit Arist. 3. de anima) est tanq̄ tabula rasa in qua nihil est depictum. Sed si primorum principiorum noticia nobis formaliter esset innata: tunc in anima nostra a principio siue creationis aliquid esset depictum: quod est contra Aristotelē. igitur. ꝛc̄. Secunda conclusionis pars patet ex dictis. Rñdet ad q̄sti.

¶ Ad argumentū dicitur. q̄ scōm cōmentatorem principia sunt nobis naturaliter habita inclinatiue vel virtualiter non tamen formaliter. Et quando idem dicit principia se habere sicut visionem: verū est quodam modo: quia habito obiecto ꝛ potentia visiua debite applicata tunc fit visio. Ita quando principium obicitur intellectui fit noticia eius. Obiectionis solutio.

Et hec (diuino aspirante auxilio) feliciter ad finem deducta. Nostris deus annue factis.

# Questiones duos in lib. posteriorū Arist. feliciter finiuntur.

# Compendiaria in Obligationes introductio.

Arist. obligationes inuit.

Obligationum finis.

Oblig. vtilitas

Obligationum subiectum.

Obligationū tractatus videt̃ ex Arist. duxisse originē cum dixit (ꝓpter possibile positum in esse nullum sequitur impossibile. Est enī obligationis finis: vt propter possibile positū ⁊ admissum respondens cogatur concedere impossibile: vel negare necessariū. Sumitur ex eo obligationis vtilitas: que est formalis modus arguendi ⁊ respondendi: vt scz ꝓpositiones pertinentes concedant̃: imꝑtinentes vero negent̃ Et presentis scientie subiectū est obligatio logice sumpta: vel (vt alij dicūt) Argumētatio obligistica: cuius ꝓpria passio est illatiuū consequētis ex antecedente obligistice. Est itaq; primum obligationis diffinitio premittenda sua cum explanatione. Deinde notabilibus. 6. Regulis. 5. Et corolarijs. 3. Obligationum materia absoluetur.

Dif. obligatōis

¶ Obligatio. Est prefixio ꝓpōnis: ad sustinendam ipsam: a respōdente ꝓpter suā admissionē ꝑm aliquē statum. Dicit̃ prefixio. i. actus prefixiuus volūtatis quo opponens prefigit respōdenti aliquā ꝓpōnem: ad quā (ꝓpter suam admissionē) tenetur ad defendendū. Et actus prefixiui habent illa signa que dicunt̃ obligationis signa. s. pono: depono: dubie pono. Dicitur ꝓpositionis. i. obligati: quoniā ꝓpositio ad quā defendendā respōdens est obligatus: vocatur obligatum. Dicitur ad sustinendā. ⁊c. quia nō dicitur prefixio vel obligatio nisi respondens admittat: que admissio fit per illa verba: concedo/admitto/volo/⁊ similia. Dicitur ꝑm aliquē statum. i. ꝑm vnum modū respondēdi ad obligatum: puta affirmatiue: negatiue: vel dubitatiue. Pro dictis (vt sequit̃) est animaduertendū.

Nōbile. 1.

Ad obligationem. 4. concurrunt.

- Oblgationis signa: vt pono/depono/dubie pono/impono.
- Obligatū. i. propositio ꝓposita ad quā respōdens tenetur ad defendendum.
- Obligationis tēpus: quod durat ad disputaonis finem. Uel est tempus statutū ab opponente.
- Obligationis admissio: quam debet facere respondens.

Nōbile. 2. de diff. status: ⁊ speciebꝰ obligationis.

¶ Status est modus respondendi ad obligatum. Et tales modi seu status sunt tres: scz affirmatiuus: negatiuus: ⁊ dubitatiuus. Et ꝑm hoc tres sumuntur obligatiōis species: scz positio: depositio: ⁊ dubie positio: ponit̃ tamē occam parte tertia tertie vltra dictas obligationis species alias tres scz petitionem impositionē: ⁊ sit verum: possunt tñ breuitatis causa iste species sub positione comprehēdi. Unde de dictis obligationis speciebus (vt sequitur) scorsum dicendum venit.

Nōbile. 3. de prima obligatiōis specie.

¶ Positio. Est obligatio alicuius ꝓpōnis sustinendi affirmatiue. Est enim respōdens obligatus: per positionē respōdere affirmatiue ad positū. Et ꝓprie nulla ꝓpositio euidenter impossibilis: aut necessaria est ponibilis: quia semꝑ ad eas respondet̃ vniformiter. Signū huius speciei est pono: vt si opponens dicat respōdenti. Ego pono tibi illam. Tu es Rome. Positionis materia regulis. 3. notabilibus. 1. ⁊ corolarijs. 3. absoluetur.

## Positionis regule tres sequuntur.

¶ Prima regula. Oīe tibi positum ꝛ a te admissum intra obligationis tempus est concedendum: et oppositum negandum.

¶ Secūda regula. Propter possibile positum ꝛ admissum respondens non concedat impossibile: ꝛ neget necessariū.

¶ Tertia regula. Omnis propositio sequēs est admittēda: ꝛ repugnans neganda. Exēpli gratia: pono tibi istam. Omnis homo est Rome: admittatur. proponat deinde illa. Tu es homo: concedatur: quia impertinens vera: postea proponit ista. Tu es Rome admittitur: quia sequens. Contra. Tu es hic Vienne negatur: quia repugnās. Contra: nonne sedes in aula vniuersitatis Vienne mecum disputans: semper negatur: quia repugnans posito ac concesso. Pro regula presenti sequentia duo ponuntur nō tabilia.

Propositio est duplex.

- Pertinēs (.s. ad positū) Est que habet sequele vel repugnantie habitudinē ad obligatum. Et ꝓpositio pertinēs est duplex. sc3.
  - Sequēs. Que apta nata est sequi ex obligato vel cōcesso: vel ex oppposito negati: vel ex bis coniunctim.
  - Repugnans. Que quo ad esse verum non potest stare cum obligato: vel bene cōcesso: vel oppposito bñ negati.
- Impertinens. Est que nec sequitur ad obligatū: vel concessum: nec ei repugnat.

Möbile. 4.

Pro dictis sequentia inferuntur Corolaria.

¶ Primū corolarium. Respōdens quandoq; concedit falsum ꝛ negat verum bene respondendo. Et sic falsum est aliquādo concedendum: tamen obligatus tempore obligationis non dicit illud esse falsum: sed extra tempus obligationis concedet se admisisse falsum.

¶ Secundū corolariū. Respondentē contingit aliquando negare propriū actum imo concedere se male respondere: sed cessante obligationis tempore ostendet se bene respondisse: vt pono tibi istam. Tu concedis contradictoria: admittatur: quia possibilis. Proponat ista. Tu male respondes: concedatur: quia sequens. Proponat illa. Tu concedis impossibile: admittatur: quia sequens: tamen obligationis tempore cessante ostendet se nunq; concedere impossibile.

¶ Tertium corolariū. Propositio posita in vno loco: sepius est impertinens que si esset proposita alio loco esset pertinens: vt si ponitur ista. Omnis homo est Rome. et proponatur deinde illa. Tu es Rome que est impertinēs extra Romā proposita. sed Rome ꝓposita esset pertinēs.

¶ Depositio est obligatio propositionis alicuius ad sustinendam ipsam negatiue. Et respondens tenetur per depositionē ad obligatum respondere directe negatiue: quia alias depositio nō differret a positione;

Möbile. 5. de secūda obligationis specie.

quia cum negatiua deponitur idem esset ac si affirmatiua deponeretur. Signum huius speciei est depono. Unde pro depositione sequentem habes regulam.

Depositionis regula.

¶ Regula. Omne depositū ⁊ concessum quotienscūq; infra obligationis tempus proponit: tale est negandum: ⁊ eius oppositum: vel sequens ad eius oppositum est concedendū. Ut deponatur ista Aliquis homo non est Uienne: qua admissa ponatur ista. Omnis homo est Uienne: est concedenda: quia oppositum depositi. Deinde ponatur ista. Tu es Uienne: ⁊ sit veritas ꝙ sis in noua ciuitate: neganda est: quia falsa ⁊ impertinēs. Deinde ponatur ista. Tu es homo: que videtur ꝯcedenda: quia vera ⁊ impertinens. Si ergo concedis: ponatur. Tu es Uienne: ⁊ tunc si concedis, ergo prius negatum concedis. Si negas: ergo sequens ad concessum ⁊ ad oppositum depositi negas. Respondetur negando illam, Tu es homo: quia pertinens repugnans.

Nōbile. 6. de tertia obligationis specie.

¶ Dubie positio. Est obligatio ad sustinendū positum dubie. Unde nulla propositio simpliciter impossibilis vel necessaria est dubie ponibilis: cum semper vniformis ad eas detur responsio.

Dubie positionis regula.

¶ Regula. Dubie positum intra tempus obligationis est dubitandū: similiter suum contradictorium: ⁊ similiter suum contrarium: vt ego dubie pono illam. Omnis homo est Rome: qua concessa propono istam. Tu es Rome: negatur, quia falsa impertinens. Deinde ponatur ista: tu es homo: si negas vel dubitas. negas vel dubitas verum impertinēs. Si concedis: arguitur tunc sic. Omnis homo est Rome: tu es homo: ergo tu es Rome. Maior est dubia: minor concessa: ergo male negas conclusionem. Respondetur dubitando illam: tu es homo: ⁊ dic ꝙ est pertinēs dubie posito: cum bene negato.

Si libet plura de obligationibus perspicere. Uide Occam parte tertia: tertie, cap. 38. Item Tataretū. Pergulensem. Holandrinum: et complures alios: qui speciales Obligationum tractatus ediderunt.

# Obligationum finis.

# Compẽdiaria Insolubiliũ introductio.

Insolubiliũ materia videtur fundari in Arist. quoniã argumẽtationes que ꝓcludunt insolubile esse verũ reducuntur ad fallatiam a dicto sm quid ad dictum simpliciter. Est itaq; huius tract. subiectum insolubile: cuius ꝓpria passio est insolubile cathegoricum vel hypoteticum. Venit itaq; primum insolubile diffiniendum. Insolubilium subiectum.

¶ Insolubile. Est ꝓpositio que significat se esse falsam directe vel consecutiue: vt hec est falsa: demonstrando eamipsam potest etiam. insolubile aliter (vt Rolandino placet) describi et sic Insolubile. Est ꝓpositio de qua fit mentio in casu: que si cum eodem casu ponatur precise significare sicut termini pretendunt sequitur eam esse veram vel falsam. Et ꝓpositio non dicitur insolubilis q̃ non possit solui: sed q̃ difficulter solui tur ex eo q̃ habet reflexionem supra seipsam: nam oĩs ꝓpositio insolubilis est reflexiua: ꝛ supra seipsam habet reflexionem. Unde ꝓpositio reflexiua est ꝓpositio significans se aliqualiter esse: vel non esse: sub aliqua passione ꝓpositionali puta sub ratione veri: vel sub ratione falsi: vel sub aliqua alia ratione: vt affirmatiui: vel negatiui ꝛ sic de alijs. Et ista est reflexiua. Omnis propositio est negatiua: ꝛ generaliter Omnis propositio in qua ponitur aliquis terminus qui potest supponere pro aliqua propositione habet reflexionem supra se dummodo significet se aliqualiter esse sub modo propositionali. Exemplũ dicat Socrates illam solam. Socrates dicit falsum est ꝓprie reflexiua ꝛ insolubilis. Dicat eandem Plato tunc illa secunda non falsificat se sicut prima. Unde hoc modo non est reflexiua nec insolubilis. Ex quo sequitur q̃ propositio prolata ab vno est reflexiua ꝛ insolubilis: que si esset prolata ab alio non esset reflexiua. Diff. insolubil. Quare ꝓpõ dicat insolubilis. ꝓpõ reflexiua. Cõz.

## Insolubilium regule.

¶ Prima regula. Si cum casu insolubili: insolubile ponat precise significare sicut pretendunt termini. Casus est negandus eo q̃ sequitur contradictio: q̃ sez eadem ꝓpositio est vera ꝛ falsa.

¶ Alia regula. Si insolubile ponatur significare sicut termini cõmuniter pretendunt: non tamen precise: talis casus est admittẽdus. Ut ponatur q̃ vnus socrates sit omnis socrates. Et tunc dicat illam propositionem. Socrates dicit falsum: ꝛ nullam aliam. Et ponatur q̃ illa propositio dicta a Socrate significet sicut termini cõmuniter pretendũt: non addẽdo q̃ sic precise significet: casus est admittendus.

Insolubilia ꝓsequẽter exemplis venitũt subijcienda.

### Socrates dicit falsum.

¶ Casus dicat socrates illam solam. Socrates dicit falsum tunc queritur an ista propositio sit vera vel falsa. Si est vera: ergo verũ est socratem dicere falsum: ꝛ non dicit nisi istam ergo ista est falsa. si dicitur q̃ sit falsa. Contra si illa ꝓpositio est falsa ergo significat aliter q̃ est: ꝛ sic socratẽ dicere falsum: Obiectio. 2.

Obiectio. 2. ergo aliter q̄ est: per consequens est vera. Item illa ꝓpositio significat ita esse sicut est: ergo est vera. Respondetur q̄ dictum insolubile est falsum ⁊ falsificat se per viam sequele. Ad rationem primā dicitur: q̄ aliter sit q̄ significat non significato primario ⁊ directo sed indirecto. Ad secundā dicitur q̄ non significat ita esse sicut est: quia ad eam esse veram sequitur ipsam esse falsam: quoniā per viam sequele ⁊ consecutiue seipsam falsificat. Contra: extrema illius propositionis supponunt pro eodem: ergo est vera: tenet cōsequentia per cōmunem regulam: Respondet regulam non tenere in Insolubilibus: quia falsificat se per viam sequele. Contra. Quicūq̄ dicit dicētem falsum dicere falsum: dicit verum: sed socrates dicit dicentem falsum dicere falsum: ergo socrates dicit verum ⁊ nō dicit nisi istam: ergo ista est vera. Respondetur q̄ maior esset vera: si ad sic esse non sequeretur ipsam esse falsam: vel non sequeretur eum dicere falsum. Plura quoq; ꝓ insolubilis veritate possunt fieri argumenta que brevitatis causa relinquo.

Obiectio. 3.

Obiectio. 4.

## Scōm dictam formā arguendi pro insolubiliū veritate in sequētibus ⁊ alijs quoq; insolubilib⁹ argui pōt.

Plato dicit falsum. Socrates dicit verum. } Casus socrates et plato de alterutro. Hec predicta dicant.

Hec propositio est vera: demonstrando contradictoriam.

Omnis propositio est negatiua. Omnis propositio est falsa. } Casus sit sola.

## De insolubilibus compositis ⁊ exclusinis ac exceptiuis sequētibus vide Magist. Jo. Holandrinum.

Deus est: ⁊ illa copulatiua est falsa.
Homo est asinus: vel illa disiunctiua est falsa.
Tantum exclusiua est falsa.
Omnis propositio preter exceptiuam est vera.

## Alios quoq; varios dicendi modos: ad insolubilia. Vide apud auctores supra in obligationibus citatos Specialiter etiam in insolubilibus: vide Petrū de Eliaco. Gregorium de Arimino. Item magist. Paulum Pergulensem. Jo. Holandrinum.

# Insolubiliū finis.

VT publice utilitati ac ſtudioſis cõſulerem adoleſcẽtibus, hoc dialectices opuſculũ (meo uidere) fructuoſum (diuino fretus auxilio) elucubraui, ac (diligẽti recognitiõe) nouis etiã quottatiõibus illuſtraui, in quo & ſi multa ſint ab aliis quoq; probatis tradita auctoribus, multa tamen neceſſaria ab illis obmiſſa, ac noſtro (ut ita dicam) marte ac labore parta, & per notabilium figuras in facilioré formã redacta, iamq; diligenti caſtigationis lima recognita. Qui noſter labor, nõ niſi ab imperitis carpẽ quod (ut Tullianis utar uerbis) uitare nullo modo potuimus, niſi nihil omnino ſcriberemus. Quare nihili faciũdum duxi dũmodo reip. litterariæ me conſuluiſſe putem.

Si factis ſolus noſtris Deus annuat, omnis
Succeſſit uotis, quaq; ſub arte labor.

## Leonardus & Lucas Alantſe

Bibliopole Studioſis.

SVb diuo Maximiliano Ro. imperatore inuictiſſimo (candidi lectores) hoc Priuilegium obtinuimus, ne quis infra tẽpus Priuilegio deſignatũ hunc (iam recognitum) nouiſq; quottatiõibus illuſtratũ, librum dialectices tractatuũ Petri Hiſ. & Marſilii cum commẽtariis uenerãdi ac egregii uiri Conradi Pſchlacher de libera ciuitate artiũ profeſſoris Theologiæ Baccalaurei & Vienẽnſis gymnaſii collegæ, abſq; noſtro expreſſo conſenſu ac libertate, aut uendat, aut imprimat, aut imprimere faciat. Quod ſi ſecus intentatũ fuerit ſm tenorem litterarũ Cæſarearum (quas impetrauimus) mulctabitur.

ANNO GRATIAE. M. D. XVI. DIE. XV. MARTII. SVB Inuictiſſimo Ro. Imperatore, diuo MAXIMILIANO ſemp Auguſto. VIENnenſis Rectoratus magiſtratum gerente Eminẽtiſſimo ac magnifico uiro IOANNE Heckman de Schillingſtat Artiũ profeſſore ac Theologiæ Licẽtiato. Congeſtum hoc dialectices opuſculum, per CONRadũ Pſchlacher de libera ciuitate Artium profeſſorẽ, ac Theologiæ Baccalaureũ, Viennenſis Gymnaſii Collegã, exacte recognitũ, emẽdatum, ac finitum.

Impenſis Leonardi & Lucæ Alantſe bibliopolarũ. Impreſſum Viennæ Auſtriæ, arte ac induſtria IOAnnis SINgrenii Calcographi.



Aſtra deo nil maius habent, nil Cæſare terræ
Dum Cæſar terras, et Deus aſtra regit.





Ego Sebastianus Stettner Carniolanus
ex Stain sum Inscriptus cū Rectore Licē
ciato Martino Edlinger circa festum
festum penthecostes et cū Decano Licen
ciato Iohāne Hueber eodem tempore

Libri gradum Baccalaureatus cōcernentes

| Audiui | |
|---|---|
| Logicam | A Bernhardo Otto |
| Veteremartem | A Sebastiano Rütsch |
| Phisicorum | A Bernhardo Otto |
| Perotum | |
| Parvulū phīe | A Vdalrico Fabri |
| Alexandrum | A Andrea Mysbegio p̄ceptore meo |
| Textū phisicorū | |
| Elencorum | |
| Posteriorum | |
| Libros de Ala | |
| Algoritmum | |
| Obligatoria | |
| Insolubilia | |
| Euclidem | |
| Exercicium p̄uerorū | |
| Augustinū Datum | |
| Spheram materialem | |